zu N. Inv. 783

I

783

Tractatus Canticorum Avicenne
cum Commento Averrois
in Medicinis

In nomine domini Cuius boni-
tate vobis karissimis socijs et
scolaribus meis debitor sum
ad erudiendum in moribus et
sciencijs. quia prius vobis tra-
didi compendium moralium
in quo continentur sententie philoso-
phorum et theologorum atque vo-
bis tradidi breuiter summas libro-
rum aristotelis maiores phisice et pre-
cipue naturalium Nunc autem secundum pro-
missionem vobis a me factam vo-
lo impertiri utiliora et meliora
artis medicine cum experimentis
et secretis que vel quas maio-
res medici et philosophi habuerunt ipsos
igitur adiuuante me in cuius nomine
hoc opus aggrediar // Capitulum
primum De vtilitate medicine et
de quibus considerandum est de me-
dicina

Ergo in primis quod dicimus
medicina est sciencia qua sani-
tas et infirmitas cognoscitur et
perdita expulsa sanitate recupera-
tur Nec est intencio artis me-
dicine. ut per conseruacionem sanitatis
et expulsionem egritudinis vita
perpetuetur hominis. quia hoc est
impossibile. sed ut vita hominis
producatur usque ad statum produ-
usque ad tempus determinatum Quod-
libet enim indiuiduum sortitur termi-
nalem sui esse ex sua complexione
vt volt aristoteles et auicenna Et
specialiter de homine valet hoc the-
ologi vt scriptum est posuisti ter-
minos eius qui preteriri non pote-
runt Sed quia plures homines pro-
pter inordinatum regimen ad ter-
minum perueniunt sibi a natura de-
putatum. ars ipsa medicinalis
consulit. quod ad ipsum vel saltem
propinquius quo fieri potest ad ipsum
perueniatur. non quod ultra
ipsum vita protendatur. quia hoc
est impossibile Non enim est me-
dicus magister nature sed minister
Ministrat enim nature quod est
necessarium ad sanitatem conser-
uandam aut ad egritudinem non
letalem expellendam vel alleui-
andam Unde patet fatuitas isto-
rum qui calumniantur medicinam
eo quod multi moriuntur quos
visitant medici quia ipsi sunt incura-
biles Attamen illi idem proximi eius
adueniunt desperato medicus

impertirentur omnia bona sua si
ipsi de infirmitate eorum se intro-
mitterent. et sic eorum sanitas reddit
testimonium eis quod false medicinam
calumniati sunt Cum per nos sani-
tas et egritudo non cognoscuntur
et per consequens nec sanitas conseruatur nec
egritudo repellitur nisi precedenti-
bus significacionibus sanitatis et egritu-
dinis. atque significaciones non cogno-
scuntur nisi per causas Cause autem
sunt significaciones aut virtutes aut
membra membra autem constant
ex humoribus tamquam ex principijs
mediatis. et humores constant ex
elementis. et ideo de elementis
et de humoribus atque membris et
virtutibus Rursus quia sex res
non naturales valde operantur
ad sanitatem vel egritudinem et
sunt iste Aer nos circumdans
2o cibus et potus et alia que cor-
pus ingrediuntur. 3o motus et qui-
es 4o sompnus et vigilia 5o
euacuacio et retencio 6o acciden-
cia animi scilicet gaudium et tristicia
et similia Erit etiam de hijs
rebus determinandum Et quia me-
dicina diuiditur in practicam et
speculatiuam. erunt primo uni-
uersales regule curacionum et hec perti-
nent ad primam particulam 2o par-
ticulares tradiciones curacionum que se
tenent ex parte speculatiue artis Na-
turales curaciones egritudinum
in particulari que se tenent ex par-
te medicine practice particula
requirunt specialem Item quia
medicine simplices vel etiam com-
posite amminiculantur ad custo-
diam sanitatis et ad curatio-
nem egritudinis. erit 2a par-
ticula de medicinis simplicibus
et 3a particula erit de medi-
cina practica Nam propter abbre-
uiacionem operis nolo specialem
particulam facere de compositis
medicinis Sed in 3a ipsa parti-
cula compositas medicinas tradam
egritudines curandum sufficien-
ter domino concedente.

Capitulum 2m de elementis et de
complexionibus

Elementa sunt quatuor. scilicet terra
et aqua aer et ignis quo-
rum duo sunt grauia scilicet terra et
aqua. duo vero leuia scilicet aer

et ignis. Est terra frigida et sicca. Aqua frigida et humida. Aer calidus et humidus. Ignis calidus et siccus. Iuvamentum terre in corporibus humanis est ut ipsum corpus figatur. Nam si terra non esset in corpore humano, ipsum subito evanesceret a calore sicut glacies. Et propterea in corpore ea membra que plus habent de terra sunt magis fixa sicut ossa, et que minus habent de terra sunt minus fixa ut caro et musculi. Item ipsa est iuvativa ad figurationem stabilem. Nam aqua licet facile acquirat figurationem, non tamen retinet eam nisi temperetur cum terra. Permiscetur igitur terra cum aqua ut facilem et etiam stabilem acquirat corpus hominis figuram. Unde etiam constat iuvamentum aque in corpore humano. Est etiam aliud iuvamentum aque. Nam cum corpus etiam indigeat membris mollibus, mollicies autem ab aqua fit, iuvat ipsa aqua ad generationem mollium membrorum. Iuvamentum autem aeris est ut corpus rarefiat et alleviatur. Nam corpus quod est in vera soliditate sicut lapides et corpora mineralia non est aptum vite. Etiam iuvat ipse ad corporis alleviationem, quia est elementum naturaliter leve. Iuvamentum ignis est ut maturet et subtiliet, perforet et penetret et aeri introitum prebeat. Nam aer per se non posset intrare corpus solidum nisi ab igne perforaretur et rarefieret. Est etiam aliud eius iuvamentum ut elementa prohibeat a ppe^les ele^{tis} scilicet ab excessivis qualitatibus et reducat ad complexionem. Non enim elementa possunt manere in mixto formaliter sed tantum virtualiter. Ista igitur duo corpora, ignis et aer, iuvant ad subtilitatem, agilitatem seu mobilitatem. Unde illi omnes qui habundant igne et aere sunt velores et mobiles et agiles. Terra autem et aqua iuvant ad stabilitatem et quietem. Unde illi omnes qui habundant terra et aqua sunt tardi ad omne opus faciendum et morosi in actibus suis. Complexio complexio que venit de mixtione elementorum. Quia non est simplex prima contrarietas qualitatum, sed complexio ex ipsarum primarum qualitatum ad invicem complexio, ita quod unum illorum tangat unum in altero, sicut potest videri de commixtione corporali vini et aque. Ubi unum in vinis tangat unum in alterius. Accidit talem diversam complexionem: alia est equalis, alia inequalis. Equalis dicitur ista que est temperatissima. Non enim est dare equalem complexionem ad pondus vel quod nulla primarum qualitatum alteram superet nec superetur, quia tale corpus non esset grave nec leve. Temperatissimam complexionem inter omnia animalia et inter omnia mixta habet homo. Sed huius equalitatis seu temperantie est maxima latitudo, quia aliam complexionem habent habitantes in terris calidis, aliam in terris frigidis. Item in eadem terra alie sunt calidiores, alie frigidiores, alie humidiores, alie sicciores. Etiam secundum etatem variantur complexiones. Et quod plus est, in eodem corpore alia membra et alia aliam et aliam sortiuntur complexionem ut post videbitur. Inequalis autem complexio dividitur in 16 complexiones. Nam complexiones aut sunt cum materia aut sine materia. Si sine materia habentur 8o modis, scilicet quatuor simplicibus qualitatibus primis et quatuor compositis. Verbigratia aut enim est corpus calidus aut frigidus aut siccus aut humidus, ita quod superet tantum una qualitas, aut calidus et humidus aut frigidus et siccus, ita quod superent due qualitates. Has 8o complexiones simplices cum materia erunt in universo 16 complexiones. Etiam adiuncta eis complexione equali erunt 17 complexiones. Exemplum caliditatis et siccitatis sine materia tu invenies in colericis pueris et macilentis. Exemplum autem caliditatis et siccitatis cum materia tu invenies in ictericis, ppe gelsucht.

Capitulum tercium. De complexionibus membrorum

Notum enim dictum est. Alia membra et alia, alius et altius complexionis sunt. Aliqua enim sunt calidiora, et alia frigidiora, alia humidiora, alia sicciora. Calidius enim quod est in corpore humano est cor et spiritus qui in corde generatur, et est spiritus quidam fumus valde subtilis et de subtilissimo sanguine in corde generatus, qui demergit per artherias et totum corpus calefacit et vivificat, et iste est causa pulsus arteriarum. Unde constat quod cor in corpore est quasi ignis in clibano. Nam sicut ignis clibanum calefacit, clibanus autem per se calorem non habet, sic cor corpus calefacit quod per se calorem non haberet. Post cor et spiritum in corde est calidius sanguis propter eius vicinitatem ad cor. Post sanguinem est calidius membrum epar, quia epar est sanguis coagulatus. Post epar calidius membrum est caro. Ipsa enim habet minus de calore propter nervos et palos sibi intextos. Post calidius membrum est musculus. Nam musculus minus habet de calore propter intextum ligamentorum et cordarum. Post musculum calidius membrum est splen, eo quod multum habet de fece sanguinis. Et post sunt renes quia non est in eis multus sanguis. Postea calidius membrum sunt arterie, et hoc propter decursum sanguinis et spiritum in eis. Postea vene que tamen minus habent de calore eo quod solum sanguis est in eis. Postremo cutis. Vel e contra frigidius vero quod in corpore est, est flegma, postea pili, deinde os, post ea cartilago, postea ligamentum, post ea corda, postea panniculus, deinde nervus, postea mucha, postea cerebrum, deinde adeps, postea pinguedo, postea cutis. Humidius vero quod est in corpore primum flegma, postea sanguis, post pinguedo, post adeps, post cerebrum, post mucha, post caro mamillarum et testiculorum, post pulmo, post epar, deinde renes, postea musculus, deinde cutis. Et hic est ordo quem Galienus posuit. Et res sicciores in corpore sunt primo pili. Ipsi enim sunt congelati de fumo aliquid humiditatis resoluto. Postea est os, nam ipsum generatur ex sanguine, et est positum in medio carnis, ut humores naturales exiret, et ideo ossa multa vincunt multa animalia. Pili vero medullam animalium vincunt propter summam eorum siccitatem. Post os in siccitate est cartilago vel knustel. Postea ligamentum, post corda, post panniculus, post arterie, postea vene, postea nervi motivi, postea cor, postea nervi sensitivi. Motivi enim nervi frigidiores et sicciores exeunt sunt temperamento. Nervi autem sensitivi frigidiores quidem sed non multum sunt temperamento sicciores, ac fortasse sunt eis propinque. Hic etiam in frigiditate sunt ab ea valde remoti. Postea est cutis.

Capitulum quartum de complexionibus etatum

Etates sunt hominis quatuor. Prima dicitur etas adolescentie et durat fere usque ad xxx annos. 2a etas est etas consistentie, et durat usque ad xxxv vel xl annos. 3a est etas senectutis, et durat fere usque ad lx annos. 4a etas est senii et durat usque ad finem. In prima etate homo crescit et roboratur. In etate 2a nec homo crescit nec roboratur, sed quasi in eodem statu permanet quem habuit circiter triginta annos seu in fine prime etatis. In tercia etate vires minuuntur, sed non manifeste. In quarta etate manifeste vires hominis minuuntur. Unde vocatur etiam ista etas decrepita, quia manifeste vires decrescunt. Dividitur prima etas in etatem infantium, et est quando puer nondum scit loqui. Et 2a etas est adolescentie ab ortu dentium quousque dentes renovantur. 3a etas est adolescentie repletione generande per dentes quousque spermatizet. Et est ulterius quousque barba crescat. Quinta est ulterius quousque desinat crescere. Complexio adolescentium est calida et humida et sanguinea. Complexio consistentium est calida et sicca scilicet colerica. Complexio senum a senectute est frigida et humida scilicet flegmatica. Complexio senium a senio est frigida et sicca scilicet melancolica. Sed humiditate complexionis innate

tu debes intelligere humiditatem
senectutis in comparatione ad senium
quia humidior est senex a senec-
tute · a sene dicto a senio Si aut
comparaveris eum ad consistentem ipse
nota est siccior eo Pro quo nota quod calor
naturalis radicalis manet in humi-
do naturali et continue agit in
ipsum consumendo usque ad tunc humidi-
te, sicut exemplum potes videre in incen-
dio lampadis ut declaratur sunt
in naturali philosophia Unde constat quod pri-
ma etas est humida et sicca · 3 se-
nex 4 siccissima · et quia in prima
etate humidet humiditas, ideo tunc
sunt ossa mollia et carnes molles
atque tunc accidunt multiplices flu-
xus flegmatici Et quia secunda
etas est sicca · igitur tunc sunt
ossa duriora atque carnes duriores
et plures colerici et sanguinei Et
quia 3 et precipue 4 etas est valde
sicca igitur sunt ossa durissima
et cutis aspera Dicuntur autem
tur senes a senio catharrali possit
aliquis videri quia ipsi essent
humidiores Sed non est verum
quia catharros est de humiditate
extranea et madefaciente et non
de humiditate naturali Unde iterum
constat quod in prima etate dica-
tur aquositas et aereitas In 2a
dominatur igneitas In 3 autem
et in 4 maxime dominatur ter-
reitas Et dicit Galienus quod in
prima etate caliditas infantium
et iuvenum est equalis in radi-
ce nisi quod caliditas puerorum
est obtusior propter humectationem
humiditatis Caliditas autem
iuvenum est acutior propter siccitatis
incrementum Et alibi de signis
complexionis corporis et mem-
brorum patet in libro

Capitulum quartum de humoribus

Secundum numerum elementorum mundi
est numerus humorum qui sunt
elementa corporis humani et sunt
hii Sanguis qui est calidus et
humidus et correspondet aeri qui e-
tiam est calidus et humidus Co-
lera rubea que est calida et sicca
et correspondet igni qui etiam talis
est in primis qualitatibus Colera
nigra sive melancolia que est
frigida et sicca et correspondet terre
que etiam est talis · flegma quod
est frigidum et humidum et correspondet
aque Horum humorum generatio talis
est Nam cibo masticato et in stoma-
cho recepto generatur per digestionem
stomachi quedam humiditas ad si-
militudinem tisane albe que voca-
tur chilus et signum huius est sepe
acceptionem cibi aliquis vomu-
erit videbit enim cibum conver-
satum et ipsum esse plenum al-
ba humiditate Ista humiditas di-
cta chilus est in omni humorum pri-
ca epar per venas graciles
que vocantur breviginum et iste vene
miseraice coniungunt epar stomacho
atque per eas attrahitur chilus
iste ad epar Chilus autem in
epate recepto mutatur in san-
guinem vel etiam quatuor sunt
dicti humores · s. flegma colera
rubea · colera nigra · melanco-
lia et quia humores alii ha-
bundant saltem colera et me-
lancolia natura requirit dividat
eos a sanguine Creatus ipse
sit cibus conveniens ad nutriendum
corpus superfluam coleram de-
stinat ad cistim fellis ad pelliculam
fellis Superfluam autem coleram
nigram mittit ad splenem flegma-
ti autem quia natura non fecit spe-
ciale receptaculum ut cum sangui-
ne currat ad humectandum membra
sicca et sit ipsum convertatur in
sanguinem Nam per successionem
temporis mutatur in sanguinem
flegma quippe est sanguis
diminutus Post flegma sanguis
ille purificatus quod omnes emittitur
ab epate et ad singula mem-
bra dirigitur et diffundi-
tur et inde ipsa membra nutri-
unt Ex hoc notatur quod quatuor
sunt digestiones Prima in o-
re · 2 in stomacho · 3 in epa-
te · 4 in omnibus membris
Ea autem digestio fiat in ore patet
ex eo quod cibus masticatus non
habet eundem saporem nec odorem
quem prius habuit Et illi quod
tamen ponunt tres esse digestiones
Primam ponunt in stomacho
2am in epate · 3am in aliis
membris omnibus Et debes
scire quod quelibet istarum habet
superfluitates suas
Verbi gratia superfluitas prime

digestionis est fex que transmitti-
tur ad intestina, et de ista fere in-
testina ad hoc se nutriunt, et resi-
duam partem inutilem adustam
amaricatam et exiccatam per posterio-
rem expellit. Superfluitas 2e dige-
stionis que est in epate sunt co-
lera rubea que recipitur a cisti fellis, et
colera nigra que recipitur a sple-
ne, et in se cistis fellis et splen
nutriunt, residuum autem a se eiciunt
ut postea dicetur ubi videbitur
de nutrimento membrorum. Item
adhuc est alia superfluitas huius
digestionis, scilicet aquositas, et illa at-
trahitur a renibus, 2m extrahunt
nutrimentum suum, et residuum quo
non indigent mittunt ad vesicam
2m istam vesica quod invenit a-
ptum ad nutrimentum suum inde se
nutrit 2m se convertit, residuum
autem expellit. In tercia autem di-
gestione etiam est superfluitas a-
quositatis ut patet in fleubotomia
et cum hoc fumi seu vapores qui
expelluntur per residationes 2m
sensibiles evaporationes, quod patet
per fetorem multorum corporum.
Et debes scire quod sanguis non
esset sanguis nec esset aptum ad
nutrimentum corporis, nisi depura-
retur de duabus coleris, sicut
mustum non esset vinum nisi de-
puraretur a spumositate et a fece.
Colera autem est sicut spuma
sanguinis et est superflue decocta
melancolia autem est fex sangui-
nis, et ideo est obscura, nigra et gra-
vis. Illos tres humores cognosce
conservare in cisti fellis et in splene.
Et quia multa membra nutri-
untur de duabus coleris, et ideo
aliqua pars earum transit cum
sanguine, quod autem superfluum est
ex eis mittitur ad membra
predicta. Et quia isti humores
quatuor naturales qui sunt
in debita qualitate et quantitate
corpus est sanum. Si autem alter
alterum supergreditur vel unus
vel plures et hoc in qualitate
vel in quantitate. Aut humores
varij innaturales qui faciunt corpus
egrotare. Verbi gracia cum fre-
quenter utitur rebus acutis et copiose
iste augmentat coleram, et pre-
cipue in qualitate. Non mutat

dolorem capitis fluxum ventris
vel alios morbos calidos. Inde
etiam quandoque generatur colera in
naturis que vocatur eruginosa
et est similis erugini eris, et illa
est mortalis, et non apparet nisi
in vomitu vel secessu. Item ex in-
ordinata dieta generatur color prassi-
nus et est similis succo prassij et est viridis
valde. Item generatur colera vi-
tellina et est similis vitello ovi
Similiter ex inordinata dieta ge-
neratur dieta [sic] vel salsu-
ginea aut acetosum aut insipidum
et est omnino humidum malum cog-
noscitur etiam ex sapore oris
Item excellentem humorem sapor
oris indicat. Verbi gracia si ha-
bundaverit colera rubea, erit
sapor oris amarus. Si habunda-
verit melancolia vel flegma
simul et melancolia erit sapor ace-
tosus. Et si habundaverit colera
et flegma erit sapor salsus.
Patet quod corpus est valde custo-
diendum et regendum, sic ut humo-
res quatuor in statu naturali perma-
neant. Capitulum sextum de membris

Membrum est membris
illud quod constituitur ex
humorum commixtione. Membrorum
alia sunt simplicia, alia com-
posita. Simplicia sunt que
sunt omogenia id est partium eiusdem
racionis, sicut os caro nervus
quelibet enim pars ossis est os
quelibet pars carnis est caro
et quelibet pars nervi est nervus
et dicuntur etiam ista membra similia.
Sed membra composita que eti-
am dicuntur officialia sunt ea
que sunt composita ex simplici-
bus membris et sunt etero-
genia id est partium diversarum racionum
ut facies manus pes brachium.
Non enim quelibet pars manus
est manus 2m se. Nunc enim in
summa dicendum est de nutrimento
membrorum. Oportet enim nutrimentum
esse ut sint sustentacio totius
corporis. Et quia dictum est in
his de motibus animalibus, quod non
possunt membra animalia moveri
nisi haberent aliquod quod esset
et fixum et durum in hoc
id est spondiles dorsi que sunt
fundamentum corporis. Quia

iax ipm ... alia membra
mouet Et quia non esset quis
motus animalis nisi dorsum esset
aliqualiter flexibile natura con
stituit ipsum dorsum ex mul
tis ossibus adinuicem iunctis
mediantibus ligamentis subtilibus
Et a superiori parte dorsi oriuntur
coste ad constitucionem pectoris
Est enim pectus sicut clipeus cor
dis et sunt superiores coste
integre seu iuncte in parte
anteriori usque pectus ad stomacum Deinde
magis ac magis abbreuiant
usque ad renes propter ventrem qui
quandoque magis extenditur propter
cibum et etiam propter motum corpo
ris et in parte inferiori dorsi ra
magnificat os quod est inflexibi
le quatinus ipsum aptum sit su
stinere vertebrum id est os coxe quod
est os simplex Deinde est tibia
coxa est id os magnum ... plus
oblongum quod vocat canile pro
ea sunt ossa pedes et pedifa
rum Item ad constitucionem bra
chiorum natura ordinauit duo ossa
in dorso supra costas que di
cuntur spatule in quarum ca
pitellis sunt grauitates in qui
bus recipiuntur adiutoria brachiorum
id est duo ossa brachiorum inter cu
bitum et scapulam Post cubi
tos om singulis brachiis sunt
duo ossa Unum paruum scilicet et ad
magnum recte sicut inter tibia
et ossa pedis Deinde sunt ossa
vole manus et digitorum Illud
super spondiles dorsi sunt spon
diles colli et super illas spon
diles craneum locatur quod
est sicut clipeus cerebri et
est ipm craneum compositum seu
iunctum ex pluribus partibus in
fractis propter hoc ut euaporationes
cerebri possint exire Deinde
est mandibula ad dentes supe
riores et inferiores ad cibi masti
cationem Et illud craneum habet
foramina ubi aures debent
constitui et ubi aer intrat
ad odorandum Item in oculis
ubi exeunt nerui obtici Item
ad frontem sunt multa ossa
cartilaginosa subtilia ubi pur
gatur cerebrum precipue in nido
Item spondilia colli et dorsi
habent foramen proporcionatum foramini
cranei quatinus ibi intrat nucha
Et quia a nucha oriuntur nerui sunt
perforati spondiles ideo ut per foramina
ista transeant nerui Et quia ossa
non possunt sibi bene iungi sine le
sione eorum cum essent in motu
nisi mediante aliquo corpore
medio inter mollitiem et duriciem
ideo natura ordinauit cartilagines
quibus mediantibus iunguntur sibi
ossa Sed tres quedam membra prin
cipalia in quibus stat essentia
indiuidui scilicet cerebrum cor epar Et
est enim membrum principale ad con
seruacionem speciei genitalia quibus
mediantibus homo sibi simile generat
Alia autem membra istis famulan
tur Et cerebri locus est in craneo
quod circumdatum est duabus pellibus
et ab ipso cerebro oritur nucha
id est medulla spine dorsi habet etiam
cerebrum quatuor ventriculos
duos a parte anteriori unum a par
te posteriori et unum in medio sui
In quibus generantur spiritus qui de
currentes per neruos sensum et mo
tum toti corpori prebent Et tu de
bes cognoscere quod cerebrum est sicut
radix arboris a quo oriuntur ner
ui qui ramificantur continue et con
tinue usque ad neruos capillares
et per hos neruos descendunt spiritus
qui prebent virtutem sensus et
motus sensibilem Et tu debes sci
re quod aliqui nerui sunt motiui
tantum aliqui sensitiui tantum aliqui
motiui et sensitiui simul Item
quia nucha est de substantia cerebri
ab ipsa etiam oriuntur nerui qui
transeunt per foramina spondilium
dorsi Etiam per nervum qualis sunt
diafragma et pannicolus costa
rum unde oriuntur ab istis ner
uis Dic ergo quod fundamentum sensus
et motus est cerebrum et quod neruum
et pannicoli eius deseruiunt Cor
est principium vite et habet duos ven
triculos Dextrum scilicet ad quem intrat
vena magna a epate Unde
sibi sanguis infunditur et tunc
in sinistro ventriculo sanguis
digeritur et subtiliatur atque in
spiritus vitales transmutatur qui
diffunduntur per totum corpus
in arteriis et ei prebent vitam
Et a sinistro ventriculo oriuntur

arterie que continue et continue
ramificantur ad totum corpus
ut ipsum respirat vitam Unde
constat quod cor etiam sicut radix
et arterie sunt sicut stipites
et rami Dicitur etiam patet quod arterie
deserviunt cordi Et cor est situm
in pulmone Ut pulmo continue
attrahendo aerem frigidum
refrigeret calorem cordis et
ipsum cor aliquantulum declinet ver-
sus latus sinistrum, et canna
per quam transit aer ad pulmo-
nem trachea arteria Et quia
si aliquid de cibo vel potu intra-
ret in istam cannam homo suf-
focaretur, natura ordinavit unam
parvam eminentiam supra superiores
fauces et ad quantitatem et formam
articuli extremi medii digiti
que vocatur uvula et illa obstruit
cannam ut quando homo transglutit ci-
bum vel potum ne transgredia-
tur in illam Unde si casu ali-
quid bibendo quantitatem modicam
instillaretur in cannam de neces-
sitate homo cogitur tussire ut
hoc expellatur Et est pulmo ra-
re et mollis substantie ut aer
possit in illum ingredi Dicitur
etiam patet quod pulmo cordi de-
servit. Secundum membrum principale
est epar in cuius concavitate est
vena magna que vocatur porta
per quam attrahitur chilus a
stomacho et in parte eius annexa
est vena que dicitur vena ventre
habens quod ramificatur ad totum
corpus et per venam istam dige-
rit sanguinem ad totum corpus
Unde patet quod epar est sicut radix
et vena epatis est sicut truncus
vel stipes a quo ramificantur
omnes vene per totum corpus
Unde patet quod vene deserviunt epa-
ti sicut etiam stomachus deser-
vit epati Et est differentia inter ve-
nas epatis et cordis Primo
quia vene epatis non pulsant
sed vene cordis pulsant. Secundo quia
est una tunica venarum epatis sed
arteriarum est duplex tunica Et nota
quod a vena epatis ramificantur quedam
vene que terminantur in ano
que dicuntur emoroyde Cistis fel-
lis habet duos meatus Unus est ad
epar ut inde attrahat coleram.

Alter meatus est ad fundum sto-
machi ad intestina ut ea pungat
et virtutem expulsivam excitet Splen
quod est in parte sinistra et est adiu-
tivum stomacho et habet duos meatus
Unum ad epar ut inde attrahat fe-
cem sanguinis id est melancoliam seu co-
leram nigram Alium habet ad ori-
ficium stomachi ut ipsum similiter aceto-
sitate pungat et virtutem appeti-
tivam intrinsecam excitet Appeti-
tus stomachi cibi et potus exci-
tatur per res acetosas Unde con-
stat splenem et fel deservire epi-
Dem sunt duo renes iuxta spi-
nam dorsi etiam epati deser-
vientes et quilibet eorum etiam
habet duos meatus Unum ad epar
ut inde trahat aquositatem
sanguinis que non valet ad
nutriendum corpus Alius meatus
mittit ad vesicam ut illuc uri-
na transmittatur Item vesica in
orificio suo est nervosa ut pos-
sit se constringere ad urine
retentionem et se aperire ad eius
emissionem Ex quo patet quod pre-
dicta vesica deservit epati Te-
sticuli autem qui deserviunt ad con-
servationem speciei habent etiam du-
os meatus Unus est ad cor ut
inde attrahat sanguinem purissimum
et spiritus ut inde generetur sper-
ma Alter meatus est ad ven-
trem ut per ipsum eiciatur sperma
Vesica autem deservit tam vesice
quam testiculis quia per ipsam
emittitur urina et etiam sperma
Sic igitur ymaginare sicut exten-
sionem ossium corporis hu-
manum esse extensionem venarum et
arteriarum, et similiter esse exten-
sos nervos et hec a tribus mem-
bris principalibus scilicet cerebro cor-
de et epate in quibus consistit
essentia individui Deus autem
gloriosus propter decorem alias
ad replendum concavitates inter
nervos venas et arterias pro-
duxit carnem Sic igitur fina-
liter caro est propter repletionem
concavitatum Et est aliqua caro
simplex et est aliqua caro com-
posita ex carne et ligamentis
que vocatur musculus propter ma-
teriam Postea sequitur a corde li-
gamenta quibus perficitur motus

Nam musculi constringendo se contrahunt per cordam, et corda post se trahit membrum cui coniuncta est. Et cum musculus laxatur, remittit etiam cordam, et per consequens etiam membrum cui illa coniuncta est. Nexa sunt ligamenta quibus ossa ossibus coniunguntur. Item quia caro est rara et vene alique, nervi aliqui et arterie alique transeunt manifeste inter ossa, non posset manere salvum individuum propter successus caliditatis et frigiditatis aeris et aque, et propter obviantia, id est lapides, ligna et huiusmodi, que qualitercumque tactu ipsum offenderent. Natura induxit cutem ut ipsa defendat a supradictis nocumentis. Item quia extrema articulorum digitorum manuum et pedum frequenter contanguntur ad dura et mollia propter continuam administrationem corporis, ne cito offenderentur, natura sic ordinavit ungues ad protegendum predictos articulos ne offenderentur. Item quia cerebrum hominis est magnum et frigidum, ne ipsum cito propter frigiditatem aeris offenderetur, natura in capite ordinavit [illegible] e fumis flatus ab humoribus resolutis. Stomachus est corpus concavum cuius superior meatus terminatur ad faucem oris, et ille meatus vocatur meri vel ysophagus, et orificium stomachi incipit circa foveam pectoris. Et ab eius fundo oriuntur intestina, et omnia sunt sibi ibidem continua, et sunt quedam graciliora et superiora, et quedam grossiora et sunt inferiora. Et de gracilibus unum vocatur ylius vel ileon, et eius situs est circa umbilicum, et ab eo dicitur yliaca passio. Et infimum quod terminatur in ano vocatur colon, et inde dicitur colica passio. Et attrahunt sibi cibum stomachus per ysophagum, et feces exeunt per intestina, et per venas miseraycas transmittit chilum epati. Et est una membrana dividens concavitatem duo transiens in extremitatem pectoris que vocatur dyafragma, et eius

iuvamentum est dividere membra spiritualia, scilicet cor et pulmonem, a membris nutritivis, a stomacho et epate et aliis intestinis. Pectus enim super dyafragma est vacuum, et oportet esse vacuum ut pulmo possit dilatari et constringi. Et etiam propter hoc ut pectus posset elevari et dimitti, ne cor ab alio membro patiatur angustias, et etiam propter hoc quod pectus posset elevari et dimitti pro aeris inspiratione et expiratione. Unde constat quod ysophagus perforat dyafragma. Nexa est zirbus, et est rethe animale cuius iuvamentum est calefacere stomachum et intestina. Et membranarum omnium iuvamentum est ut contineat carnes in suo situ, ut et figat per dyafragma. De cuius iuvamento iam dictum est. Et ut membra insensibilia in sui substantia per eas sentiunt, sicut epar, ren et splen. Unde eius membra non sentiunt in sui substantia, sed si fuerit ventositas in eis vel apostemata ut fiat ipsarum distensio membranarum, sentiunt propter predictam distensionem earundem membranarum. Et inter membranas alias ista que tegit costas intus vocatur pleura, et inde dicitur pleuresis, et est apostema generatum inter costas quod distendit pleuram et facit dolorem vehementem. Sed membrana que tegit ventrem intus syphac, et eius iuvamentum est retinere intestina ne defluant. Unde quando id syphac rumpitur inferius, descendunt intestina ad ostium, id est ad bursam testiculorum, et faciunt herniam. Si autem syphac ruptum fuerit in illa parte ut super pectinem, id est super locum ubi sunt pubes, et intestina exeunt ibidem. Et nota quod stomachus pro digestione confortanda habet epar a dextro latere et splenem a sinistro, et zirbum a parte anteriori, et eius orificium ut dictum est incipit in fovea pectoris, et fundus est prope per duos digitos super umbilicum. Sed hec tu poteris intelligere quando

dolor est in stomacho vel non. hoc
sciunt inspiciendo sit dictum de anatho-
mia membrorum et ipsorum iuvamentis
Sufficiat enim traditio ista ad sani-
tatis conservationem et morbi curationem
Qui autem profundius scrutari voluerit
et amplius cognoscere recurrat ad libros Avi-
cenne et Galieni et ad librum Ari-
stotelis de animalibus. et secundum illorum
traditionem sufficiat conspectum suo
omne mortuum. et omnia ibi conspecta
videat secundum verba sanctis et prelatis
sed meis temporibus sufficiat vide-
re intestina in porco et alia inte-
riora et membra et ramificatio-
nes arteriarum venarum et nervo-
rum. non quantum ad omnes ramos
sed quantum ad modum ramificandi
et secundum tale exemplar poteritis
ymaginari anathomiam hominis
Nam ut videbitis in processu
domino concedente in tantum rebus hoc
sufficeret ad egritudinem cognoscendam
quantum si vidissetis anathomiam
hominis singulis partibus subiectam
Nam autem de virtutibus corporis
Dicto de membris dicendum est
de virtutibus. membra enim
deserviunt ipsis virtutibus et ope-
rantur secundum potentias earum. et
hee virtutes noscuntur per opera-
tiones. sicut potentie noscun-
tur per actus. ut dictum est in
libro de anima. Sunt autem
tres virtutes scilicet naturalis vitalis et a-
nimalis. et istarum virtutum sunt
tria membra. tanquam radices
seu minere ex quibus hee vir-
tutes proveniunt. et sunt illa tria
epar cor et cerebrum Ita quod e-
par est radix seu minera virtutis
naturalis Cor est seu radix seu
minera virtutis vitalis Et ce-
rebrum est radix et minera virtutis
animalis. Et tu debes scire quod
secundum Aristotelem omnes iste virtutes
procedunt a corde licet manife-
stantur virtutes animales primo
appareant in cerebro. et manifesta-
tio virtutis naturalis primo appa-
reat in epate et manifestatio
virtutis vitalis appareat in corde
Sed Galienus non vult hoc sed
vult quod tria membra sunt tres
radices trium virtutum predictarum cum
primo Et Aristoteles dicit verius
quam Galienus Virtutum quedam ad

curandam egritudinem vel ad con-
servationem sanitatis. tali diver-
sitas opinionum non impedit
Igitur est relinquenda Virtutum
naturalium. alia est ad conservationem
speciei alia ad conservationem indivi-
dui Et ea que est ad conservationem
speciei est adhuc duplex Nam
alia est spermatis generativa et alia
est virtutis formativa Unde
constat quod membra deservientes
hiis duabus partibus virtutis
scilicet generative spermatis et forma-
tive sunt testiculi In eis ne-
pe sperma de sanguine subtilissi-
mo generatur. et ubique virtutis sper-
matis attribuuntur virtus formati-
va qua formantur lineamenta mem-
brorum et diverse essentie illorum
Sperma enim in se est homogeneum
sicut etiam menstrua mulieris. ita
quod ex hiis non possent fieri diver-
se essentie membrorum scilicet ossis
cartilaginis nervi etc. et etiam dicta
lineamentorum figuratio nisi in sper-
mate masculi esset virtus forma-
tiva sicut artifex in sua domo
qui format debite corporalia
sua Et debes scire quod ista vir-
tus sicut alie virtutes pro-
cedit a corde secundum sententiam Ari-
stotelis nisi quod ipsa primo manife-
statur in testiculis Virtus autem
naturalis que est ad conserva-
tionem individui etiam dividitur in
duas partes una est enim admi-
strata seu ministrans alia
nutritiva. alia crescitiva Nu-
tritiva est que continue corpus
restaurat. et quod ab ea reso-
lutum est recuperat per administra-
tionem sibi et potius Sed virtus
crescitiva secundum dyametros addit
corpori. et hoc secundum rationem propor-
tionem Sed virtus naturalis administrans
dividitur in quatuor partes Nam
alia est attractiva. alia rete-
ntiva. alia digestiva. alia expulsiva
Exempla harum virtutum sume
in stomacho ab eius operibus
Stomachus siquidem cibum
attrahit et cibum attractum re-
tinet. tam diu quousque digerit
et per retentionem digerit digestione
completa feces superfluas ex-
pellit Similiter intellige in e-
pate et in omnibus membris

has esse virtutes scilicet attractiva et cetera
Et nota quod digestiva virtutis partes est
assimilativa et adhesiva. Etiam sunt
virtutes que in quolibet membro
cibum ibi assimilant et ipsum assi-
milatum membro adherere faciunt
ita ut de cibo in carne fiat ca-
ro et de nervis fiat nervus et de osse
fiat os et cetera. Amplius iste virtutes
ministrantes operantur median-
tibus primis qualitatibus activis et prin-
cipaliter siccitate et humiditate frigi-
ditas autem non iuvat ad operandum
nisi per accidens frigiditas impedit motum
seu operationes et propter hoc est
quod membra infrigidata et conge-
lata non possunt moveri. et si
totum corpus fuerit infrigidatum
ut fit in morte penitus extinguitur
omnis potentia ad movendum. Unde con-
stat quod tam actum et potentiam ad opera-
tiones virtutum et motus mem-
brorum conservat calor naturalis
Virtus vero vitalis est que prestat
corpori calorem naturalem et per consequens
vitam. Vita enim constat in ca-
lido naturali et humido radicali
ut alias dictum est in philosophia na-
turali. et quia fons caloris
est in corde. constat cor esse
fundamentum vite in animali
Virtus vero animalis est qua ipsum
animal distinguitur ab vegetabilibus manan-
tibus. Ista est que dat sensum et
motum et eius fundamentum
secundum Galienum est cerebrum et in-
strumenta deservientia huic virtuti
sunt nervi. Virtus vero sensi-
tiva dividitur. Unde alia est
que operatur per organa exte-
riora ut patet per visum gustum
auditum tactum et olfactum. Alia
est que operatur per interiora
membra ut patet per ventri-
culos cerebri nam sensus communis
et fantasia vigent in primis
duobus ventriculis cerebri
Sed virtus cogitativa seu yma-
ginativa et estimativa viget
in medio ventriculo. Sed virtus
memorativa et conservativa in
posteriori ventriculo cerebri. Et
tu debes scire quod sicut ex hu-
morum grossitie generantur mem-
bra que sunt grossa. sic ex
eorum subtilitate generantur va-
pores subtiles. qui dicuntur

spiritus. et isti sunt subiectum istarum
trium dictarum virtutum. nam pri-
mi in epate geniti subtiles dicuntur
spiritus naturales et ipsi defluunt
per venas ad omnia membra
et tribuunt eis virtutes naturales.
Sed secundi subtiles in corde ge-
niti dicuntur spiritus vitales
et currunt per omnes arterias
ad totum corpus atque tribuunt
ei calorem et vitam. Sed tertii
subtiles geniti in cerebro dicuntur
spiritus animales. ipsi quidem de-
currunt per nervos ad membra
omnia et prebent eis sensum
et motum saltem hiis que a-
pta sunt sentire vel moveri.
Unde sicut sunt tria membra
principalia scilicet cerebrum cor et epar
Sic sunt tres virtutes in ani-
mali scilicet virtus animalis vitalis
et naturalis. et illarum virtutum sub-
iecta sive vehicula sunt tria
genera spirituum. qui ab istis virtutibus
denominantur. scilicet spiritus animalis
spiritus vitalis et spiritus naturalis.
Unde dicit medicus secundum preceptum
Galieni in tetrapactica sua in
ingressu ad infirmum velle atten-
te considerare illa tria membra
atque illa tres virtutes et hoc fit
propter cognitionem operationem illarum.
Et secundum Aristotelem omnes prece-
dicti spiritus generantur in cor-
de nisi quod in epate propter qualitatem
epatis alterantur ibi fiunt
naturales spiritus et hic propter qualita-
tem et virtutem cerebri. Sed secundum
Galienum illi tres spiritus sunt
eque primi sicut dictum est supra
de virtutibus secundum traditionem
Galieni et cetera.

Sanitas est bona disposi-
tio corporis qua membra
possunt facere omnes opera-
tiones suas incolumes. Unde
constat quod per contrarium egritudo
est mala dispositio corporis qua
membra non possunt facere ope-
rationes suas incolumes. Sunt
namque tres dispositiones corporis

humani scilicet sanitas egritudo et neutrum. Corporis quidem sanum in nullo impeditur, quia omnia eius membra perficiunt operationes suas naturales exercere, oculus videre, aures audire, lingua gustare, stomachus appetere et digerere, epar sanguinem bonum formare, vesica urinam debite expellere, cor pulsare, cerebrum ymaginari, pes ambulare etc. Sed corpus egrum est cuius membra impediuntur ut non possent suas operationes naturales exercere, ut patet si stomachus cibum non appetit aut appetitum non digerit, oculus videre non potest et auris non audire etc. Sed neutrum est corpus quod nec est simpliciter sanum nec simpliciter egrum ut patet si oculi aliorum caligant aut aures aliorum tinniunt aliis membris existentibus sanis, vel si corpus uno tempore egrotat et alio tempore est sanum, et frequenter aut vicissim nunc subiaceret egritudini nunc sanitati, tale non egrum potest dici simpliciter sanum nec simpliciter egrum sed neutrum. Egritudinum alia simplex, alia composita, et alia communis. Simplex egritudo est est similium membrorum et est distemperantia in primis qualitatibus scilicet caliditate frigiditate humiditate et siccitate, quando enim aliqua primarum qualitatum excedit proportionem et cursum nature est corpus egrotare. Composita egritudo est compositorum scilicet membrorum officialium et habet fieri in quantitate continua vel discreta. Continua quantitate ut si rectum curvaretur, vel si planum asperetur, aut si concavum ... obstrueret aut si fieret opilatio foraminum etc. Exemplum de quantitate discreta, ut si esset digitus superfluus, vel esset aliquis diminutus, vel si lapis generetur in renibus vel in vesica. Omnes enim tales dispositiones distant a naturali dispositione. Communis vocatur solutio continuitatis que ipsi accidit tam simplicibus quam compositis. Exemplum eius est fractura ossis vel vulneratio vel apostema. Et tu debes scire quod quelibet egritudo habet quatuor tempora scilicet principium

augmentum statum et declinationem. Principium egritudinis est quando incipiunt membra impediri ne suas possint exercere naturales operationes. Status autem dicitur proximum ultimatum est impedimentum operationum membrorum et permanet tota egritudo in eodem statu. Sed declinatio dicitur quando membra incipiunt resumere vires ad exercendum naturales suas operationes sicut fit in convalescentia quousque perveniatur ad perfectam sanitatem. Et ista tempora diversificantur in acutis et aliis egritudinibus. In egritudinibus siquidem acutis ista tempora sunt valde brevia. Sed in egritudinibus cronicis sunt tempora valde longa. Et dicuntur egritudines acute que sunt valde fortes et breves et ille sequuntur motum lune et illarum tempora quandoque sunt in una et eadem die, quandoque in duabus, quandoque in tribus, et ultra mensem se non extendunt, quia in uno mense complet unam circulationem suam. Sed cronice dicuntur egritudines que sunt longe et sequuntur motum solis, et illarum tempora extendunt se quandoque ad duos menses vel tres, quandoque quartale anni aut ad dimidium annum vel integrum annum aut adhuc ulterius, quia revolutio solis est in uno anno semel etc.

Egritudines sanari non possunt nec sanitas conservari non potest nisi causis intellectis earum. Sunt autem tria genera causarum. Nam quedam est causa antecedens, quedam primitiva, quedam coniuncta. Causa antecedens est que intrinseca non tamen immediate aliquam dispositionem a[d]ducit. Sicut harum causarum sit prime. Repletio enim prima corporis est causa antecedens febris, non enim statim quando est repletio corporis est febris, sed postquam humores in venis putrescunt, sicut est complexio vel humor vel dispositio. Sed causa primitiva est causa extrinseca sicut est calor solis vel ignis

vel alterius rei abluarum et tunc
comestio algorum et frigorum et
similium Causa quarta est causa in
trinseca et coniuncta alicuius disposi
tionis Exemplum huius rei sicut si dicamus quod
+ figitur repletio non est causa im
mediate febris sed causa antecedens ad febrem
et ipsa ducat ad putredinem Sed
putredo humorum in vasis est causa
quarta febris quia existente pu
trefactione adest febris In putre
factione enim rei semper adest calor
extraneus qualis apparet in febri
citante Sed causa primitiva febris
comestio alliorum et aliarum rerum
calidarum. huiusmodi enim res calide
solent quandoque generare calorem
extraneum. sed calorem putredinis, si
militer calefactio balnei superflua
vel pugnatio vel que etiam fit
a re extranea potest esse causa febris
Dico igitur breviter quod repletio
est causa antecedens ad febrem et est
causa coniuncta et intrinseca Sed pu
tredo est causa quarta et coniuncta
et intrinseca ad febrem Et cale
factio superflua a rebus extrinsecis
est causa primitiva febris Similiter
ymaginare de causis sanitatis
Item causarum alie dicuntur vitatiue
alie non vitatiue Vitatiue sunt
que cum abscisse sunt adhuc per
manet infirmitatis affectio ut
si medicina cauterisante a mem
bro per aliquod tempus abstulis
adhuc remaneret adustio Sed causa
non vitatiua est que ablata au
fertur infirmitatis affectio, ut su
blata putredine in febre que est
causa febris sublata est et ipsa fe
bris Item causarum dispositionem egri
tudinis et sanitatis alie sunt
necessarie alie non necessarie Necessarie
sunt que nullo modo possunt vitari
sicut aer cibus et potus Non
necessarie sunt que possunt vitari
sicut est ebrietas fornicatio
et unctio et cetera Causarum neces
sariarum quinque sunt genera
scilicet aer nos circumdans, 2o cibus
et potus, 3o motus et quies, 4o
sompnus et vigilia, 5o evacua
tio et retentio, 6o accidentia
anime. De hiis singillatim est dicendum
et primo de aere. Capitulum 3m de
Quantum necessarius aere
sit aer ad vitam humanam

conservationem. ostendit ipsa inspira
tio et expiratio aeris Continuus
etiam causat dispositionem sanitatis
et egritudinis subitas et qualitates
aeris. ostendit mala dispositio
eius. quoniam generat infirmitates et
pestilentias hominum Per contrarium
aeris bona dispositio conservat
vel restituit sanitatem Item lon
gitudo et brevitas vite hoc idem
ostendit in diversis locis habitan
tibus. homines enim habitantes in aere
bono longioris vite sunt quam ho
mines habitantes in aere ma
lo ceteris paribus quo ad sanitatem
regimentur ut cibus potus sompnus
et vigilia etc. Sunt autem due cau
se respirationis aeris Una est
ut frigiditate ipsius calor spiritus
cordis temperetur ne perveniat us
que ad ignitionem et sui extinctionem
seu consumptionem et per consequens
mortificationem viz in suspensis
Alia causa est ut fumi inutiles
et nocivi in corde geniti per expi
rationem a corde separentur. Et primo
aer inspiratus postquam calefactus
est in pulmone et corde iam
inutilis est ventilationi caloris et
ideo statim expellitur et cum eo
fumi nocivi et inutiles expellan
tur. tunc iterum statim alter
aer inspiratur frigidus et recens
et sic continuatur respiratio et
inspiratio propter duas causas iam
assignatas usque ad finem vite
Et tu debes scire quod non solum
aer qui per inspirationem vadit ad
pulmonem et cor causat dispo
sitionem sanitatis et egritudinis
sed etiam aer nos circumdans
quod patet ex eo quod aer calidus
nos sudare facit et cutem rubi
ficat per attractionem sanguinis
ad superficiem corporis. et si su
perfluit caliditas eius hoc quod
iam attractum est resolvit et
per cutem et propter famem cu
mat et generat coleram. et re
solvit spiritus debilitat digestionem
quoniam calor ab interioribus ubi
est locus digestionis ad exteriora
trahitur Item diminuit uri
nam propter augmentum sudorum
et inde est quod homines minus
mingunt in estate quam in hye
me. quoniam in hyeme homines

non ita sudant sicut in estate et
quia aer calidus trahit de interio
ribus aliorum decoctionis calorem
naturalem igitur homines non
ita appetunt comedere nec ita pos
sunt digerere in aere calido sicut
in aere frigido Sed aer frigidus
operatur contrarium aeri calido quia
tempore constringit poros cutis
et per antiperistasim pellit calorem
naturalem ad interiora corporis
quare tunc fortificatur digestio
et magnificatur appetitus cibi
minuitur sudor et augetur uri
na Et tu debes considerare ae
rem bonum in eius substantia et qua
litate Bonus enim aer debet esse
clarus ita quod in nocte minute stel
le videantur et quod non sit eis
aliquid admixtum de nebulis
seu vaporibus malis quales sunt
vapores mortuorum metallorum aut
maris vapores putridi aquarum
stagnalium et debet esse aer bonus
temperatus in qualitatibus primis
ita quod non sit nimis calidus nec
sit nimis frigidus nec nimis hu
midus nec nimis siccus Talis enim
aer in substantia et qualitatibus primis
etiam est conservativus sanitatis
Aer vero malus per oppositum se
habet Est enim in substantia corruptus
propter admixtionem vaporum ma
lorum sicut contingit in pesti
lencijs aut habet aliquam primarum
qualitatum in [illegible] ultra
ut potest quod aut est nimis calidus
aut nimis frigidus aut humidus
vel siccus Talis enim aer cor
ruptus in substantia aut excessivus
in aliqua primarum qualitatum
generat morbos diversos Calidus
et siccus aer generat morbos co
lericos frigidus et humidus ge
nerat morbos flegmaticos fri
gidus et siccus generat morbos
melancolicos Calidus et hu
midus generat morbos sangui
neos Item aer variatur
secundum quatuor tempora anni et
secundum diversitatem situum locorum
et secundum cursus ventorum Nam
tempus vernale quod incipit
ab introitu florum et frondium
usque ad medium maij est tempe
ratum et sanguineum et sanum
Sed estas est calida sicca et colerica
et durat quousque folia arborum
incipiunt defluere Autumnus
autem est tempus frigidum siccum
et melancolicum et durat usque
ad plenum defluxum foliorum
Hyemps que incipit post finem
defluxus foliorum arborum est
tempus frigidum et humidum
et flegmaticum Et ventus bo
realis ille infrigidat et exsiccat
et est sanus confortativus di
gestionis Sed ventus austra
lis est calidus et humidus no
civus digestionis impeditivus Ventus
autem orientalis inter alios est
temperatior Post eum tunc ventus
occidentalis Locus vallis habet
aerem putridum et malum
quia non potest bene aventari
per ventorum flatum impedi
entibus montibus Melior autem
est aer in montibus nisi in parte
qua essent fumi minerales vel
mare quod a se evaporat va
pores putridos et fetidos In
plano autem ubi flarent boni ven
ti et bone aque essent nec aque
putride essent in ultimo esset aer
convenientior Et tu debes tibi
fabricare habitationem ut sol ma
ne meridie et vespere semper
posset irradiare in illam ad eva
porandum eam a malis vaporibus
Nam in habitaculo illo quo sol
non irradiat tu semper experi
eris fetorem extraneum propter
admixtionem vaporum sicut patet
in cellarijs Et debes ordi
nare fenestras in tua habita
tione versus partem Borea
lem ut tempore estivali pos
sis habere flatum boree quia
tunc ipse confortat digestionem
et minuit sudorem Item aer
turbulentus tristificat animum
clarus autem letificat Iam
quartum de effectibus motus
et quietis corporalibus

Motus corporalis calefacit
et hic attestatur ambulatio
et cursus hominis et manua
lis operatio artificum Et
motus remissus temperate cale
facit Sed non resolvit vir
tutem corpoream seu virtutes
naturales nec sudare facit
Motus autem fortior fortius

calefacit. et si diu durauit facit
sudorem et debilitat virtutes
et postea infrigidat partes. quia
per sudores et euaporationes ef-
fundit calorem naturalem. quo
diminuto frigiditas augetur. et
motus non consequitur effectum
suum propter impedimentum in contrarium
quam sit motus seu operatio ma
Pistatores et fullones quorum
motus seu operatio est semper
circa aquam minus calefiunt
per motum eo quod per aquam circa
quam mouentur infrigidantur.
Dum proprium motus consequitur
debitum effectum qui fit circa ignem
sicut patet de motu fabrorum quorum
motus iuuat ad calefactionem per
approximationem ignis. Ex hoc patet
quod motus fabrorum magis ca-
lefacit quam motus sutorum. Simi-
liter poteris cognoscere de compara-
tione caliditatis acquisitatis a
motibus in aliis mechanicis.
Et quia motus calefacit et
resoluit. motus humiditates
corporis igitur etiam exsiccat.
Quies autem cum sit contraria
motui contraria eius operatur.
Ipsa enim infrigidat et hume-
ctat et quanto fuerit diuturnior
aut frequentior aut intensior
tanto magis hos effectus ope-
ratur. Capitulum quintum de somno
et vigilia quantum ad ipsorum
effectum Dequitur

Vigilie calefaciunt et exsiccant
exterius sicut motus et resol-
uunt virtutes et proprie virtutem
animalem si fuerint nimis lon-
ge aut nimis frequentes. Et
quia resoluunt humiditates cor-
poreas igitur prouocant appetitum
comedendi quia calefaciunt et
iuuant digestionem. Sompnus autem
per contrarium operatur. Ipse
enim infrigidat et humectat
recte sicut quies et iuuat ad
digestionem quia in ipso calor
redit ad interiora. Et sompnus
magis facit sudare quam vigilie
et hoc quando in corpore materia
fuerit superflua que est mobi-
lis digestioni. Cum ergo multum su-
dat in sompno per superfluam
materiam in se infecti vel tali e-
uenena aut flebothomia aut

purgatio et cum diminutio nutrimenti.
Et hic debes scire quod sompnus
occultat calorem naturalem et
manifestat frigiditatem. cuius
signum est quod indigemus ma-
ioribus et pluribus indumentis
et cooperimentis in sompnis quam
in vigiliis. Capitulum vij^m de
effectibus accidentium anime

Accidentia anime sunt pre-
dicta timor gaudium tristi-
cia verecundia sollicitudo. et si
qua sunt similia. ipsa enim etiam
immutant corpus. Et licet acciden-
tia fiunt mediantibus spiriti-
bus et sanguine et calore. Illa
enim accidentia que mouent
ad fugam sicut est timor et
tristicia faciunt spiritus et san-
guinem redire ad cor. Sed ista
que mouent ad resistendum vel
exultandum ut ira et gaudium fa-
ciunt spiritum et sanguinem mo-
uere ad exteriora. Ira sequitur
calefacit. Ipsa enim ira est accen-
sio sanguinis circa cor. Tristi-
cia autem infrigidat quia per
eam spiritus mouentur ad interio-
ra et coangustantur et suffocan-
tur intantum quod sepe extinguuntur
et moriuntur tristes. qui est pu-
sillanimis. Timor efficit simi-
lia tristicie. Sic etiam sollici-
tudo facit cum infrigidat et
spiritus coangustat in interiori-
bus et sanguinem intantum quod se-
pe corpus solliciti marcescit
et reducitur in complexionem
melancolicam. Gaudium autem ca-
lefacit si fuerit modestum. quia
facit calorem et sanguinem tran-
sire ad membra exteriora et
cor dilatatur et pulsus magni-
ficatur. Verum si nimis diu
durauerit extenuantur seu eua-
cuantur spiritus cordis et
calor naturalis et per consequens
infrigidat. Unde plures pu-
sillanimes per gaudium mortui
sunt. Sicut contingit pauperi-
bus qui promouentur ad altas
seu ad dignitates precipuas bonas
et ad potentates et seculares quo-
rum spiritus cordis propter con-
tinuum gaudium extenuantur. Cum
ipsorum corda infrigidantur
et moriuntur. Ira autem ...

mortificat quia ipsa non ex-
tinguit calorem sed potius au-
get. Verecundia aut in principio
infrigidat et est similis timori
ipsa siquidem sicut timor facit
calorem spiritus et sanguinem re-
dire ad cor. Unde in principio
palescit verecundus recte sicut
in timore. sed in fine ipsa ca-
lefacit. quia facit spiritus et san-
guinem redire ad exteriora. et
ideo tunc ipse verecundus rubifi-
catur in facie. nisi enim hoc fieret
non esset verecundia sed timor
ymaginacio etiam facit magnas
impressiones corporibus et
complexionibus intantum quod si mu-
lier fortiter ymaginari fuit
speciem alicuius tempore concep-
tionis ipse puer accipit dispositionem
rei ymaginate. Unde quedam
regina ethiopie propter ymagi-
nacionem viri albi depicti su-
pra lectum suum tempore con-
ceptionis concepit et peperit filium
album quod est contra naturam
dicte ethiopie. Sic ymagina-
cio casus facit casum. Atque in-
tenta visio pulcritudinis cadentium
tem facit. Sic aliquis conside-
rans alterius dolorem si for-
titer ymaginatur sentit inse
dolorem. Atque per fortem y-
maginacionem aliquis sentit congre-
lacionem vel stuporem dencium
ex hoc quod aliquis videt quod ali-
quis comedit res acetosas vel
acras. Sic contingit quando ali-
quis audit stridorem dencium
alterius vel collisionem dua-
rum rerum ad idem quod propter
fortem ymaginacionem sentit su-
orum dencium ymagin lesionem.

Capitulum viij^m. De eo quod come-
ditur et bibitur

Quod enim comeditur et bi-
bitur tribus modis operatur
in ipso corpore. aut enim corpus
operatur a sui qualitate aut ope-
ratur a sui substancia vel materia aut
operatur a tota sui specie i. a
forma specifica sive speciali. Qui qua-
litate operatur quod aut calefa-
cit aut infrigidat humectat
et exiccat. Qui substancia vel materia
operatur quod mutatur in
humores et in membra sicut nutri-

mentum quod semper calefacit
corpus eo quod facit augmentacionem
in sanguine licet contingit postea in-
frigidet. Propterea quod cibus fuit
nature frigide ut de sanguine
generato de lactuca vel lactucis.
Sed a sui tota specie seu a proprie-
tate specifica operatur. quod nec
operatur sui qualitate nec opera-
tur sui substancia vel materia. sed a quadam
proprietate specifica i. a proprietate que specie
consequitur sicut corallus qui in
sanat dolorem stomachi et na-
pellus dicitur genus fungorum quod
interficit. Sicut enim homo a pro-
prietate specifica potest ridere. quod nullum
aliud animal potest facere. quia non
habet talem formam specificam. et ca-
nis latrare potest magnes
attrahere ferrum. lapis agathes
calamum attrahere vel quadam
quod stipulam. Sic aliquae res
venenose et aliquae medicina-
les comeste vel bibite ope-
rantur in corpore a tota specie
i. a proprietate specifica seu a forma
specifica. Eorum autem que in
corpore operantur sui qualitate
aut calefaciunt aut infrigidant
aut humectant aut exiccant
aut plura simul faciunt ut puta
quod calefaciunt et humectant eius.
Et ideo hic dicitur esse quedam me-
dicine calide quedam frigide humi-
de vel sicce. Et dicuntur calide
vel frigide. non quod tales sint
in actu sed in potencia. quousque
reducantur per calorem naturalem
in actum. Exempla. Unde est ca-
lidum. Unde si tu intromiseris
manum tuam in ipsum manifeste
est frigidum. sed quia ipsum bi-
bitum calefacit a calore stoma-
chi. tunc ipsum fit calidum in
actu et in effectu. Sed per contrarium
poma acetosa si calefacta fue-
rint circa ignem. sunt actu
calida. Contra si fuerint come-
sta et a calore naturali alterata
ipsum infrigidant et sanguinem
frigidum generant. Et propter hoc
quod dicitur. medicina cali-
da vel frigida humida vel
sicca. tu non debes intelligere
quod sit talis in actu sed in po-
tencia respectu corporis med.
Et dicitur calida que corpus

nimis calefaciunt ultra naturalem com-
plexionem, ut patet de alleis sepe
comestis. Et dicitur secunda quod
remittit caliditatem nostre com-
plexionis si fuerit sepe reiterata
ut patet de esu lactis vel lactuce.
Et attende hic quod dictum est quod
potentia medicinarum non redu-
citur ad actum nisi per calorem
nostri corporis agentem precipue
stomachi quando reducitur ad actum
et amplius. quoniam alie res come-
ste aliis sunt calidiores vel fri-
gidiores humidiores vel sicci-
ores. Sed igitur nominandi gradus
talium rerum et sunt quatuor
gradus istarum. Primus gra-
dus est quando res agit in corpus
non tamen transmutat ipsum a com-
plexione sua ita ut sentiatur
caliditas vel frigiditas. verbi gratia
sicut est comestio carnium gal-
linarum vel mutonum. Secundus
gradus est quando res comeste vel
bibite agunt in corpora aut
calefaciunt aut infrigidant ultra
hoc quod naturalis complexio se osten-
dit non tamen ex hoc provenit in ope-
rationibus nocumentum, sicut
est comestio electuarium seu cau-
liorum quorundam. Tercius gra-
dus est quando res comeste vel
bibite nimis calefaciunt vel in-
frigidant quod in operationibus
manifeste provenit nocumen-
tum. verbi gratia sicut est allearum
sepe comestium aut cepe nimis
calefaciunt stomachum et totum
corpus quod destruitur appetitus
comedendi et digestio, et frigi-
ditate sequitur vomitus colericus. Quar-
tus gradus est quando res co-
meste vel bibite non solum
impediunt operationes naturales
sed etiam hic interficiunt hominem.
verbi gratia sicut opium quod sua
frigiditate extinguit spiritus
et moritur homo. Et tu debes
scire quod cibus vel potus so-
lum mutatur in substantiam corporis.
Sed medicina aut venenum quod a
tota sui specie interficit non
mutatur in corpus sed tamen alte-
ratur a principio. quousque
illarum potentie reducan-
tur ad actum. Sed medicine pure
et venena non digerunt

nec nutriunt. Sed tamen aliqui ci-
bi medicinales qui nutriunt
et cum alterant corpus, ut
sunt semina arborum et car-
nes carte cum cepe aut huius-
modi. Preterea ciborum alius est sub-
tilis nutrimenti et boni. Alius
est spissi nutrimenti et mali et
pauci. Exemplum primi ut est bro-
dium gallinarum vel ipsa ca-
ro. Exemplum secundi ut est caro
salita vel caseus.

Capitulum viii^m de aqua

Aqua est unum elementorum
et ipsa est de hiis que in-
grediuntur corpora nostra ut
fiat pars corporum mediatum. non
quod simplex aqua nutriat. Nam
ut aliqui dicunt aqua sim-
plex non nutrit. quoniam ipsa in
grossatione non patitur ut fiat
sanguis. Sed ipsa commixta cum
cibo nutrit et alijs grossis pene-
trationem prebet. Cibus enim grossus
per se non potest bene penetrare
strictos meatus corporis nisi
per aquam subtiliaretur. Est
autem aqua ista bona que est
subtilis et clara non habens
admixtionem alicuius rei extra-
nee et que dicitur in dulcis in ore
que postquam fuerit potata non
facit stomachi inflationem nec
sitim, nec diu manet in ypocon-
driis, sed cito descendit, et est le-
vis in pondere nec facit rugitum
ventris. Et debes scire quod a-
qua ex pondere cognoscitur, ea
enim que est levioris ponderis
est melior, ut si tu sumas duo
vasa vel duas bombaces et intin-
xeris in duas aquas, deinde
expresseris, tunc id totum quod
est levius indicabit tibi aquam
meliorem. Et aque vero que
veniunt de locis altioribus
sunt meliores et subtiliores.
Aqua autem limosa et aqua
paludosa et aque puteorum sunt
grosse et faciunt opilationes
et similiter aque pluviales. Pre-
dicte tamen inter predictas sunt melio-
res et sunt etiam constrictive.
Et inter aquas pluviales ista
est melior que fit cum cho-
ruscationibus multis et toni-
truis. illa enim est subtilior

Item aque quibus sunt res mineralis admixte sunt insane sicut sulphur alumen et que currunt per alias venas minerales s. plumbi ferri stanni etc. Aque tamen que currunt per venas ferri confortant intestina et aque salse sunt insane. Et huiusmodi fere per decoctionem et sublimatio maliciam aquarum emendat. Nam per decoctionem partes aque rarificantur et subtiliantur ita quod terrestreitas per aliquot tempus que sunt aque admixta ad fundum residet similiter per sublimationem sive per distillationem partes subtiliores aque ascendunt et per nasum allembici distillantur terrestreitate in vase inferiori distillationis remanente. Plura etiam dicenda de aqua sicut etiam multa restant dicenda de cibo de quibus dicetur ubi determinabitur. Causam nonam de hiis que evacuantur et retinentur.

Retinentur quoque evacuanda preter naturam. Utpote in ventris constrictione et in stranguria et in retentione menstruorum ultra solitum cursum nature et in restrictione emoroydarum in illis in quibus fluere consueverunt etc. Et per contrarium aliqua evacuantur contra solitum cursum nature que deberent retineri utpote in lienteria que est fluxus ventris repens et in vomitu et in diabetis que est fluxus immoderatus urine et in lacrimacione oculorum et in superfluo fluxu sanguinis narium et sic dicitur de multis aliis de quibus postea dicetur in specialibus hinc causas suas. Evacuatio et retentio et libera evacuatio etc. Tamen sunt cause dispositionum sanitatis et egritudinis. Nam quando retinentur retinenda et evacuantur evacuanda est homo sanus. Et per contrarium quando evacuantur retinenda aut retinentur evacuanda fit homo insanus. Et superflue retentionis est aut fortitudo virtutis retentive aut debilitas virtutis expulsive aut tarditas virtutis digestive. Quia tunc tamen diutius tamen diu retinet quousque compleatur digestio aut oppilatio in viis per quas fit evacuatio. Ut in colica opilatione intestinum inferiorum ut ita ut stercora vel superflua non possint evacuari. Et in lapide vesice hic idem patet. Qui opilat orificium vesice ne urina possit evacuari etc. Sunt etiam plures alie cause superflue retentionis de quibus nunc supersedendum est quod de eis in 3o tractatu compositius dicetur. Sed causa superflue evacuationis aut est debilitas retentive aut fortitudo expulsive aut velocitas digestionis aut largitas meatuum per quos fit evacuatio et alie cause postea etiam dicende erunt et qualiter in infirmitatum cause sunt evacuatio et retentio. Et hic in 3o tractatu. Capitulum x.

De effectibus rerum naturalium non necessariarum.

Dicto de causalitate sex rerum naturalium et necessariarum scilicet aeris motus quiete etc. Nunc dicendum est de effectibus rerum seu causis rerum non naturalium et non necessariarum quales sunt res obviantes corpori exterius quales res sunt fomentis balneum emplastra seu fomenta unguenta. Tales enim res corpori obviantes et ipsum immutant ut si obviant res calide calefaciunt frigide frigefaciunt humide taliter humectant sicce siccant. Que autem operantur in corporibus humanis hic faciunt duobus modis. Aut enim propter suam subtilitatem intrant in poros corporis aut non intrant sed simpliciter alterant. Exemplum primi sicut pipe ul alead confectum et positum exterius super quamcumque partem corporis ingreditur propter suam subtilitatem poros et tunc adurit et excitat. Exemplum 2i ut de rerosa que supposita cuti non ingreditur poros propter suam grossitiem sed sua frigiditate infrigidat et siccitate exsiccat

Unde patet quod unguenta emplastra et alia corporea observantia quia sua extrinsecus corpora alterant sine pororum ingressu. Sed subtilia unguenta et emplastra et huiusmodi ingrediuntur poros et rubificant cutem. Et balneum sua caliditate calefacit et sua humiditate humectat. Verumtamen si diu duraverit exsiccat et debilitat eo quod multum de humiditate corporis consumit per sudores et evaporationes. Igitur qui querit humectare vel impinguare corpus non debet diu morari in balneo precipue ubi sudat scilicet in loco eminentiori balnei. Sed in loco inferiori ubi non sudat poterit morari diutius semper circa se aquam tepidam sumendo ut aer circa se semper sit humidus. Balneum etiam ieiuno ventre calde exsiccat et corpus macrum facit et ideo tale magis competit pinguibus. Sed balneum post prandium impinguat quia corpus calefacit et cibum illico trahit ad omnia membra. Verumtamen ipsum facit opilationes quia corpori hueerit largos meatus et propter hoc errant qui bibunt in balneo ut provocent in se sudorem quia potus ita crudus trahitur ad epar et cito efficit opilationes et precipue aqua potata nocet quia tunc calor stomachi tunc est obtusus eo quod caliditas balnei trahit calorem naturalem ad exteriora. Unde non potest frangere frigiditatem et aliam maliciam aque. Et Item (?) Rome errant valde mulieres que in balneo solent comedere fructus et bibere copiose; tales enim incurrunt debilitatem stomachi et ypocondriorum caliditatem propter opilationes. Et bonum est balneato sano ut post balneum expectet cum potatione usque ad accidentalis caloris acquisiti a balneo recessum ad vitandum capitis dolorem et opilationes epatis. Sed manu lento sibi epatico prodesset cum comedere et bibere statim quia per caliditatem accidentalem a balneo acquisitam nutrimentum trahatur ad totum corpus. Cumque si balneum invenit nutrimentum humile iuvat ad digestionem eo quod calor naturalis iuvatur a calore balnei. Et si invenit multos humores paratos ad fluxum vel ad putrefactionem iuvat ad fluxum et ad putredinem et ideo valde caute videndum est et per experimentum ad discernendum quibus balneum prodest quibus vero nocet. Et ea que dicta sunt intellige de communibus balneis. Balnea autem naturalia sunt sicut terme et balnea medicinalia sicut sunt balnea aquarum in quibus coquuntur sulphur vel herbe ut alie res medicinales agunt in corpus secundum qualitatem rerum ibi decoctarum. Nigra intus est vis sulphuris. Sulphur autem est calidum et siccum. Ideo terme calefaciunt et exsiccant. Similiter intellige de balneis artificialibus et medicinalibus. Ex hiis omnibus iam dictis possunt intelligi cause calefacientes et infrigidantes humectantes et exsiccantes. Postremo videndum est de causis doloris et delinitionis. Et secundum Galienum causa solutio continuitatis est causa doloris. Et dicit quod caliditas vel frigiditas non faciunt dolorem nisi inquantum solvunt continuitatem. Sed alii dicunt quod etiam caliditas frigiditas et siccitas sunt cause doloris, numquam vero humiditas facit dolorem. Ex hoc patet quod causa delinitiva est reductio caloris naturalis corporis ad temperamentum. Verbigracia si fueris infrigidatus nimis tu debes esse in aqua tepida, et si fueris calefactus nimis tu debes esse in aqua frigida, aqua taliter reducitur corpus ad temperamentum. Et tu debes scire quod tribus modis tollitur dolor scilicet aut per remotionem causarum doloris aut per somnifera sicut papaver aut alia similia aut per narcotica et stupefactiva id est ea que auferunt sensum

et mortificant membra sicut ius-
quiamus mandragora et opium
primo .a. vere tollitur dolor, 2o
modo vere tollitur, 3o .a. vn-
de sunt cauenda est mixta in capi-
tulis descriptis. Capitulum xim
De significationibus in genera-
li dispositionum sanitatis et
egritudinis corporis humani
et membrorum eius

Dicto de egritudinibus et
de earum causis. Dicendum
est pertractare de significationi-
bus et que etiam dicuntur alio
nomine accidentia. Accidunt enim
infirmo et signant medico. Vn-
de citrinitas faciei et totius corpo-
ris accidit corpori infirmi et
signat medico quod talis homo
patitur ycteriam. Significatio-
num alie sunt sanitatis, alie
infirmitatis. Item alie sunt
significationes sanitatis vel egri-
tudinis alicuius vel aliquorum
membrorum, et alie sunt super
totum corpus. Significationes
sanitatis totius corporis sunt
integritas omnium operationum et
omnium membrorum. Et potest quod
homo possit bene dormire, bene
videre, bene audire, bene spi-
rare, bene appetere, bene ci-
bum digerere etc. Significa-
tiones egritudinis totius cor-
poris sunt imbecillitas opera-
tionum omnium membrorum vel sal-
tem principalium, ut in tisana
in qua visus indicat aliqua
ante oculos volare seu appa-
rere, que tamen non sunt, in qua
etiam aures tinniunt, ideo
diminuitur appetitus cibi, de-
struitur pulsus cordis minuitur
etc. Significationes disposi-
tionum membrorum singularium
similiter patet ex suis operatio-
nibus et dispositionibus. Rur-
sus significationum alie sunt
per sensum proprie, alie autem
per intellectum seu per estimationem.
Significationes proprie per sensum
sunt que ad sensum apparent
et illorum aliqua perpenduntur
secundum visum sicut citrinitas cor-
poris sit ycteriam. Alie per
auditum ut rugitus ventris
sit per ventositatem et indigestionem.

Alie proveniunt per tactum ut cali-
ditas plurimitiva circa pectus si-
gnificat Tertianam. Alie proveniunt
per gustum ut amaritudo signi-
ficat domini in colera. Alie proveniunt
per olfactum ut fetor significat putre-
dinem. Significationes percepte
per intellectum sunt que ad sensum
non apparent actu per intellectum
nomen dicitur opio seu esti-
matio sicut de lapide renum
gravis significativa dolorem dor-
si in sua profunditate ubi est locus
renum. Et ideo oportet medicum sol-
licite egrotum interrogare, quia
quia aliqua significationes sibi
ad sensum patent, aliqua autem sibi
manifestantur indicio patientis.
Unde vere est medico ut ipse
perfecte sciat omnia membrorum iuua-
menta seu operationes. Et an
omnia que intercedunt ad infirmi
curationem illud auxilia, debet
accipere significationes trium mem-
brorum principalium, que sunt
cerebrum cor et epar in qui-
bus consistit esse et vita animalis.
Que si sunt omnia sana nullus
est timor. Si unum infirmum si-
cut aliquod illorum fuerit infir-
mum iam aliquis timor appro-
pinquat. Et si duo fuerint infir-
ma timor maior est habendus.
Si autem omnia fuerint infirma
maxime timendum est. Capitulum
xiim de significationibus dispo-
sitionum sanitatis et egritu-
dinis trium principalium mem-
brorum.

Cerebrum id est
est sanum. Quod potest recte
inter res discernere, ut potest
quod indicet petrum esse petrum
et petrum non esse equum. Ita
quod non indicet aliud esse quod
non est, vel non esse quod est,
et quod possit recte ymaginari
et recte rememorari. Et cere-
brum infirmum si habet per contrarium
si quod minuitur res ut potest
quod indicet aliud ante oculos
esse quod non est, aliquid yma-
ginatur vana et inutilia. Item
quod indicat sonos extra qui
non sunt, aut quod estimat in
minimum esse animum vel equi-
tatem quod rememorari non potest
et de pluribus aliis impeditur.

operacionum cerebri. et quanto iste
ultima actiones ultimantur. tanto
maior est cerebri infirmitas
Et significationes sanitatis cordis
sunt pulsus consuetus secundum naturalem
cursum. ita quod non varietur a
statu naturali. et cum hic levius
inspiratio et expiratio Et per
contrarium pulsus naturalis muta-
tus signat infirmitatem cordis et
quanto magis distat pulsus a con-
sueto et naturali cursu tanto est
maior eius infirmitas Simi-
liter intelligendum est de difficul-
tate inspirandi. quod quanto maior
fuerit. tanto magis cor angusti-
atur Sanitas autem epatis sig-
nificatur per egestionem et urinam
Nam si egestio et urina sunt
naturales. i. incedentes per naturalem
cursum. tunc epar est sanum
Si autem recedunt a cursu na-
turali tunc epar est infirmum.
et quanto magis recedunt a cursu
naturali egestio et urina tan-
to est maior infirmitas epatis
ut puta quod est duricies et dolor
iuxta ypocundriam dextram De
signis vero dispositionum illorum et
aliorum membrorum declara-
bitur adhuc melius infra a parti-
cula // Iam secundum de signi-
ficacionibus complexionum singula-
rum membrorum
Caput calidum cognoscitur a
calore rubeo sanguineo
et a nigredine pilorum et si
cum hic conveniat siccitas. tunc
crispantur pili vel capilli. et ac-
celerat calvicium. et talibus ut
frequenter accidit fluxus capitis
subtilis citrini quod inde deflu-
it et est valde pungens Talibus etiam
accidunt multe vigilie Cali-
ditas enim facit vigilare et ma-
xime si cum ea conveniat sicci-
tas Talium etiam sunt aeli
velocis motus. et multipli-
cantur eorum cogitationes.
Unde frequenter agunt sine pre-
meditacione Si autem cum cali-
ditate conveniat humiditas tunc
caput est magis carnosum. pili
sunt minus tortuosi seu crispi
et cogitaciones et eorum accelera-
cio minuuntur. nec cito calvescunt
atque cito minus vigilant tales

Si autem cerebrum fuerit frigidum
hic designatur ex albedine pi-
lorum et faciei. et si frigiditati
conveniat siccitas. tunc est caput
macilentum. et si humiditas tunc
est caput pingue. et habentes ca-
pita frigida sunt sompnolenti
et maxime si conveniat cum ea
humiditas. et sunt tarde tales
cogitacionis. et frequenter obtusi
ingenii et eorum oculi tarde mo-
ventur. et ad omnia opera tar-
de moventur. etiam sunt tardi
Ex hiis dispositionibus tu potes
intelligere complexiones temperati cere-
bri Disposicio cordis calida
signatur a magnitudine pectoris
et a pilis illud contingentibus Similiter
signatur ex pulsus. secundum docere sig-
nificationum. pulsus supra predeterminata
Et animositas signat calorem cor-
dis et iracundia. sunt per contrarium
timor et pusillanimitas signant
cordis frigiditatem. et paruitas
pectoris. et si conveniat siccitas
cum caliditate augentur acci-
dencia ista caliditatis Si autem
conveniat humiditas tunc diminu-
untur. et per contrarium est de
frigiditate eius enim accidencia
diminuuntur per siccitatem et au-
gentur per humiditatem Epatis
autem caliditas designatur per
venarum largitatem seu ma-
gnitudinem et per unguium digito-
rum magnitudinem atque per pilorum
multitudinem in toto corpore
Si conveniat humiditas tunc
adest carnositas Si autem conveniat
siccitas tunc aderit macies
Et frigiditas autem epatis signatur
per contrarium ipsa enim operantur
venarum parvitatem atque pilorum
paucitatem. et carnis mollitiem
maxime si conveniat humiditas
Testiculi calidi signantur per multi-
tudinem pilorum et per fervorem
appetitus ad luxuriandum Sed
testiculi frigidi habent signa
contraria ut puta paucitatem
pilorum remissum desiderium
ad fornicandum Stomachus
calidi naturaliter fortis est in appe-
titu cibi et potus et in dige-
stione retencione et expulsione Sed
si fuerit calidus ultra naturalem
cursum. tunc minus appetit

potum . nec tamen appetit cibum
nec bene digerit . nec bene expel-
lit ut in febre Sed stomachus
frigidus nec appetit fortiter cibum
nec potum nec digerit bene nec
cito sed tarde. Capitulum xiiii De
significationibus humorum dominii

Significationes dominii san-
guinis sunt multa carno-
sitas rubor cutis proprie faciei
et rugae pilorum et frequens
fluxus sanguinis per nares
aut per inferiora et morbi san-
guinei frequentes sicut syno-
chus vel synocha et variole
rubee et frequentia apostemata ru-
bea atque tumor et magnitudo
venarum et magnitudo pulsus
atque rubor et spissitudo urine
atque modestia morum Non enim
sunt nimis veloces in agen-
dis in quibus sanguis domina-
tur nec nimis tardi sed medio-
criter se habent inter veloci-
tatem et tarditatem nec sunt
nimis timidi et audaces nec
sunt nimis capaces ingenii nec
nimis tardi ingenii tales sed
tenent medium naturaliter Signi-
ficationes vero dominii colere sunt
macies corporis nigredo pilo-
rum vel color citrinus et
ipsorum crispitudo . nam humiditas
cerebri crispitudinem impediret
Item color citrinus faciei et
cutis corporis atque citrinus color
et viridis et vomitus colericus
atque colericus secessus et amari-
tudo oris Item illi in quibus
dominatur colera rubea propter
eius calliditatem sunt veloces
in agendis atque velocis capacitatis
ipsi etiam velocis ire et auda-
ces . ideo si enim hic fuit cerebrum
[illegible] sicut ita sunt festini
et veloces in agendis et frequen-
ter precipitant facta sua agendo
preter rationis iudicium Item
egritudines colerice sicut mania
et variole acute et pustule nigre
propter adustionem et cetere con-
similes talibus frequenter accidunt
si non in debito regimine se con-
servaverint Et sunt fortis
appetitus cibus et potus et si
colera in his habundant au-
gmentabitur eis sitis Signi-
ficationes vero flegmatis sunt multa
corpulentia cum mollicie carnis
et albedo faciei et totius corporis
et multum sputum multi quam flu-
xus corporis Vomitus aut se-
cessus flegmaticus et albedo pi-
lorum Corpus in quibus do-
minatur flegma ipsi sunt tar-
di in agendis ebetis ingenii .
et quia deficit in eis calliditas
non sunt iracundi nec audaces
nec sunt multi desiderii cibi
vel potus eo quod calor naturalis
in eis obtusus est Significa-
tiones vero melancolie seu colere
nigre sunt macies corporis
propter siccitatem colere nigre
albedo et raritas pilorum
nisi preesserit adustio . tunc
enim habent pilos nigros et spissos
et accidunt egritudines melan-
colice talibus sicut mania de
causa frigida . quartana et apo-
stemata dura etiam Item ta-
les sunt tardi ingenii et propter
siccitatem sunt promptiores ad
iram quam flegmatici et etiam
iram diutius retinent quia siccum
difficilius recipit impressionem
et difficilius eam dimittit quam
humidum et propter hoc si ipsi pro-
vocati fuerint ad iram fiunt
audaces Ipsi etiam sunt tar-
di in agendis et hoc propter frigiditatem
Item quia fumus colere nigre
ascendit in cerebrum et perturbat
eius claritatem ipsi habent
malas et invariabiles cogitationes
Et propter acetositatem melancolie
cuius proprium est appetitum exci-
tare ipsi nec frequenter sunt for-
tis appetitus cibi licet minus
bene digerant et eis frequenter
accidit eructuatio acetosa propter
acetositatem colere nigre
Capitulum xv . m De significatio-
ne pulsus

Pulsus est motus cordis
et arteriarum diastole et
sistole ad temperationem caloris
per attractionem aeris factus
Cum tu visitas infirmum ali-
quem tu debes eius brachium
sinistrum super brachium tuum
sinistrum ponere ne ille manum
propter debilitatem teneat et im-
pediatur . tunc pulsus iudicium

Et notandum est si volueris bene di
scernere signa pulsus infirmi
quod tu prius cognoveris pulsum
eiusdem sani ut scias quantum a
naturali statu recesserit Nam
ex hoc tu scias quantum iste a sa
nitate ad egritudinem a vita
ad mortem appropinquat seu de
clinat Nam sicut alia et alia
est complexio humana sic alius et ali
us est pulsus secundum debilitatem
et fortitudinem Amplius Aliquo
rum pulsus est ita profundus
propter carnositatem brachii
quod vix vel nullo modo potes perci
pere eum Unde talibus oportet
te digitos magis comprimere
et si sic repertus non fuerit pul
sus ad brachium dextrum re
currere Rursus pulsus compo
situs est ex duobus motibus
scilicet elevationis et depressionis
ut dictum est in diffinitione ca
data vel ex duabus quietibus
interceptis inter duos motus
Nam potest esse motus de
contractio in centrum quando intendat
quietes media ut dictum est
octavo prohemii Et sciendum quod
cognoscitur pulsus non solum a mo
tibus sed etiam a quietibus Ca
ve igitur cum tu vis pulsare
digitorum ad inventionem cuiusque
pulsum alicuius sani quod non
fuerit fortis motus aut bal
neatus aut crapulatus aut alia
passus que pulsum variat
tunc tu incipiens pulsum
pulsare omnes digitos tuos
et considera utrum sit latus
et altus seu fortis plenus
et profundus Et considera vel hec
tempora quietum et a tali statu
quem declinavit pulsus tunc in
firmatur ita quod 4 non tangit
tres digitos est debilis ille
secundum duos est debilior si
tantum unum est adhuc debilior Et
si nullum digitum tangit seu
pulsat tunc est in precinctu
mortis Item si est magnifi
catus ultra naturalem statum est
in aliquo gradu debilitatis
Item si magis magnificatur
est in maiori gradu debili
tatis Similiter sume iudi
cium a quietibus Nam si quies

est brevior quam pulsum est aliquan
tulum debilis et si multum fuerit
brevior tanto est debilior et si
quies est ita brevis quod vix appa
ret sicut est in pulsu vermiculari
ubi non apparet quies manifesta
sed apparet sub digitis quasi ver
mes ubi demorant tunc talis
est in signum mortis Similiter
in ordinatione motus et quietum
ut puta quod duo pulsus veloces
primi et post longa quies vel
si fiat una plaga magna post
ea altera minor post iterum
alia minor ita quod etiam quietes
secundum diminutionem pulsuum dimin
uuntur desperatio est habenda
quia virtus cordis semper su
per modum est debilitata Sed
si fuerit econtra quod prima esset
parva 2a maior 3a vero ma
ior et cetera sed bona fiducia
Nam per talem pulsum signatur
virtutem infirmi Et
brevis quanto maior fuerit re
cessus a statu naturali tanto
est maior egritudo seu debi
litas virtutum Et quia pul
satio est per calorem natura
lem Unde est quod complexio
calida habet maiorem pulsum
et complexio frigida minorem
Propter quod sanguineus habet
maiorem pulsum Colericus
autem minorem propter siccitatem
sed frequentiorem et breviores
breviores quietes Porro flegma
ticus minorem habet propter hu
miditatem quod est in calore
Postremo autem melancolicus
habet minimum Unde etiam est
quod omnia calefacientia augmen
tant pulsum Sicut motus
balneum forte vinum allea
rea et gaudium modestum Et
per contrarium ea que infrigidant
ipsum minorant sicut potus
aque frigide timor et tristi
cia quies et sompnus etc
Unde caute debes videre
ne erres Et si tu nescieris
statum pulsus hominis sani
saltem intelligas eum per
estimationem etatis principaliter
Amplius Similiter pulsuum causa
et causas diversitatis si quis
voluerit videre recurrat

ad alios libros ubi copiosius
traduntur ista que nunc re[illegible]
ad curandum egritudinem et ad con-
servandum sanitatem magis aut
afferunt contemplanti delecta-
cionem. Digestiones vero propter egre-
tudinem simplicem a pulsu in suis
capitulis dicentur deo concre-
dente. Capitulum xvi^m de signi-
ficacionibus urine

Urina est colamentum san-
guinis et aliorum humorum
in epate generata. Regimen enim in
epate chilus a stomacho altius
fuerit decoctus tunc virtute
discretiva aquositas a sangui-
ne et ab aliis humoribus separa-
tur recte sicut aquositas a
substancia lactis in formacione casei
ipsa enim est inutilis nutricioni
et transmittitur per renes ad ve-
sicam et tandem per virgam
emittitur. Unde constat signum
urine et precipue super regio-
nes epatis renum et vesice ac sup-
dorum in humorum quorum ipsa
est colamentum secundum glosam com-
pa et inlitorum locorum supp-
bia in iudicio urini et respon-
di qui de singulis accidentibus cau-
sis et morbis merentur divi-
nacionem. Et debet urina recipi
digestione completa ut puta in
aurora vel ortu diei in vitro
rotundo et claro atque debet permitti
stare in quiete in loco calido
ne per frigiditatem ingrossa-
tur et ut ypostasis sive fex ad
fundum resideat aliter tu non
poteris iudicare bene ex ea. Et
cum tu volueris eam respicere
vide ne succuciendo eam ad manus
per motum turbes atque quod locus
inspectionis non sit tenebrosus
nec etiam nimis luminosus. Sumi-
tur autem urine significacio a
calore a substancia a quantitate ab
ypostasi et a contentis in ipsa
urina. Calor sanus urine
est ille qui est in urina quando
homo est bene sanus et est
in homine temperate complexionis co-
lor aureus. Debet ypostasis sa-
na est que in fundo iacet
cuius partes sunt bene conti-
nuate et est superius acuta in-
ferius rotunda et albi coloris

vel est velud alba iacens in fundo
bene continuata in partibus suis
ita quod non sint hinc inde partes
nebule divulse. Substancia autem
urine sana est quod sit medioc-
inter ultimam subtilitatem et
grossiciem quatenus non sit ita
subtilis quod visus tuus eam pe-
netrat sicut aquam nec sit ita
grossa quod obsistet visui tuo
ne eam penetrare possit. Quan-
titas urine est sana secundum quan-
titatem comestionis et potacio-
nis ita quod non sit nimis multa
sicut contingit in dyarpetica passi-
ant quod non sit nimis pauca ut
contingit in stranguria. Signi-
ficacio sane urine ex parte contento-
rum est quod nichil sit extraneum
ibi contentum ut puta nec lapis
nec arena nec tenuia longa consimi-
lia quod sit absoluta ab omni re
extranea et quanto a sanitatis
statu scilicet in colore substancia quantitate
et absolucione a rebus extraneis
fuerit elongata tanto ipsa est
deterior. Et tu debes scire quod
calor tingit urinam. Unde quan-
to maior calor fuit tanto
magis de rubedine aut ad ob-
scuram rubedinem accedit et
per contrarium frigiditas impedit
decoctionem urine igitur quan-
to maior fuerit frigiditas tan-
to magis dealbatur ipsa. Signi-
ficaciones humorum in urina sic
accipiuntur. Nam si sanguis do-
minatur erit urina rubea et
aliquantulum grossa. Rubea propter
humiditatem colore sanguinis.
Grossa propter habundanciam humi-
ditatis eius. Caliditas est est
causa rubedinis et humiditas in
grossiciei et intellige grossiciem
secundum hoc quod ipsa non est valde
perspicua et pervia nec visui pervia.
Sed si dominatur colera tunc uri-
na est rubea et hoc propter calidi-
tatem colere et est subtilis in substancia
propter colere siccitatem. Siccitas
enim est causa subtilitatis et
intellige per subtilitatem te-
nuitatem intantum quod ipsa urina
est perspicua valde et visui pervia.
Si autem dominatur flegma
tunc urina est grossa in su-
bstancia et est alba grossa

propter humiditatem. alba propter fri-
giditatem nam ut dictum est
sicut calor est causa rubedinis sic
frigiditas est causa albedinis. Sed
si dominatur melancolia sive cola
nigra tunc vrina est alba et
subtilis in substantia. Alba propter frigi-
ditatem. subtilis in substantia et propri-
cia propter siccitatem colere nigre
Et tu debes intelligere illas fri-
ciones humorum in vrina. sicut
se habere solent tempore sanitatis se-
cus enim est tempore infirmitatis. Vrina
vero rubea et turbida significat inflam-
acionem humorum. qualis est in
febre proprie colere et sanguinis
Unde cum tibi talis ostenditur pro-
nosticare illum habere febrem et ca-
lorem superfluum et proprie in epa-
te stomacho et corde. at habere
dolorem capitis. si valde forte ca-
put fuerit. at ipsum pronosticare
habere defectum appetitus cibi et au-
gmentum appetitus bibendi et oris
insipiditatem et amaritudinem
Unde debes iniungere quod nulla
calida ei dentur. Quia est talis
vrina sicut sunt piper zinziber
allium forte vinum et consilia
et quod ei administranda sunt frigida
sicut poma acetosa decocta. or-
deum cum herbis acetosis. tisa-
na i. aqua ordei et consimilia Et
tu debes valde cavere in pronosti-
catione ne iudices iam dicta
in vrina frigida actu. quia fri-
giditas actualis ingrossat vri-
nam que fuit subtilis ante infri-
gidationem. Unde si fuit ista gros-
sa per frigiditatem et redueris ad
subtilitatem sive clarificare. tunc
pone eam ad aquam calidam. et per
clarificationem mutabis eam. Resi-
dere vrina vero alba et grossa
cum qua nebula est diuulsa sicut
flegma crudum in stomacho et in
epate. Unde sequitur defectus
appetitus cibi et potus et dolor
in stomacho. quare tale flegma
est purgandum. et est iniungenda
dieta calida in cibo et potu me-
dicus huius talem vrinam Si autem
vrina fuit alba et clara uel eti-
am aliquantulum grossa et in ne-
bula apparuerint athomi albi
sicut essent athomi rasure de
albo panno lineo. tunc talis

patitur guttam vel di gicht de
causa frigida. quare sentit dolo-
rem dorsi. et fortasse etiam alia-
rum iuncturarum Et si vrina fue-
rit alba sicut aqua et in fundo grossa
significat lapidem vesice Si vero fuit
vrina rubea clara et in nebula
et in fundo fuerint athomi ru-
bei significat guttam de causa calida
et talis patitur proprie in pedi-
bus Si autem fuerit vrina rubea
habens in fundo paruos capillos
uel rubeam et grossam arenam
ista significat lapidem renum habere
quare patitur talis in dorso in
loco renum et in vesica vrine Si vero
vrina in se habet nebulam. que habet
figuram circuli. sicut esset circulus
de luna crementa significat mu-
lierem pregnantem Si vero vrina
mulieris in fundo fuerit tenebrosa
tunc patitur defectum menstruorum
Unde aliquando etiam tempore magni
fluxus menstruorum etiam apparet
tenebrositas in vrina Igitur tunc
est te dicere quod talis mulier non
habet naturalem fluxum sed quod est ni-
mius. quod nimis perrumpit mulieres
enim proprie vrine sunt valde fal-
laces et proprie de impregnatione
Et quia medici frequenter tem-
ptantur per vrinas. tunc convenit
dicere in genere. ita quod non descen-
das ad speciem uel ad individuum
aut ut dicas plura sub disiunctione
et non kathegorice. ut
per hoc tibi caveas a detractione
quia sepius homines querunt
ludificationes ex vrinis. De quibus
in physice est medicum recte ludere
Etiam si adhuc hodie esset vivens
ypocras et Galienus non possent
satisfacere insaciabilium multorum
licet plerique derisores homi-
nibus applaudere querentes omnia
videantur iudicare ex vrinis
et hic multo contingit. ut qui
volunt illudere medicos pri-
mum ipsi illuduntur a derisoribus
suis et fatuis Si autem in vrina
apparuerit furfures i. frusta
parua. sicut sunt frusta fur-
furum significat dissolucionem membro-
rum solidorum. Si autem appa-
ruerit super arenam pingue-
do sicut est tela aranee significat
dissolucionem pinguedinis renum

Et si in urina apparuerit sanies
in fundo sicut exitum apostematis
epatis renum vel vesice Et
loco doloris apparuit crudit sub do-
lorem membrorum apostematum
Alie autem significationes urine patebunt
postea ipsum in capitulis particula-
ribus curandarum egritudinum



ita hominis stat
in calido et humi-
do Calor siqui-
dem naturalis
radicatus est
in humido radi-
cali sive nati-
uo unde cum ex-
sit ex seminati-
bus viri et mu-
lieris ex sanguine menstruo
habent calor naturalis a prin-
cipio nativitatis vel forte a prin-
cipio conceptionis incipit agere
in humidum radicale quod est
suum subiectum sive nutrimentum
et sic agit in ipsum quousque
humiditas tota consumatur
et sic seipsum extinguit que ex-
tinctio est mors naturalis Et
illam naturalem extinctionem pre-
cedat extinctio violenta puta
in suspensis et in aqua submer-
sis intoxicatis aut qualibet alia
morte violenta peremptis Con-
simili sicut in lapide ubi calor
flamme agit in humiditatem licnii
et tam diu agit in eam quous-
que istam ex toto consumat et
ipsa extinguitur nisi preveni-
at extinctio violenta qualis
fit per infusionem superflui olei
aut per eius nimiam feculentiam
aut eius exsufflationem Et
non est intentionis presen-
tis preservare a terminis ho-
minem sed a morte casuali et
a lege instituta Sed principaliter con-
servare calidum naturale in
suo humido radicali et preser-
vare ipsum a violenta extin-
ctione multorum rerum illud
sine quibus vita humana stare
non potest sicut sunt aer ci-
bus et potus motus et quies sompnus
et vigilia evacuatio et reten-
cio accidentia animi et etiam
genus vestimentorum quod no-
stra corpora contingit Et quia
humidum corporis est resolubile
a calore intrinseco et extrinseco
igitur necesse est ut videatur de
regimine quo humidum radicale
diu in sua dispositione naturali
conservetur Quare duplex est
intentio conservandi sanitatem
Una est ne humiditas radicalis
congeletur seu infrigidetur su-
bito et per ipsum subito extingua-
tur Alia intentio est ipsum
corpus conservare a putrefactione
sive a calore febrili Nam febris
violenter seu vehementer exiccat
humiditatem radicalem Conservare
autem humiditatis radicalis ab
infrigidatione seu congelatione fit
precipue si homo se preservat
a superfluo nutrimento et etiam
ab aliis rebus infrigidantibus
de quibus postea dicetur Exem-
plum sicut in lampade Nam si
lignum lucernis sit super oleum
tunc humiditas olei nimis infun-
dit humiditatem ligni Et ergo
humiditas ligni non potest ministrare
fomentum flamme quia lampas
cito extinguitur Similiter si tu sum-
pseris nimis de nutrimento tunc
humiditas nutrimenti superflua
radicalis non potest prebere fomen-
tum calori naturali sed potius
eam extinguit Sed preservatio
humiditatis a subitanea exiccati-
one fit per administrationem debi-
ti nutrimenti in debita quantitate
quia modica aut nulla nutri-
menti humiditas facit calorem
subito consumere humiditatem
naturalem Unde sicut sicut
lignum in lampade ita quod pe-
nitus nullum oleum infundatur
tunc per calorem ligni iste su-
bito inflammatur atque subito
consumitur quia humiditas ra-
dicalis ligni a calore consu-
mitur propter privationem nutrimenti
scilicet olei similiter autem ab homine
carens nutrimento et ipse non
durabit fortasse ultra quin-
denam quia calor naturalis

humidum radicale consumit Sed tu
modicum nutrimentum illi adiunge-
as tunc humiditas nutrimenti in-
fundens humiditatem radicalem
diutius conservat eius vitam
Et sic tu secundum nature exigenciam
de nutrimento plus adiunxeris diutius
conservabitur eius vita Preservatur
autem corpus hominis a putrefactio-
ne humidorum cavendo ab hiis que
faciunt alienum calorem sicut allea
piper et consimilia et ab hiis que
faciunt opilaciones sicut pira ca-
stanea et similia atque superflua
replecione que est causa opilacionis
Sic igitur constat intencio con-
servandi sanitatem esse ut hu-
midum radicale conservetur in bona
disposicione scilicet ut non sit super-
fluum vel diminutum aut congelatum
et quod custodiatur corpus a pu-
tredine etc.

Capitulum 2m de regimine infantium

Lac quemadmodum infanti e-
lac ipse matris quia isto
consuevit uti dum adhuc esset in
ventre Sed si forte propter super-
biam aliqua mulier non velit
lactare puerum suum eligatur
sibi nutrix que sit infra xx-
hom annum que sit boni coloris
in facie et sit carnosa non pin-
guis Atque quod non sit multum
tempus elapsum post suum par-
tum Nam postquam longum
tempus elapsum fuerat a partu
habet mulier lac grossum quod
non est conveniens nutrimento sed post par-
tum habet lac subtile et sit ista
mulier bonorum morum Nam
mali mores nutricis contrarium
sic econtrario contrarie mala faciunt mo-
res malos Unde sequitur quod
contrarie pueri imitarentur ad ma-
liciam propter maliciam complexionis
mulieris nutrientis Et debet
nutrix servare ordinem in di-
eta ne nimis superhabundanter tribu-
at sibi lac et neque nimis pa-
rum Ex tali enim inordinati-
one etiam adultus debilita-
retur homo Quando enim nutri-
ces tribuunt puero de lacte ut in-
fans frequenter evomit et per
consequens incurrit debilitatem et do-
lorem stomachi Quod scitur ex reddi-
cione sentitur quod lac in stomacho

arescit et hoc propter indigestionem
Unde bonum est quod tunc minu-
atur lactatio Et quando est lac
nimis acutum quare puer in-
currit alcola id est ulceraciones faucis
et lingue ita quod iam non potest
bene sugere lac et bonum est
tunc si potest fieri ut eligatur
alia nutrix saltem ad aliquos
dies et precipue nutrix sibi zucca-
rum rosaceum in modica quanti-
tate in os quia stipticitas rosa-
rum solidat ulcera et dolorem
lenit dulcedo et lenitas zuccari
Et debet uti nutrix bono nutrimento
quia ex bono nutrimento bonum
lac generatur et ex malo malum
Atque debet puer frequenter balneari
et moveri cum cunabulo bal-
nea enim ipsum calefaciunt et iuvant
digestionem Similiter modulatio
seu decantacio letificat ipsum
leticia autem calefacit et abducit ab
eo fletum Valde enim custodiendus
est infans a fletu et eiulatu Nam
eiulans vel vagiens frequenter
solet incurrere inflacionem umbi-
lici vel herniam Preterea cu-
stodiendus est puer ab horribili-
bus et timorosis Nam timor et
horror infrigidant et complexionem
melancolicam inducunt Unde fa-
tuissime faciunt iste mulieres
que clamant in voce aliqua ter-
ribilia ut puerum terreant
Nam ex hoc puer veniet ad
tam malam disposicionem
ita quod etiam timet umbram
et ex talibus pueri consuetudinibus
contingit quod etiam adultus ali-
quantulum non potest a se abicere
timorem Debet etiam cum inci-
pit ambulare ad bonos mores
manu duci et tunc ut dicit
Avicenna completo vi° anno
debet scolis applicari ubi nec nimis
rigide debet regi nec penitus sue
voluntati dimitti sed secundum quod
fuerit utile a pedagogo debet
dirigi De aliis vero que circa
puerum sunt facienda sicut quantum
ad excitacionem assellaciones et calli-
et circa debitam ligaturam et
huiusmodi mulieres experte sufficienter
sciunt igitur de talibus amplius
non est dicendum propter longitudinem

Capitulum 3m de exercicio corporali

Dicto de regimine infantium
dicendum est de regimine adole-
scentium. et primo de exercitio quod
est motus corporalis usque ad cale-
factionem corporis et frequentiam
anhelitus, sicut est ambulatio
vel luctatio cursus vel equitatio
etc. Hoc enim exercitium de proprietate
requiritur ad regimen bonum ado-
lescentium. quia ipsum confortat
naturalem calorem et iuvat ad
expulsionem superfluitatum tercie
digestionis. scilicet per egressum urine sud-
oris et insensibilis evaporationis
Et quia calefacit corpus igitur
iuvat digestionem. et transmittit spiritus
ad omnia membra atque per ipsum
membra principalia. et secunda
alia confortantur. Vnde enim
cibus corporaliter convertitur in sub-
stantiam corporis quantum ad invitum
in malum quod est superfluitas
alimenti. Verum superfluitas
non potest omnino expelli. hic
omnes laxative medicine sunt
venenose. et evacuando superflui-
tates corporis etiam evacuat
de humiditate naturali atque de spiritibus
Vnde dicit ypocras quod medicina
laxativa inebriat et per eius ipsa
vitam abreviat. quare corpori-
bus sanis fugiendum est a me-
dicina laxativa. Exercitium autem eva-
cuando malum nichil evacuat
de bono. quare ipsum amplecten-
dum est sanis corporibus eo
amplius quam medicina laxativa
quia ipsum evacuat malum sine
nocumento amplius et perfectius
quam medicina laxativa. Et re-
linquentes ipsum incurrunt obtu-
sitatem caloris naturalis et mul-
tiplicationem superfluitatum sing-
ulis digestionis. et frequenter in-
currunt ethicam vel gelsucht
propter debilitatem virtutum. et
membrorum principalium. et propterea
quia vel spiritus non transmittantur
ad omnia membra exteriora et ex-
teriora. // Capitulum quintum de exer-
citio in particulari

Exercitiorum alia sunt neces-
sitatis. alia voluntatis. Exer-
citia necessitatis sunt. que sunt
propter effectum operis necessarii ad
lucrandos victus sicut sunt exer-
citia laboratorum ut fossorum cu-
sitorum et mechanicorum. Exer-
citia voluntatis sunt que vo-
luntarie assumuntur propter sa-
nitatem corporis. sicut est de-
ambulatio saltatio luctatio equita-
tio etc. De primo exercitio
non est cura medico. sed de se-
cundo. Exercitiorum. alia sunt
fortia. alia debilia. alia media
fortia sunt que fortiter corpus
immutant. ut saltatio inquietatio
luctatio. Debilia sunt que cor-
pus parum immutant. ut vectio
in navi piscatoris. vel vectio car-
di in curru. aut motus lentus
aut deambulatio. Media autem
sunt que aliquid participant de
utroque extremorum ut mediocris
deambulatio scilicet que est media
inter cursum et lentam deam-
bulationem. aut lenta equitatio
precipue in equo ambulante. Di-
lenim sensibiliter aliter quod motus cale-
facit. Vnde constat quod forte
exercitium fortiter calefacit. de-
bile debiliter et mediocre medi-
ocriter calefacit. Item exercitiorum
aliqua sunt totius corporis
sicut equitatio deambulatio vectio
et sic de consimilibus. alia sunt
exercitia membrorum particularium
ut exercitium pedum est ipsos hinc
inde flectere extendere et retra-
here. Et exercitium manuum et bra-
chiorum est plaudere manibus
et ad omnem dimensionem positionis
movere. Exercitium pectoris est
cantare vel vociferare. Exercitium
oculorum est videre intra res mi-
nimas non grossas. Sed exercitium
aurium est audire voces sonos
subtiles, non grossos et obtu-
sos. i. graves. Et tu debes tibi
cavere ab exercitio ubi quando tu es
ieiunus et famelicus. quia tunc
exercitium debilitat. Sed hora debita
ad exercitandum est. postquam cibus de-
scendit de stomacho et appropinquat
hora comedendi. Vnde homo
magis debitus non ad exercitandum
tempore hyemali est hora vespera-
rum. In estate autem hora exer-
citandi est per meridiem. Hora
autem dimittendi exercitium est
ut ipsum dimittatur ante fati-
gationem corporis. et antequam homo
fortiter sudat. Nam cum quod

sentit se hoc alleviare ex motu
est bonum exercitare. Quod minime
contingeret post fortem sudorem
Et tu debes scire quod si aliquod
membrum est aggravatum propter
fluxum humorum quod sibi tunc
non appetit exercitium particulare
suum. Verbi gratia ut habenti podagram vel
guttam pedum non competit
exercitium pedum. sed melius est sue
pedes quiescere Et habenti obtal-
miam non convenit exercitium
videndi res minutas vel grossas
melius est enim tunc oculos quiescere
a visione et manere obtalmicum
in loco obscuro Potest tamen tali-
bus competere exercitium vie et
precipue debile sicut est vectio
in navi vel in curru etc.
Iam quartum de scitatione balnei
Iuvamenta balnei sunt quia
provocat sompnum et indigestos hu-
mores digerit et alleviat o-
mnia membra atque consumit reli-
quias humorum per sudores et
evaporationes Sed impedimenta
balnei sunt quod quando humores
sunt in fluxu facit eos magis
fluere et propter hoc non valet ha-
benti febres balneum. et intellige
de fluxu ad aliquod membrum
sive ad aliqua membra Nam
si esset fluxus per inferiora, iu-
vat ad restrictionem pro eo quod tra-
hit humores ad contrarium
Nam in tali fluxu per posteriora
humores tendunt ad interiora
intestinorum Sed balneum trahit
ad exteriora per sudores et eva-
porationes Est enim nobis bal-
neum consuetum calidum et humidum
Unde ratione sue caliditatis sangui-
nem attrahit. et propter hoc post bal-
neum sunt homines boni colo-
ratione aut humiditatis humectat
et propter hoc valet ethicis et pthisicis
Unde qui querit se humectare
debet sibi cavere a multo calore
quia aliter quod vult resolvere et se
marcefaceret caveat a multa
humiditate Fricationum vero que
fiunt in balneo alie sunt le-
ves alie fortes Leves sunt
quales fiunt volis manuum
vel etiam cum unguibus sine
aliqua asperitate et cum ungui-
bus. fricatio fortis illa valde

resolvit eo quod attrahit motus
enim fortis calefacit et aperit po-
ros attrahit sanguinem et eum re-
solvit. et propter hoc in tali fricatio-
ne cutis valde rubescit. fricatio
vero levis leviter calefacit. sangui-
nem ad exteriora attrahit et parum
vel nichil ex eo resolvit. quare
prima fricatio valet pinguibus
ita vero macilentis Balneum vero
[illegible] valet ad dissolutionem
ventositatum que sunt in ventre
in pectore vel in capite vel in
splene quare habentibus in partibus
predictis punctiones a ventosi-
tate proficit et ipsum quanto fuerit
calidius tanto magis calefacit
et resolvit. et quamvis humores
indigestos digerat et quia ca-
liditas resolvit de humore
caliditatis sanguinis et minus
humectat et ipsum in consuetis
facit dolorem capitis quia fa-
cit resolutionem humorum qui
ascendentes caput ipsum offen-
dunt Et si fuerit nimis cali-
dum propter nimiam resolutionem de-
bilitat cor Et si velis multum
humectare. tunc tu debes stu-
dere adhuc quod caliditas sit re-
missa Hora vero balneandi
melior est post prandium post duas
vel tres horas. quia tunc
ipsum iuvat ad digestionem et super-
fluitatum expulsionem Immediate
autem post prandium facit oppilationem
epatis et splenis quia sui
caliditate ipsum balneum attra-
hit cibum indigestum Balne-
um vero ieiuno ventre valde
resolvit et marcefacit. atque
extenuat. quare ipsum non est
conveniens nisi forte pinguibus
Et omnino abstinendum est a potu
in balneo et in introitu balnei
quia tunc cum sint pori aper-
ti frigiditas ipsius potus at-
tingit ad cor et ad alia membra
principalia Unde tales possent
incurrere ethicam Et pari ratio-
ne abstinendum a potu in exitu
a balneo. quousque fuerit seda-
ta caliditas accidentalis a
balneo assumpta. Postea est co-
medendum et bibendum Etiam ca-
vendum est ne aliquis se inf-
rigidet aqua frigida aut se

aut se exponat aeri frigido, quia
quando calefactus fuerit in balneo quia
tunc pori sunt aperti, cito frigi-
ditas penetrat usque ad cor. Balne-
um vero aque frigide in estate
prodest iuvenibus seu adolescenti-
bus quia per ipsum calor naturalis
confortatur. Nam sicut calor na-
turalis debilitatur propter aerem ca-
lidum poros aperientem et sudorem
facientem, sic econtrario propter frigidi-
tatem aque confortatur, et hoc
propter constrictionem pororum et
propter prohibitionem sudoris. Sed in
tali balneo cavendum est a duobus:
primo ut ne iuvenis se nimium
infrigidet, secundo ut ne postea su-
det.

Capitulum vi^m de regimine cibi et potus

Cibi et potus boni sufficienter
generant humores bonos
et per contrarium prave sufficienter cibi
et potus et prave qualitates ge-
nerant humores malos. Qua-
propter volens custodire sanitatem
caveat sibi a cibis et potibus corru-
ptis et malis. Ergo etiam caven-
dum est ab oleribus alleis cepi-
ria aut medicine prius sumi. Et
si aliquis usus fuerit cibo me-
dicinali aliquo et ex hoc incurrit
nocumentum, utatur postea cibo con-
trario. Verbi gratia si aliquis incurreret
vomitum colericum propter frequentem
comestionem persicorum, sed persica
uti cucumere et melone, quia
istis persicis generantur. Et qui vo-
luerit uti alio malo vel nocivo
quia forte aliud cibum non habet
vel vehementer ipsum appetit, in-
nuis debet ipsum temperare cum ali-
quo quod eius temperet maliciam
seu nocumentum eius removeat
et propter hoc sunt inventa diversa
condimenta ciborum et salsamenta
que se vincant saltem in parte
et si non in toto a nocumento cibi.
Verbi gratia pisces sunt valde frigi-
di et frigiditas eorum frangitur
cum condimento piperis vel zin-
ziberis, et quia carnes bovine
propter sui grossitiem faciunt opi-
lationes, comeduntur ipse cum
raphano vel cum salsamento
de pruetro aut petrosilino et
de consimilibus que sunt diu-
retica aut de opilativa. Amp-

lius est detrimentum quam per una pare-
nti diversis ferculis et comestionem
diu prolongare. Racio primi est quia
aliqui cibi sunt faciles digestionis
et aliqui difficiles, et propter hoc co-
miscetur cibus digestus cum indige-
sto. Unde fiunt crudi humores. Ra-
cio secundi quia quando ultimi cibi sumuntur
sumitur iam priores sunt corrupti, et sic
commiscentur crudi cum corruptis.
Summopere cavendum est ne stomachus
impleatur cibis et potibus usque
ad nauseam faciendam vel usque
ad distensionem stomachi et ypo-
condriorum vel usque ad frequentiam
anhelitus, vel usque ad eructua-
tionem fetidam. Nam ex hoc ge-
nerantur morbi repletionales gra-
ves. Igitur qui vult custodire
sanitatem continuam, sed semper ali-
quali fame relinquere bonum. Nam
modica fame relicta per cibum
omnem per parvam moram evane-
scit. Similiter nullus sed satisfa-
cere siti in uno haustu, sed qua-
libet vice cum adhuc subest appe-
titus bibendi, sed sepius manum
ab ore retrahere. Ex hoc enim
generatur bona consuetudo in
homine ex qua sensus eius semper
manent sobrii et clari. Et an-
cumma custodiendum est a potatione
sobria quia qui bibunt frequenter
sobrie et sero multum bibunt
statim incurrunt capitis debilita-
tem atque omnium sensuum ebetudi-
nem capitis vertiginem, tre-
morem manuum et pedum. Et
frequenter tales periuntur apople-
xia et etiam paralisim incurrunt.
Qui autem bibunt cervisiam for-
tem pondo modo consueverunt
incurrere guttam rosaceam et le-
pram et pruritum et scabiem.
Etiam cavendum est a potu inter
prandium et cenam, et precipue a
potu vini, quia cum vinum sit sub-
tile penetrativum ducit secum cibum
indigestum ad epar. Sed si quis
tamen valde sitiret bibat de
aqua quod sufficiat. Qui etiam
sanitatem volunt esse a nocumento
vini in mensa sed ipsum lympha-
re, et quanto fortius est tanto
plus lymphetur, et quanto debi-
lius tanto minus, et quanto ma-
gis sitit tanto magis lymphet.

et quanto minus est sitis tanto minus
potus administretur. De limpha in-
super valde convenit senitati et pre-
cipue flegmaticis, id scolericis et
aliis omnibus complexionibus vel coro-
natis si biberint statim mendicata
, tunc peius est. Qui sciunt se suffi-
cienter bibisse in comparatione ad
ea que comesta sunt, quod de-
foris vadant cum sit dormiturus
Debent etiam cibi esse actu
calidi in hyeme et frigidi in
estate. Et est tamen bis comedendum
in die. Si aliquis non potest bene
digerere tales poterit secundum vires
modicum comedere. Iterum est cu-
randa fames, quia ipsa replet
stomachum malis humoribus
Et tu debes scire quod aliqui habent
fortes stomachos et illis non
conveniunt subtiles cibi, quia in eis
aduruntur. Igitur eis conveniunt
cibi grossi. Et aliqui e contrario
habent debiles stomachos unde
ipsi non possunt digerere grossos
cibos, igitur talibus conveniunt
cibi subtiles. Nec est dormiendum
statim post prandium quia ca-
put repletur vaporibus. Unde
generatur catharrus et coriza
sed est lento incessu deambulan-
dum, quousque cibus descendat
ad fundum stomachi. Credo et
in sumendo cibos talis sit, ut
primo sumatur cibus mollior
vel subtilior, quia si primo
sumeretur cibus grossus qui tar-
de digeritur, tunc postquam cibus
subtilis esset digestus propter grossum
non haberet exitum et ideo natare-
ret in stomacho et fieret cam̄
Si tamen quis pateretur fluxum
ventris deberet primus uti
cibo grosso vel stiptico ut si
concluderetur via cibo subtili-
ori descenderet ante sui di-
gestionem. De natura vero ciborum
dicetur in 2a particula. Preterea
scire debes, quod aliqui propter
consuetudinem longam ex bonis
cibis offenduntur et malis cibis
eis proveniunt. Unde tales sunt
permittendi sue consuetudini. Ve-
rumtamen si in eis generantur ma-
li humores isti purgentur et
si possibile tibi fuerit ut a tali
mala consuetudine illos abducas

hoc facto successive et non repen-
te, quia omnis repentina mu-
tatio noceret. Corpora quorum semper
reficiuntur carnibus et sunt in o-
cio et quiete indigent flobothomia
ne sanguis propter sui multitudinem
congeletur et putrefiat et membra
descendat aut venas rumpat aut
aliquem alium morbum sanguinis
adducat, et hoc poterit fieri bis
vel ter vel quater in anno etc.
Capitulum VII de regimine somni et vigilie
Somnus debet esse nocturnus non
somnus diurnus ille offen-
dit, quia non completur. Unde
multis malis includitur, et pre-
cipue cavendum est ne statim post
cibum dormiatur, quia somnus
ille replet cerebrum malis hu-
moribus seu vaporibus unde
generatur catharrus et coriza
Unde si quis voluerit dormire
de die, expectet tamdiu deambu-
let quousque cibus de stomacho
descendat, et hoc fit circiter duas
vel tres horas. Talis autem somnus
magis proficit melancolicis et cole-
ricis, quia ipsos humectat, minus
autem proficit flegmaticis et san-
guineis, quia ipsi a natura humidi
sunt. Et debet servari comparatio
nocturni somni ad diurnum, ita
quod non fiat nimius ut quanto dor-
mitio fuerit in die plus, tanto mi-
nus dormiatur in nocte. Sufficit
enim in die naturali somnus octo hore
, quia superflua multitudo somni
faceret subeth et litargiam
Et ut somnus nocturnus sit pro-
fundus et dulcis, debet se respe-
ctum ponere, et debet dormire
postquam cibus descendit de stomacho
Nam qui tarde aut multum cena-
verat habet somnum superficialem, ita
quod nec perfecte dormit nec vigilat
et volvit se de latere ad latus
propter distensionem stomachi. Et
debet somnus incipi super dextrum
latus, quia in eius incumbendo
iacet epar quod facilius trahit
cibum a stomacho, quam si iaceret
in latere sinistro. Quia enim faci-
lius firmius trahuntur deorsum
quam sursum. Tunc post primum
somnum debet homo se vertere ad
sinistrum latus ut splen facilius
attrahat sibi fecem sanguinis

1 colleram nigram seu miliam et
postremo sompnus debet finiri in late-
re dextro. Et qui incipit sompnum su-
per ventrem iacendo, ille iuvat di-
gestionem, et hoc est verum si lateris fue-
rit calefactus, et qui voluit iuvare
digestionem ponat velatas manus
vel brachia super stomachum quia
talis situs calefacit. Et studendum
est quod caput alte iaceat et inferio-
ra magis deorsum tendant, talis
enim situs iuvat ad digestionem. Insu-
per cavendum est ne dormiatur su-
per dorsum quia talis dormitio
adducit sodam et litargiam et
apoplexiam. Ratio est illa quia
superfluitas quod descendit de cere-
bro non potest descendere ad
fauces quatenus homo ipsam per
screatum eiceret, sed descendit
ad occipicium seu ad puppim cere-
bri et ibi replet ventriculum ubi
generatur spiritus animalis qui prebet
sensum et motum toti corpori
et opilat etiam nervos ne spiritus
animales possint defluere per totum
corpus etc.

Capitulum viii^m de regimine senium

Cum senes sint frigidi et
sicci indigent regimine ca-
lefaciente et humectante in cibo
et potu atque sompno temperato et
balneo et exercicio, propter hoc ea
sunt tribuenda eis que sunt
secundum intencionem. Et que sint ta-
lia postea videbitur in 2a particula.
Et sunt eorum cibi condiendi
cum zinzibere et cynamomo
vel si placet gariofilis et muscatis
et similibus, ita dumtaxat quod
condimentum perducat ad calefa-
cionem et non ad excitacionem.
Et propter hoc non est tribuen-
dum caro salita aut pisces pre-
cipue saliti. Et eorum vinum de-
bet esse rubeum clarum et boni
odoris quia tale est calefactivum
et bene nutritivum. Et album et
debile non est eis dandum nisi
forte per flabrum(?). Album autem
et clarum et boni odoris et quod
non esset dulce, esset eis quando
dulce enim et precipue turbidum
est eis nocumentum quia ipsum
est opilativum. Item quia senes
propter frigiditatem frequenter con-
traxerunt incurrere opilaciones

tribuenda sunt eis in salsamentis
et in cibis et dyaceticis(?) ut carvi
semen feniculi semen petroselini
et similia, et hoc fiat non ad excita-
cionem sed ad modestiam calefacti-
onem et desopilationem. Postea
si consueverunt comedere allium
et porrum bene possunt hiis uti
quia eorum complexiones cum sint
frigida a talibus calefiunt. Item
ipsi debent uti sompno longiori
quam adolescentes et debent diucius
permanere in lecto ad quiescen-
dum quia maiori indigent hu-
mectatione quam illi. Item si se-
nes sunt constricti debent uti
cibis lenitivis et laxativis quia
tales sunt brodium olerum per vina-
bulinomem(?) et potagium(?) ...(?)
vermiz(?) et medulla cerevum(?), et debent
ipsi uti exercicio temperato etc.

Capitulum ix^m de regimine diversarum com-
plexionum

Colerici enim complexionati
cum sint calidi et sicci indigent
nutrimentis multis et humectantibus
et etiam aliis rebus infrigidantibus
humectantibus sed sompno ocio quie-
te etc., et hoc propter ne calor
naturalis cito humidum radicale
consumat, et propter hoc etiam a-
liqua infrigidativa eis conveniunt
nutrimenta sicut lactuca cucu-
meres melones et huiusmodi. San-
guineus enim sit calidus et humi-
dus et carnosus pluribus
indiget nutrimentis atque magis
indiget humectantibus causis ne
humiditas superfluitatibus augmen-
tata obruat calorem naturalem.
Flegmaticus enim sit frigidus
et humidus magis indiget
nutrimentis quam sanguineus
quia habet hic calorem valde
obtusum et ideo indiget causis
calefacientibus et cibis et poti-
bus bonum sanguinem gene-
rantibus. Et cibus eorum debet ten-
dere ad siccitatem ne humiditate
superflue augmentata cito extin-
guatur calor naturalis. Item
ipsi frequenter debent uti salsa-
mentis et brodiis directis(?), eo
quod in eis frequenter sunt opilati-
ones ratione frigiditatis et digesti-
onis. Melancolici enim sint fri-
gidi et sicci indigent cibis et
potibus calefacientibus et humectantibus

et precipue eis que sunt boni nutrimenti. Rursus ipsi indigent maiori nutrimento quam sanguinei vel flegmatici quia ipsi sunt sitiores et macilentiores quam illi. Unde etiam quia melancolia que in eis dominatur eorum stomachos pungit et fortem excitat appetitum comedendi. Unde tamen quia frigidi sunt et non bene digerunt. Quia propter oportet esse eorum nutrimentum boni chimi id est boni humoris et ut competenter calefiat cum condimentis calidis sicut est zinzibere mustarde pipere et ceteris. Attendendum tamen est ut huiusmodi condimentum proveniat tantum ad calefactionem et non ad exiccationem.

Capitulum xiii De regimine quatuor temporum anni

In vere humores qui prius erant propter frigiditatem hyemis in profunditate corporis constricti propter calorem veris iterum se diffundunt per totum corpus et attrahuntur ad exteriora corporis. Unde fiunt [illegible] et ceteri morbi sanguinei. Quare tunc est cibus diminuendus et potus atque facienda est fleubothomia et etiam tunc sunt sumende purgationes ita si peccat colera digestis colera. si flegma flegma. si melancolia melancolia. et huiusmodi facienda sunt circa medium veris quia antequam calor estualis insistat. Istud etiam tempus est sanguineis magis nocivum eo quod est eis magis simile et affine. Estas autem cum sit calida et sicca debilitat calorem naturalem per evaporationes et resudationes. Quare autem erit magis nutrimentum minuendum. et qui consueverunt incurrere terrianam vel alios morbos colericos debent premittere in vere purgationes colere rubee. Preterea isto tempore cavendum est a forti vino et a cibis medicinalibus calidis sicut sunt cibi bene piperati et aliis speciebus calidis conditi. Et tunc utendum est infrigidativis sicut sunt cerusa pruna et consimilia et hoc precipue a colericis. Cavendum tamen est ne per nimium

fleg (margin note)

usum talium frigidorum stomachus nimis infrigidetur. Preterea quia nimius usus fructuum consuevit facere sanguinem aquosum paratum ad putrefactionem et febrem. Isto tempore etiam circa meridiem aut etiam versus noctem si sitis multa affuerit competit potare aquam. Insuper hoc tempus est magis accusativum coleris propter affinitatem complexionis. In autumno calor naturalis incipit confortari propter frigiditatem autumnalem. Igitur iam copiosius est comedendum quam in estate. Et tunc utendum est humectativis nutrimentis eo quod humores sunt adusti et corpus exiccatum propter precedentem calorem estualem. Et quia illud tempus est frigidum et siccum, melancolicis est magis contrarium. Et tunc cavendum est a nimio usu fructuum quia cito generant febrem propter iam assignatam causam. Hyems enim est valde frigida et propter hoc calor naturalis valde confortatur propter quod etiam homines habent maiorem appetitum comedendi hyeme. est tunc magis nutrimentum. Unde quia tunc humores magis constringuntur in profundis meatibus corporis, igitur negocia multa cito fiunt oppilationes, ex quibus generantur multi morbi. Utendum tunc est cibis medicinalibus calidis ac salsamentis calidis et diureticis, atque quia hoc tempus est frigidum et humidum igitur flegmaticis magis nocivum et adversum.

Capitulum xiiii De regimine iter agentium

Iter agentes cautelam debent habere ne propter humorum superhabundantiam vindantur aliter ne propter cibum et potum et maxime potum aque offendantur et non propter calorem nimium vel propter frigus nimis intensum impediuntur. Propter quod expedit ut ante acceptum iter si sanguinis superhabundantie fleubothomie

atque crapula minuatur. Et si quis
aliorum humorum superhabundave-
rit, cum medicina ad illum apta
purgetur. Etiam iter agens
debet cibo et potu modeste sic
repletus superflua itineranti no-
cet. Nec debet itinerans statim post
cibum ambulare, nam ex hoc sto-
machus gravatur et digestio impe-
ditur. Et quod maxime con-
suevit dampnum adducere itinera-
ti est aqua mala. Igitur expe-
dit eam rectificare aut per di-
stillationem in allembico aut
per distillationem de uno vase
in alterum more licinii facto
de lana vel de panno lineo
et ad talem rectificationem per di-
stillationem lane confert. Si ad
aquam ponatur lutum, libe-
ratur ab omni immunditia que
est distillandi, quia lutum tra-
hit secum immunditiam aque ad
fundum. Amplius cavendum est ab
aliis generibus aliorum potuum ma-
lis, signanter potus plus no-
cet quam malus cibus, quia ipse
propter sui subtilitatem cito va-
dit ad membra principalia.
In estate vero iter agens debet
caput suum custodire cum omni
diligentia a fervore solis diu
super caput irradiantis, quia ve-
nit generare febrem ephimeram
et hoc propter nimiam calefactionem
spirituum animalium. Et debet se cu-
stodire a multo potu, quia
si aqua multa potatur cum
pori sint aperti, tunc ipsa
facit nocumentum eo quod cito pe-
netrat membra principalia. Et
si multa potatio fuerit vini
fortis, tunc ipsum inflammabit
et augebit calorem extraneum atque
sudorem. Et si fuerit vinum a-
cre multum potatum, ipsum mor-
dicat stomachum et nervos. Et
propter si fuerit necessitas multa
bibendi, laventur os et fauces
cum aqua frigida aut bibatur
aqua cum aceto, quia ipsi si-
tim valde extinguunt. Verumtamen
debes scire quod potatio aque nimia
nocet colericis habentibus fortem stomachum,
pirea magis nocet sanguineis, pi-
ca magis infirmis propter sterilitatem
maxime aut nocet flegmaticis.

Et ergo per experimentum cogno-
scere debes cum inveniet aquam
bibere an non. Rursus post
lassitudinem et multam calefa-
ctionem cum ad hospicium vene-
ris caveas ne satisfacias appe-
titui bibendo copiose atque co-
medendo infrigidativa sicut re-
cussa et pruna et huiusmodi, quia
ex hiis sequitur aggravatio sto-
machi. Una aliquis cogitur ta-
lis taliter se replens assumpta
evomere. In hyeme vero iter
agens se sibi custodire debet
a frigiditate congelante et mor-
tificante. Aliqui quippe propter im-
mensitatem frigoris homines
moriuntur in via. Alii autem
stupefiunt membra extrema propter
congelationem et mortificationem.
Custoditur iter agens per coope-
rimenta sufficientia atque per custo-
diam anhelitus. Sepe quidam
habentes coopertoria sufficien-
tia inventi sunt mortui, qui non
custodierunt anhelitum suum.
Per anhelitum enim aer frigi-
dus transit ad cor et extinguit
spiritus vitales. Quare ex-
pedit ut in immenso frigore
pileus aut aliquis pannus
teneatur ante os sicut vete-
pendium vel aliquod simile, qua-
tenus aer alteretur antequam vadat
ad cor. A nocumento autem fri-
goris in extremis custoditur iter
agens, si ipse deponit cal-
ceos strictos et induit am-
plos. Constrictio siquidem cal-
ceorum cito facit pervenire ad
pedes congelationem atque stu-
porem. Et caveat sibi iter
agens si est in curru ne pedes
dependeant et precipue ne
eos exponat aeri. Cum si sen-
serit pedes suos velle dormi-
re, tunc currui vel equo insi-
dens velociter descendat et
ad horam currat quousque
pedes calefiunt. Amplius si pe-
des iam stupidi fiunt, caveat
ne ipsos aque calide imponat
quia ipsa generaret magnum
dolorem, quia ipsa per anti-
peristasim infrigidaret sicut tu
poteris manu tua per frigus
stupefacta. Et pedes sponge fricandi

sunt. ut sic sanguis attrahatur
et per fricationem ipsi calefiant
Et si fuerint denigrati postquam
ordinarie modo predicto fuerint
calefacti tunc ponantur ad aquam
frigidam. et tunc flebotoma scar-
pellentur quousque sanguis congle-
latus exeat Qui si hoc modo cu-
rati non fuerint sed incipiunt
putrescere apponenda sunt un-
guenta et alia medicamina vl-
cerum curativa quibus si curati
non fuerint auxiliis necesse est par-
tem mortificatam vel putrefactam
ferro amputare Et nota quod aliqui
sicos pedes stupidos per congela-
tionem ponunt ad aquam fri-
gidam. que non est vehemen-
tis frigiditatis et inveniunt re-
medium quia ipsa partes ante
frigidum calefacit ut tandem or-
dinarie poterint sustinere aquam
tepidam et deinde calidiorem
Capitulum xiii. in de signis pro-
sticis futurarum infirmitatum
et de cautelis ad evadendum
infirmitates illas &c

Qui frequenter habet tremorem
cordis. timeat sibi de
morte subitanea. quia ipse ipse
est flebotomandus et purgan-
dus et eius cor est confortan-
dum Quibus oculis aut appa-
rent catharacte eius. fortiter
est ut cum dilatentur pupille
et peius fiunt cum oculis ma-
nentibus claris. quare ipsi
sunt flebotomandi et pur-
gandi. atque est eis abstinentia
iniungenda Similiter quibus
albi in oculos athomi vel pa-
rva animalia volare videntur
cum tamen ibi non sint. timeat
descensum aque ad oculos et cae-
citatem. igitur similiter isti sicut
precedentes regendi sunt. ut
preserventur a futuris malis
Qui deficit in appetitu come-
dendi. timeat de variis egri-
tudinibus repletionalibus. talis
ergo minuat comestionem et stoma-
chum purget. et cum hoc si fuit
rubicundus in facie atque vene
albe inflate flebotomet. Cui
oculi sunt rubei et facies ru-
bea. atque tinniunt aures timeat
de obtalmia vel squinantia vel

de dolore dentium. igitur absti-
neat a potu et crapula et precipue
a potu forti inebriante et fleu-
bothomet cephalicam. potiat
quod ventosas infra kadirem colli
cum scarificatione Cui tremunt
manus et precipue sobrie. vel stu-
pescit vinum latus vel aliquod
membrum lateris et iubet in fa-
cie vt appetit comedere signum
est quod talis est bonus potator et
futurum est sibi ut moriatur
morte subitanea. sed per apoplexiam
tali igitur iniungendum est ut so-
brie vivat ac fugiat ebrietatem
et precipue ut sobrie non bibat
nec sero multum potet. taliter
enim iste preservabitur a futuris
malis. ideo et hoc ipse augmentet
appetitum comedendi Nam habeas
tibi hic pro regula Omnis qui e-
fortis potator. debilis come-
stor. consuetudo frequenter bibendi
multum minuit appetitum come-
dendi Mulier que non patitur
temporalibus debitis fluxum men-
struorum si est frequens consueta
expectat morfeam scilicet dolorem
capitis vertiginem et epilensiam
guttam et quandoque sinthesim
i. extenuationem matrie. quare ipsa
preservanda est per fleubotho-
miam purgationem atque per medicinas
menstruorum provocativas sicut sunt
licorelarum. calamentum diptamum
&c Amplius omnis habitudo cor-
poris ex natura sua existens in ul-
timo sanitatis est prosima sive
mali. igitur festinandum est
ad preservationem eius secundum exi-
gentiam habitudinis illius. et hoc
clarius videbitur in 3a particula
ubi describuntur singuli morbi
particulares et eorum cure

Intentio circa egritudines
infirmorum curandas. c-
irca tria versatur. scilicet circa
nutrimentum. circa me-
dicinas et 3o circa inci-
sionem Et in primo ca-
pitulo dicendum erit
de nutrimento et consequenter
de medicinis erit dicendum

De 2° aut' intelligitur dicitur quod
hoc est opus cruentorum Aliquod
est nutrimentum multe quantitatis
et pauce qualitatis et econverso Ali-
quod est nutrimentum multe quali-
tatis et pauce quantitatis Multam
quantitatem vero multam extensio-
nem parvam Multam qualitatem
vero multam potentiam ad genera-
tionem multi sanguinis et spiritus
Nigra Olera et fructus sunt
multe quantitatis et pauce quali-
tatis .i. parum nutriunt scilicet pau-
re generationis sanguinis et spi-
rituum Sed ova et testiculi gal-
lorum sunt pauce quantitatis
et multe qualitatis multum
enim nutriunt multum de san-
guine et spiritibus generant
Et sic medicus semper inspicere
virtutem infirmi ita quod si fu-
erit virtus debilis confortet
eam cum nutrimentis pauce quan-
titatis et multe qualitatis Si
autem sint virtus fortis nu-
triatur cum cibis multe quan-
titatis et pauce qualitatis Unde
oportet te scire quod infirmis
aliquando cibus minuitur aliquando
augmentatur aliquando equatur .i.
mediocres distrahuntur Aliquando
autem ex toto abstrahuntur Mi-
nuitur infirmis nutrimentum
quando medicus intendit quod calor
naturalis non occupet se mul-
tum circa digestionem nutrimenti sed
quod magis se occupet circa ma-
teriam morbi timet tamen de ca-
su virtutis et ideo ne deficiat
virtus nutrimenti diminutione
extinguetur qualiter prudentes
faciunt homines qui etiam si
periti in arte medicine dum
sentiunt in corde suo aliquod no-
cumentum diminuunt sibi nutri-
mentum et sic evadunt infirmi-
tatem Augetur autem nutrimen-
tum precipue in qualitate quando
multa necessitas exigit ut virtus
naturalis confortetur et si fu-
erit virtus appetitiva fortis et
fuerit necesse ut materia mor-
bi maturetur tunc augetur
nutrimentum in quantitate non
in qualitate Equatur vero nu-
trimentum quando morbus cronicus est
et indiget virtus tamen de conforte

quantum materia morbi de matura-
tione Sed omnis cibus infirmo
denegatur quando morbus est acu-
tus et precipue quando est in sta-
tu quia tunc natura maxime
operatur et occupatur circa ma-
teriam morbi ad expellendum
Nam si tunc daretur cibus
occuparetur natura circa eius
digestionem et permitteretur ma-
turatio morbi ideo natura
hoc docet non esse faciendum
quoniam in talibus casibus inf-
irmus penitus non appetit sed ma-
gis abhorret nutrimentum et si
quando per rudes homines incita-
tur ad comedendum tunc pecca-
ta magis aggravantur Sed tu debes
tibi valde bene cavere ut si e-
gritudo acuta fuerit quinque
vel septem vel plurium dierum
ne abstrahendo eis cibum
per tot dies eos interficiatis
sicut fecerunt quidam quos repre-
hendit Galienus in commento
super librum de regimine
acutorum et ideo tutius est sa-
pe declinare ad partem tuti-
orem Melius enim est ut ali-
quem talium cibes infirmum
etiam si hoc impediat digestio-
nem morbi quam ut attenuando
dietam interficias De nutri-
mentis autem convenientibus et de modo
nutriendi specialiter in quibus-
dam egritudinibus videbitur
in 3a particula.
Capitulum 2m de intentione medi-
cinarum circa egritudinem et
sanitatem

Medicina alia est calida alia
frigida alia sicca alia
humida et oportet medicum dirige-
re intentionem ad medicine
qualitatem et quantitatem Ad
qualitatem oportet nempe
ut eligat medicinam habentem
contrariam qualitatem qualitati
morbi quoniam contraria contrariis
curantur Ut si complexio
morbi est calida eligat me-
dicinam frigidam Et si fri-
gida eligat medicinam cali-
dam Si sicca humidam et e contrario
Quantitas autem medicine in du-
obus consideratur scilicet in quantitate
extensiva et intensiva Quantitas

extensiua et intensiua comprehenditur
secundum paruam distensionem siue
distanciam. Sed intensiua quantitas
attenditur secundum gradus qualitatis.
Verbi gracia: Vna olla plena
cum aqua calida est multe quantitatis
extensiue. Sed una pruna
candens est paruae quantitatis extensiue,
sed magne quantitatis intensiue.
Ita quod si compareris
prunam ad aquam predictam tu
videbis quod caliditas candentis est
paruae quantitatis extensiue, et est
magne quantitatis et intensiue.
Caliditas enim aque est magis
extensa quam caliditas prune. Sed
caliditas prune est magis intensa
quam caliditas aque. Similiter
inuenitur in medicinis
quod caliditas piperis relata
ad caliditatem radicis petrosilini
inuenitur minoris quantitatis
extensiue, sed maioris
quantitatis intensiue. Plus
enim calefacit unum granum piperis
intensiue quam una magna
radix petrosilini. Sed ista scilicet
radix plus calefacit extensiue.
Plures enim partes calefacit
res magna quam res parua. Ideo
oportet medicum intendere in
electione quantitatis ad duo scilicet
ad pondus medicine et ad gradum
eius. Aliqua enim medicina
est calida in primo gradu, alia
in 2°, alia in 3° et alia in 4°
gradu. Similiter intelligendum
est de aliis qualitatibus. Calida
enim in primo gradu modicum
calefacit. In 2° magis
calefacit. In 3° adhuc magis
et in 4° gradu maxime. Si
complexio morbi frigida fuerit
parua eligatur medicina in primo
gradu. Si fuerit multum
frigida eligatur medicina
calida in 3° gradu vel in 4to
gradu. Vbi enim complexio morbi
multum distat a naturali statu
sanitatis necessaria est forcior
medicina. At ubi fuerit
parua distancia complexionis
morbi a temperamento seu a statu
sanitatis exigitur debilior
medicina. Ad pondus etiam
est respiciendum. Nam si medicina
debet agere in partes
remotas oportet eam esse maiorem,
quia si super eandem debet
agere in partes longinquas
dicitur enim medicine quantitas re-
soluitur et debilitatur antequam
ueniat ad partes remotas eius
virtutis. Sed in hoc semper est attendenda
virtus naturalis ita ut
virtus medicine non vincat illam,
quia si vinceret eam
interficeret hominem. Amplius.
Si nescis quantum multum distat
complexio morbi a temperamento examinabis
prius cum medicina
primi gradus, quod si non profecerit,
eligas eam que in 2°
gradu est, et si nichil sic profecerit,
elige in 3° gradu vel
in quarto. Que autem medicine
sint calide vel frigide humide
vel sicce primo 2° 3° vel 4to
gradu patebit in 2a particula.
Capitulum 3m de euacuatione in
generali

Oportet volentem curare
morbum obuiare et remouere
causam morbi, quia cessante
causa cessat effectus. Vt si
peccat simplex qualitas vel composita,
fiat alteracio per contrariam
medicinam. Si autem aliud superhabundauit
sicut sanguis aut
aliquis alius humor aut saniës
vel lapis aut aliud ad expellendum
tunc euacuatio aut fit per
contrarium vel ad contrarium membrum
seu per contrarium membrum
quandoque fit per idem membrum
per quod natura consueuit euacuare.
Exemplum primi: ut si fuerit
punctura in latere dextro
sub costis et hoc propter sanguinem
tunc flebotomia de parte
contraria scilicet de brachio sinistro.
Exemplum 2i: quando purgamus
saniem pectoris cum medicinis
incisiuis et expulsiuis
per tussim, vel quando calculum
cum medicinis expellimus per
verectum. Nam hec sanies pectoris
et calculi vesice possunt
per alias regiones euacuari.
Sed adhuc ut euacuetur humor de
parte contraria attendende sunt
quatuor res. Prima est quod
non sit influxus, quia tunc
humor retrahitur ab illo

membro ad quod est fluxus
et hec est in principio morbi. Nam
postquam fluxus completus est tunc
non potest contrahi ad contrarium
sed evacuatur tunc per ipsum me-
brum vel per vicinius mem-
brum per quod fieri potest et hoc
est cum egritudo est in statu. Ve-
rumtamen in principio morbi fiat
evacuacio per membrum e contrario po-
situm. Sed postquam morbus confirma-
tus est fiat evacuacio per idem
vel vicinius membrum. Unde si a-
liquis passus est in capite in
per diem vel per duos evacua
sanguinem de basilica sinistri
brachii. Si autem morbus dura-
bit viii vel ix dies tunc eva-
cua de basilica dextri brachii.
Contra regulam quod si materia est veneno-
sa que debet evacuari cavendum
est ne trahatur per membrum no-
bile. Verbi gratia si fuerit apostema
pestilenciale vel venenosum sub
ascella brachii sinistri cavenda
flebothomia brachii dextri
quia humor venenosus trahe-
retur per cor. Unde tunc debet
quis qui est in fluxu evacuare
per brachium sinistrum. Contra
regulam. Et etiam cavendum est
ne ad duos contrarios fiat
evacuacio. Verbi gratia si quis habet
apostema in inguine non debet
trahere sanguinem de sophena
et cum hoc de basilica brachii.
Sed postquam si fluxerit sanguis hu-
dans educeretur evacuacio per
ennes larum frequenter. Contra
regulam. Et hic etiam est evacu-
andum a confinio membro minime
distante ut materia gutte
pedum non potes evacuare vel
minuere per venam frontis et
illorum per confinium curatur fluxus
ventris per vomitum et econtrario vomi-
tus vel fluxus ventris. Cum
autem evacuandum sit per illud
membrum vel per contrarium ma-
gis elucidabitur in particularibus
cum dicetur de singularibus
egritudinum curationibus.
Nunc autem de evacuatione per
medicinas laxativas.

In purgandis attendenda sunt
etas virtus regio tempus qua-
litas medicine et eius quantitas

atque regio per quam facienda est eva-
cuatio. Etas attendenda est. Infan-
tes namque purgandi non sunt
et pueri precipue per medicinas
fortes quia de facili interficien-
tur. Similiter illi qui sunt de-
crepite etatis ut pote qui iam
sunt valde extenuati in corpo-
re purgandi non sunt. Sed
adolescentes et ab adolescencia
usque ad quinquaginta vel sexagin-
ta annos purgari possunt. Et si
necessitas exigeret ut pueri vel
infantes purgentur hoc fieret
cum sterore muris dissoluto
in lacte. Pueri tamen possunt solvi
cum urina gallorum. Urina pullo-
rum aut cum urina pullula
aloe. Virtus etiam est atten-
denda. Nam debilis nullo modo pur-
getur nisi cum debilissimo le-
nitivo seu laxativo, qualia sunt
ius galli antiqui et cassia
fistula et consimilia. Nam si
eis tribuerentur medicine dissolu-
tive fortes similiter interficerentur. Unde
medicus debet ponderare virtutem
infirmi atque fortitudinem me-
dicine atque debet considerare quod
virtus hominis sit fortior quam
fortitudo medicine. Etiam re-
gio considerandus est. Nam in
regione calida sunt medicine
laxative minuende. Et in regi-
one frigida augmentande. Tempus
abstinendum est a medicinis laxati-
vis et precipue dissolutivis in
tempore magni fervoris atque
in tempore magni frigoris. Un-
de dixit Ypocras. Sub cane et an-
te canem molestie sunt purgati-
ones. Similiter si necessitas ma-
gis cogerit ut in talibus tem-
poribus purgares oportet te al-
terare aerem infirmo ita
ut cum infrigides tempore esti-
vali et cum calefacies tempore
hyemali. Unde constat quod in
temporibus in quibus nec nimia
est caliditas nec frigiditas est
convenientior purgatio. Item
eligenda est medicine quali-
tas. Aliqua enim purgat co-
leram rubeam, aliqua fle-
gma, aliqua melancoliam. Igi-
tur debes eligere medicinam
convenientem ad humorem purgandum

Que aut medicine humores hos
uel alios purgant patebit in se
cunda particula Etiam est eli
genda quantitas Nam si fuerit
nimis mag laxabit superflue
et d valde debilitabit virtutes Si
autem fuerit quantitas nimis p
ua non mouebit et debilitabit
Et si humor fuerit colericus in
stomacho bonum est eum euacua
ri per vomitum Si aut fuerit
in epate et intestinalis inferio
ribus melius est eum purgari per
inferiora Et tu debes premittere
digestionem humoris ante purgati
onem si morbus dat tibi inducias
medicinas et hec per brodia quoniam
et sirupos Si aut non indu
at te morbus tunc festina
ad solucionem Melior vero hora
ad dandum medicinam laxatiuam
est quando stomachus est vacuus
et hec est hora matutinalis Et si
necessitas te urget poteris dare
quamcumque hora et precipue quando
cibus descendit de stomacho
Et debes scire quod multa pericula
sequuntur purgationem sicut sunt
singultus vertigo sitis vigi
lie superfluus fluxus dolor ca
pitis debilitas visus debi
litas cordis defectio virtutum et
dissinteria et alia plurima de qua
periculis tu euades per electionem
medicinarum conuenientium electionem
videbimus deo dante in secunda
particula // Capitulum quartum
De euacuatione fleubothomie
Fleubothomia est facienda
propter duas causas scilicet aut propter
multitudinem sanguinis aut propter
eius maliciam aut etiam propter
vtrumque Sed consideranda est
virtus Virtus namque si fuerit
debilis non est fleubothomandum
quoniam sanguis est thesaurus
vite Et propter etiam pue
ris et infantibus atque homi
nibus decrepite etatis non est
fleubothomandum Tempus cauendum
est ne ad vnam duarum re
rum precipitetur per fleubotomiam
Vna est ebullicio colere et al
tera est [illegible] sanguinis
Nam cum sanguis sit humidus
tempus siccitatem colere et cum
sit calidus tempus frigiditatem

flegmaticus Propterea colericus et fle
gmaticus minus valet fleubothomia
quia in istis timetur ebullicio co
lere In istis vero timetur [illegible]
tas sanguinis Sunt preterea ali
qui qui incurrunt sincopim et
debilitatem virium ex fleubotho
mia igitur illi sunt prohiben
di a fleubothomia Illi autem ma
xime sunt necesse fleubothomare
qui solent incurrere egritudines
sanguineas et qui iam inciderunt
in eas Nam qui parati sunt in
cidere egritudines sanguineas
preseruantur per fleubothomiam atque
debitum regimen Et qui iam
inciderunt in eas per fleubotho
miam restituuntur sanitati Rur
sus vero est fleubothomandus in
febribus in die passionis atque
in principio morborum egritudinis
non est fleubothomandum labora
toribus et etiam hominibus multum
sudantibus fleubothomia non con
uenit nisi urgeat magna ne
cessitas In tempore estatis etiam
fleubothomia non conuenit quoniam
tunc est virtus debilis propter nimi
am calefactionem et multas re
sudationes et etiam tunc timen
dum est de ebullicione colere Sed
si necessitas exigerit tunc fleu
bothomare volens faciat aerem
suum frigidum per dispositionem
graminum et extensionem fron
dium atque per frequentem aque
aspersionem super pauimentum
vel eligat sibi tunc habitationem
sub terra sicut in aliquo ce
lario Et in hyeme non com
petit fleubothomare quoniam tunc
propter frigiditatem aeris san
guis grossus et humores grossi
in profundo corporis manent
igitur tunc extrahitur sanguis
subtilis et bonus et manet
interius sanguis grossus et alii
humores Similiter si nocte fiat
tunc fleubothomare moretur fleu
bothomatus in stuba calida Et
nota quod fleubothomie plures ex
trahunt sanguinem subtilem
et quia paruum faciunt foramen
impeditur multa exalatio
spirituum Sed vires minus per
talem debilitantur et est talis
eligenda in estate fleubothomia

autem magna) extrahit san-
guinem grossum. Similiter maior
copia sanguinis exhalatur per eum
et est securior tempore hyemali.
Et quando videris sanguinem in prin-
cipio exire subalbidum, statim
claude statim venam quia flegmati-
cus est, et plures producens fleu-
bothomiam ad sanguinis crudita-
tem. Et nota quod fleubothomia
est naturalis evacuatio. cum
sanguine etiam exeunt alii hu-
mores. Unde super cruorem
aliquando apparet rufinitas que
est propter multa colere admixti-
onem, et quandoque desuper ap-
paret livor et hic est propter mul-
tam colere nigre admixtionem.
Aliquando apparet desuper albe-
do obscura. quandoque est albedo
sepi bonum (?), et est propter multi
flegmatis admixtionem et indi-
gestionem et cruditatem san-
guinis. Aliquando autem est sanguis
rubeus in superficie. et hoc est propter
eius puritatem, et nigredo que
apparet in fundo est propter colam
nigram. et ista materia gravius
est et ad fundum tendit. Et
aquositas est superfluitas terre
digestionis. et est naturaliter coloris
urine. que si multa fuerit si-
gnificat indigestionem et debilita-
tem virtutis expulsive per sudorem
et evaporationem et licet frequen-
ter contingunt propter crapulam
quare talibus iniungendum est
ut abstineant ab ista. Amplius
de ordine articuli est utilis
evacuatio procedat particularem et
propter hoc fleubothomia precedere
debet purgationem si aliud
ab illa prohibeat sicut est cru-
ditas sanguinis cuius signum est
urina alba, pulsus parvus
et tardus, albedo et tumor fa-
ciei atque alia signa flegmatice
complexionis. Item ratione dicta prece-
dere fleubothomia purgationem vento-
sas. Vene autem consuete fleu-
bothomari sunt. Cinades (?) fleubothomatur
propter pustulas faciei rubeas et
propter guttam rosaceam. Cephalica
fleubothomatur propter evacuationem
capitis. Mediana propter evacuati-
onem pectoris et pulmonis. Ba-
silica seu epatica in dextro bra-
chio propter evacuationem epatis et infe-
riorum membrorum. Et in sinistro
brachio basilica fleubothomatur
propter evacuationem splenis. Et fleu-
bothomatur etiam cephalica inter
pollicem et indicem, et ipsa ma-
gis debilitat et minus evacuat
quam ut fleubothometur super bra-
chium. Et fleubothomatur etiam
salvatella que est ramus ba-
silice et hec inter auricularem
digitum et anularem et ad idem
valet ad quod valet basilica
et etiam minus evacuat et ma-
gis debilitat in manu quam su-
pra brachium. Et tu non de-
bes recedere usus hominibus
qui dicunt fleubothomiam cepha-
lice esse valde periculosam. Ita
fleubothomia eius est securior fleu-
bothomia basilice vel mediane
quia ista vena basilica est ab
arteriis et nervis. Sub basi-
lica namque est arteria quam
tu partim invenies esse unam
et contingit fleubothomatorem aliquando mi-
nus prospicere fleubothomiam, ita
ut etiam perforet arteriam, quod
est valde periculosum. cum quia san-
guis ille difficulter stringitur.
Signum autem vulnerationis ar-
terie est quod sanguis est valde
subtilis et exit saltando. Et tunc
mox est restringendus et hoc
cum lana vel pilis leporis
qui si non suffecerint ligetur
desuper stercus porcinum tritum
in modica quantitate vel extra-
tum et inter digitos constrictum.
Et sub mediana transit nervus
et contingit aliquando fleubothomatore
ita profundare fleubothomiam ita
quod vulnerat nervum. et tunc con-
tingit paralisis brachii et do-
lor vehemens ad aliquot
dies. Et fleubothomatur saphena
que est vena inter pollicem
pedis et sequentem digitum
ad provocandum fluxum menstru-
orum, et contra vertiginem et
eadem vena fleubothomatur sub ta-
lo in parte domestica pedis
vel sub genu intus. Et scia-
tica que est vena inter minorem
digitum et sequentem fleubothomatur
contra sciaticam doloris et femoris.
Et non debes fleubothomare

venas que sunt valde tumide
in pedibus vel in manibus, quia ex
eis non exit sanguis nisi paucissimus.
Docere etiam debes quod est duplex
hora ad flebothomandum. Alia enim
est necessitatis. Alia voluntatis. Cu-
ius enim necessitas requirit potes fle-
bothomare. Sed si non urget neces-
sitas, tunc flebothomia [illegible], ca-
vendo ne sit luna in aliquo
signo desinente membro quod
est flebothomandum et quod luna non
sit in coniunctione cum sole vel in
oppositione. [illegible] nomine
dum poteris flebothomare talia non
curando. Tempus conveniens est a
[illegible] flebothomie et caveas
tibi a multa evacuatione una vi-
ce. Nam si necessitas requirit mul-
tum evacuare facias et hic per
plures vices

Capitulum xxiii de ventosis

Ventose extrahunt sanguinem
subtilem cuti propinquum et
vicinum, propter quod oportet respon-
dere flebothomiam quia ventose profunda
[illegible] mundant. Ventose in
occipitio et super colla proficiunt
albugini et debilitati oculo-
rum, sed ipse debilitant memoriam.
Unde melius est eas dimittere
et si non excusat necessitas, tunc
ponantur sub radice colli ad
locum [illegible] super spatulas.
Ventosa sub mento prodest
dolori dentium et valet contra
pustulas rubeas faciei et mun-
dificat totam faciem. Vento-
se inter scapulas proficiunt infir-
mitati pectoris et dolori [illegible]
[illegible] generant cordis tremorem.
Ventose super nates sub [illegible]
[illegible] propinque et valent ad
debilitatem capitis et ad debili-
tatem intestinorum, et valet mu-
lieribus [illegible] menstrua [illegible].
Ventose super renes
valent ad provocandum menstrua
et sunt etiam minutioni propin-
que. Ventosa super poplitem va-
let dolori genuum propter calidos
humores. Et ventosa sub ta-
lo valet cuius pes est inflatus et
rubicundus et hic quod talis cui di-
caverit, quia in principio qui
ubi ventosaret attraheret san-
guinem illuc et facit inflatum

maiorem. Ventose aliorum lo-
corum dimittantur, quia in eis
aut est parva aut nulla utilitas
nisi necesse esset magis [illegible] eva-
cuare. Et sanguisuge mundificant
sicut ventose. Similiter bonum est
ab eis abstinere, quia multe
ex eis sunt venenose. Item qui
voluerit eis uti eligat eas que
habent virgulas virides super dor-
sum, et caveat sibi ab eis que
sunt nigre supra dorsum et
precipue si habuerint maculas ru-
beas supra ventrem.

Capitulum xxiiii de sedatione doloris

Sedatur autem dolor per cause
abscisionem, aut per stupe-
factionem. Absciditur per huius-
modi evacuationem per flebothomiam aut per
embrocationem, aut per fomentationem
vel unctionem vel per lenitam
impressionem. Exemplum primi ut do-
lori lateris medemur per flebo-
thomiam basilice. Exemplum secundi ut
dolori intestinorum succurramus
cum medicina laxativa porre-
cta per os aut immissa per clistere.
Exemplum tertii ut in dolore ventosi
lateris succurramus cum fomen-
tatione decoctionis avene.
Exemplum quarti ut in dolore stomachi
propter repletionem cibi [illegible]
dolentem lento gressu prede-
re quousque cibus de stomacho
descendat. Sedatur etiam dolor
per stupefactiva que dicuntur
narcotica et talia sunt mor-
tificativa doloris naturalis propter
quod aufferunt sensum. Sunt
enim res frigide in quarto gradu
ut sunt papaver, opium et ma-
dragora. Similiter sedatio per
talia narcotica est sedatio
blanditiva et non proprie sana-
tiva. Nam consuevit dolor semper
revenire desinente seu defici-
ente virtute medicine narcotice.
[illegible] in tali dolore sedatio-
ne sunt multa valde [illegible]
a [illegible] sibi medici cavere
ut si aliquod predictorum ve-
lit ponere super aliquod mem-
brum extrinsecum, et si fuit hu-
mor venenosus, interficit me-
brum illud et solet humorem [illegible]
[illegible] ad aliquod membrum principale
et sic poterit interficere. Item

si fuerit humor frigidus tunc
narcotica extrinsecus applicata ingros-
sat ipsum et permittit tardat maturatio-
nem eius. Et si dabitur per
interiora debilitat cor et maxime
percellit cerebrum et sensus communes
et intellectum. Et ideo quod etiam nar-
cotica dicuntur mortificantia quia
faciunt hominem apparere qui est ebri-
us. Et ideo magnum est possibile a
narcoticis abstinendum nisi in
tali casu quod furere posset est quod
ponantur super dolentem. Capitulum
ultimum de curatione egritudi-
num complicatarum

Egritudines quandoque plures si-
mul associate quarum una a-
ut dependet ab altera aut non de-
pendet ab altera. Exemplum primi
ut est tussis et catarrus. Exemplum secun-
di ut est tussis et arena renum.
Egritudinum ubi una ab altera
dependet curatio est ut incipi-
atur ab ea que est causa al-
terius. Nam ut dictum est su-
pra est obviandum causa morbi. Et quia
una egritudo est causa alterius
ideo oportet ut ab ea que est causa
incipiatur cura. Secundum autem
quod egritudinum a se invicem non
dependentium curatio est ut inci-
piatur ab ea que est periculosior
ut si aliquis patitur pleuresim
et arenam incipiatur a pleuresi
que est morbus periculosior.
Et nota quod quandoque accidens mor-
bi vincit malitiam morbi et
accidens egritudinis est periculo-
sius quam morbus principalis
ut dolor in colica quandoque est
peior quam ipsa colica. Nam do-
lor prosternit virtutes et interim
poterit intendi quod ipse dolens
moritur. Sed dolor est accidens
morbi non morbus et oportet
quod obvietur dolori et dimittatur
cura morbi quousque inveni-
mus medicinam ad evacuandam materiam
que est causa morbi. Allevia-
tur autem dolor colice vel cuius-
cumque alterius morbi secundum mo-
dos dictos in precedenti capitulo.
Et in hoc terminatur prima particula
que est de utilibus regulis
ad conservandam sanitatem ha-
bitam et ad recuperandam deper-
ditam. Sit deus benedictus
in secula seculorum qui nos hucusque
perduxit. Particula 2a de medicinis
simplicibus

Tractatus primus de medicinis
simplicibus. Capitulum primum de de-
scriptione medicine simplicis
et de eius divisione etc.



Medicina sim-
plex est que
non est cum
alia medicina
per manum ar-
tificis iuncta
sed posita sic
est cutha me-
ta vel rosa etc.
Est tamen me-
dicina simplex
a natura sua
ex elementis composita certe
sicut et alia elementata ut pu-
te sicut animalia vegetabilia et
mineralia. Propter quod me-
dicinarum simplicium alia invenitur
subtilis substantie alia grosse sub-
stantie alia mediocris substantie. Medici-
na subtilis substantie est cuius partes
faciliter dividuntur atque virtu-
tes resolvuntur a calore natura-
li obviante sicut est camomilla.
Sed medicina grosse substantie est
cuius partes non faciliter dividu-
ntur ut eius virtus faciliter a calo-
re naturali obviante sic est
acacia communis. Sed medicina
mediocris substantie est que medium
tenet inter subtilem et grossam
ut est [illegible]. Et in medicinis
grossis dominatur terreitas. In
subtilibus aut aer aut ignis
et in mediocribus aqua. Terra
terra est grossius elementum. Aer
autem et ignis sunt subtilia
et aqua tenet medium inter
subtile et grossum. Et quia
in simplicibus medicinis alia
elementa superant alia elementa
ideo quod alia est calida et sicca
ut pote in qua superatur ignis.
Alia est calida et humida
et proportionatur aeri. Alia est
frigida et sicca et proportionatur
dosis eorum est in decoctione a
in infusione a. 3. 7. usque ad 17
et siccorum a 3. 2. usque ad. 7.
heben mesue kebuli de sua
proprietate purgant melancoliam pur-
gatione debili Et dosis eo-
rum infusorum est a 3. 7. usque
ad 3. 3. heben mesue mira-
bolani semi sunt ex speciebus
citrinorum. quando qui inguntur ingrassiat
stomachum et minus est iuvamentum
in eis quam in kebulis Alkindi
dicit vero mirabolanum sunt ca-
lidi et stiptici expellunt stercora

ventris et corroborant sensus omnes
et medicam et sensum, et confert
lepre et emorroidibus antiquis
et zade et ydropisi et inducunt
nauseam et vomitum faciunt. De
malogranato · malgranat eppfel

Malogranata sunt frigida et sicca
in primo gradu scilicet acetosa
nam dulcia illa inferunt calidi
tatem stomacho. Rufus. Malogra
nata acetosa confert cordiace
et dysenterie et abscindunt libi
dinem. Heben Mesue. De spe te
gin malogranati est quod aqua eius
confert inflammationi que est in
capite propter nimium potum vini, et
succus eius confert colere stomachi
et stringit ventrem, et provocat
appetitum cibi, et confert pregnanti
bus mulieribus. De malua vel
papell:

Malva est frigida et humida
in primo gradu et ipsa domestica
stica. D. domestica est conve
nientior cibus quam agrestis. Sed
ipsa est mala stomacho, mollit
ventrem et augmentum efficit
in lacte. Heben Mesue. Est mala
stomacho sed confert vesice
et semen eius est magis iuva
mentum et est bonum asperitati
pectoris pulmonis et vesice.
Et emplastrum ex eius foliis decoc
tis in oleo rosaceo confert
apostematibus vesice et renum. Et
quando fit emplastrum cum ea in apo
stematibus calidis sedat et cu
rat ea optime. De men · cam

Men est calidum et siccum in
2° gradu. D. Cuidam tera
tur et dissolvitur in aqua et bi
bitur et aufert dolorem renum
et vesice accidentem propter conclu
sionem superfluitatum in eis, et
fit cum eo emplastrum pectini infan
tium et provocat urinam valde
bene. De mastice vel ma

Mastix est calidus et stiptic
siccus in 2° gradu. D. Ma
stix confert sputo sanguinis quando
bibitur et etiam tussi antique
et est bonum stomacho et movet
eructuationem. De musto

Mustus est calidus et siccus
in 2° gradu. Helen. For
tificat cor et omnia interiora in
bria quando bibitur aut ponitur

extrinsecus in emplastrum, et dicunt ali
qui quod comisceatur in medicinis
oculi et abstergit albuginem.
De melle

Mel est calidum et siccum in 2°
gradu. Sed G. volt quod computat
in 3° D. Mel bonum est illud quod
est dulce et in quo est acuitas ali
quantula in gustu, et secundum odorem
bonum et color eius est vergens
ad rubedinem, neque est nimis li
quidum, et ipsum est abstersivum
et aperitivum oppilationum venarum
et resolvit humiditates, et ideo
prodest ulceribus fraudulentis
et profundis. Coquitur cum ace
to / bulliens et linitur cum eo impe
tigo et curat eam, et quando miscetur
cum sale trito et distillatur
tepidum in aurem sedat tinnitum.
Et quando fit linimentum cum eo occi
dit pediculos et lendes, et mel
abstergit tenebrositatem visus
quando fit collirium cum eo . 14 . diebus
continuis. Et quando fit cum eo gar
garisma confert apostematibus gut
turis et faucium et squinancie pro
vocat urinam et confert tussi.
Et quando fit looch cum eo aut
bibitur confert illi qui come
dit fungos mortiferos, et confert
morsui canis rabidi. Et mel
cuius spuma non est ablata facit
tussim et laxat ventrem. De
melone magno vocati erdapfel

Melon est frigidus et humidus
in 2° gradu. Rasis est forte
humectationis et extinctionis, et
confert febribus adurentibus
et illi in cuius corpore est quod
generatur flegma humidum ad re
sistendum colere acute existente in
stomacho et capite et venis. Sed
est tarde valde digestionis.
De mirra

Mirra est calida et sicca in 3°
gradu. Datur ex ea quantitas
falle et aqua antequam veniat ri
gor febris duabus horis re
movet eum. Et quando tenetur sub
lingua et paritur quod ex ea
resolvitur mollit asperitatem
canne pulmonis, et clarificat
vocem, et ipsa occidit lumbricos.
Et quando tenetur in ore meliorat
odorem oris. Et quando miscetur cum
opio et castoreo, curat famem

aureum et fit linimentum cum ea dissoluta in aceto abstergit impetiginem. Et quando inspergitur cum laudano vino et oleo anetino retinet capillos cadentes et linitur nares cum ea, et aufert catharrum antiquum, et ipsa replet ulcera oculi et abstergit albuginem ipsius et confert obscuritati visus et asperitati palpebrarum. De maiorana ca.

Maiorana est calida et sicca in 3o gradu D. Decoctio eius in potu confert ydropisi in principio eius et stranguirie et torsionibus. Rasis propter caliditatem eius et aromaticitatem et subtilitatem confert egritudinibus omnibus frigidis et confortat cerebrum et alia membra etc. De mandragora ca.

Mandragora est frigida et sicca in 3o gradu et ipsa inducit subeth et insensibilitatem. De menta vulgariter mynez

Menta est calida et sicca in 2o gradu. Aben Calafat stomachum et confortat ipsum et sedat nauseam flegmaticam, et facit eructuare et facit digerere. Et de proprietate eius est sedare vomitum flegmaticum, quando bibitur cum sua [illegible], vel eius decoctio etc.

De nesenon vulgariter kellerhals

Nesenon est calidum et siccum in 4o gradu D. Folia huius plante laxant flegma et coleram. De [illegible] proprietas eius est quod laxat melancoliam et aquam citrinam [illegible] faciunt alie species [illegible] lib. venenosorum pondus 3e [illegible] ex eo occidit, propterea [illegible] dissipat humiditatem epatis. De nenufare vulgariter [illegible]

Nenufar est frigidum et humidum in primo gradu D. Cum bibitur de radice eius sicca cum vino confert fluxui antiquo et ulceribus intestinorum, et resolvit apostemata splenis, et fit emplastrum cum ea in dolore stomachi et vesice. Et bibitur ex ea et aufert pollutiones seminis. Rasis Nenufar inducit

sompnum et sedat dolorem. Oleum nenufarinum est fortius oleo violaceo. De muscato ca.

Nux muscata est calida et sicca in 2o gradu. Aufert fumositates a stomacho et digerit cibum, expellit ventositates, corroborat stomachum et epar, et confert lentigini faciei et serpigini, extenuat splenem et mollit apostemata dura epatis. De nuce avellana vulgariter eyn welschnus

Nux avellana est calida et sicca in 2o gradu D. Nuces comeste sunt [illegible] nocive stomacho generant coleram nocent tussientibus, quando comeduntur cum ficubus et ruta ante medicinam mortiferam sunt tyriaca optima contra ipsam, et quando nux teritur sicut est cum cortice suo et ponitur super umbilicum confert tussientibus et cortex eius quando adcuritur et inspergitur cum oleo et linitur inde capita infirmorum facit crescere capillos pulcros et facit oculos pilos in allopicia. Nuces vero humide sunt minus nocive stomacho aliis et sunt dulciores et delectabiliores aliis. De nigella vulgariter katen

Nigella est calida et sicca in 3o gradu G. Nigella curat coricam quando assatur et odoratur et resolvit inflationes resolutione forti quando accipitur intus et interficit lumbricos, quando comeditur confert asmatici et provocat menstrua quando retinetur causat humores [illegible]. De nasturcio vulgariter kresse

Nasturcium est calidum et siccum in 4o gradu G. Nasturcium sedat dolorem sciatice et dolorem capitis et qualibet egritudinem in qua oportet calefacere, et inspergitur semen eius in medicinis asmaticis quia ipsum incidit humores grossos, et dicit [illegible] quod nasturcium desiccatum efficit virtus eius sicut seminis eius, et dum est recens, propter humiditatem aquosam que in eo est habet virtutem debiliorem semine eius D. Quando fit emplastrum cum eo et melle resolvit duriciem [illegible] et quando coquitur cum lacte

capitis et datur in potu. Unguent
dolorem oris stomachi. Et quando
aliquod membrum patitur dolorem
antiquum sicut est dolor podagre
et sciatice et inungitur melle et
pulverisatur desuper pulvis semi-
nis nasturcii confert optime. De
nitro capitulum

Nitri sunt multe species. D.
Dioscorides: virtus est desiccativa.
Quando bibitur ex eo subtiliat et in-
cidit humores grossos et viscosos
et ipsum ingreditur in commixtione
unguentorum ad scabiem ulcerosam
et pruritum et morpheam. Et
quando dissolvitur in aqua aut vino
et distillatur in aurem sedat dolo-
rem eius et ventositates que sunt
in ea et sibilus, et confert humidi-
tatibus fluentibus ab ea. Et quando
dissolvitur in aceto mundificat
sordes que sunt in ea. Et quando
bibitur cum aceto confert suf-
focationi que accidit ex fungis
venenosis. De oleo



Oleum est tempe-
rate calidum et
humidum. Hoc est pri-
mum. D. Oleum
quod fit ex oli-
vis novis non
bene maturis
est oleum ex-
pressu[m] et est
conveniens sanis, et specialiter illud quod
ex eo est novum sine permixtione
boni odoris. Et oleum vetus
olivarum maturarum competit in me-
dicinis. Et omnes species olei
sunt calide, lenientes corpus
et prohibent frigus advenientis
corpori, et faciunt ipsum habile ad
motum et molliunt ventrem
et debilitant virtutem medicina-
rum vomitivarum, et dantur in
potu contra medicinas mortificantes
et evomuntur cum eis, et fit hoc
assidue. Et quando bibuntur ex eo
ʒ. 9 cum tantidem de aqua ordei
vel aqua calida laxant ven-
trem. Et quando coquitur cum ruta
et bibuntur ex eo ʒ. 9 confert
torsionibus ventris et expellit
lumbricos. Et quando fit cum eo cli-
stere, confert colice que est ab a-
postemate intestini et opilationi
que fit a stercore duro. Et

antiquum est ex eo calidius et plus
resolutivum, et si non habes oleum
vetus et indiges eo coque ipsum
donec fiat sicut mel et utere eo
quotidie quando placet. Capitulum
De orobo

Orobus est calidus et siccus in pri-
mo gradu. D. Fit farina de
eo in hunc modum. Accipe de
orobo et proice super eum a-
quam et dimitte sic multo
tempore quousque, scilicet aqua im-
bibitur. Deinde fac bullire do-
nec coquatur. Separetur ab eo
cortex desiccata et mole et cribra.
Ista farina laxat ventrem et
provocat urinam et meliorat
colorem corporis. Sed si ex ea
comeditur aut bibitur nimis
facit torsiones et commixtionem sangui-
nis. Et quando conficitur cum vino et
fit inde emplastrum confert morsu-
ram canis rabidi et morsui hominis.
Et quando coquitur cum aceto et po-
nitur super pectinem confert
stranguirie et sedat corrosionem.

Ordeum est frigidum et siccum
in 2o gradu. D. Ipsum est mi-
noris nutrimenti quam triticum. Et aqua
ordei est innata ad expellen-
dum caliditatem, et confert a-
speritati canne pulmonis et ul-
ceribus eius. Et quando miscetur cum
aceto forti et ponitur in scabi-
em ulcerosam curat eam. Et fa-
rina ordei stringit ventrem
et sedat dolorem epatis calidi.
De ozimo gariofilato

Ozimum est calidum et siccum
in 2o gradu. Ysaac Bena-
cam: confert stomacho frigido
et facit digerere cibum grossum
et confert capiti et cordi, et au-
fert tristitiam et sollicitudines
et odoriferas facit emunctiones
et aperit opilationes cerebri
et confert cardiace que est a
flegmate et melancolia. Et quando
comeditur aut odoratur confert
opilationi narium. De oli-

Olibanum est calidum secundo
et siccum in gradu 1o. D.
Olibanum est calidum et stipti-
cum et clarificat et abstergit
obscuritatem visus et replet
ulcera profunda et incarnat
ea, et consolidat vulnera recentia.

cum suo sanguine Et qui bibit
confert sputo sanguinis, et vomitui
quo sanguis fluit eidem fluxui
confert, et qui bibunt de eo sa-
ni parum meliorat eos Sed nimis
cum vino biberint inducit ma-
niam De Opopanace i. gu-
mmi eius

Opopanax est calidum et siccum
in 3o gradu Virtus huius gum-
mi est abstersiva subtiliativa
et mollificativa, et id quod datur
ex ea in potu cum mellicrato
et cum vino confert rigoribus
febrium periodicarum et spasmoni-
bus nervorum et doloribus et tor-
sionibus ventris et tussi et di-
stillationi urine et stranguiriei et
vesice Ipsi Mesue dissolutione
educit flegma grossum et vi-
scosum a partibus remotis et iunctu-
ris corporis et bibitur cum aqua
mellis calida Et confert gutta-
tim mingentibus et provocat uri-
nam et menstrua et facit abor-
sus et est medicamen bonum pro
hanoni inceis, et est medicamen
expertum rigoris febrium, et ipse
bibitum cum aceto ante horam pa-
roxismi et linitum in spina dorsi
cum succo apii et oleo anetino
Et dosis eius est a ʒ. i. usque
ad ʒ. ii. De opio

Opium est frigidum et siccum
in 4o gradu, et est succus
papaveris nigri Et fit autem in hunc
modum Accipe primum despicaverat ro-
rem qui cecidit super plantas fi-
unt scissure in capitibus papaveris
cum cultello non profunde ne
transfigatur cortex eius deinde lac
egressum ex scissuris colligitur
et tandem hoc ingrossatur et
sic dicitur opium vel gummi papa-
veris .D. quando sumitur de opio
parva quantitas sicut granum oro-
bi sedat dolorem et facit dormi-
re et maturat et confert tussi
et fluxui antiquo, et qui sumit
ex eo quantitas magis facit su-
beth et postea occidit et qui mi-
scetur cum oleo rosaceo et lini-
tur inde caput confert zode
Et qui miscetur cum oleo rosa-
ceo et mirra et croco et di-
stillatur in aurem confert dolo-
ri eius Et qui miscetur cum vitello
ovi et asaro tosto confert apostematibus
calidis oculorum et cum dissolvitur
in aceto confert herisipile et ex-
tinguit calidum Et fit ex eo suppos-
torium et imponitur ano et facit dor-
mire Et opium est basis seu fun-
damentum magnarum medicinarum
s. opiatarum Et creatur cum eo dos
morbi debilitatis calida atque cum eo se-
dantur omnes dolores Verum in
eius exhibitione est huiusque timor
et summa cautela adhibenda quia
ipsum stupefacit et inebriat ad
sensus debilitat cor valde et cere-
brum quoniam est unum de venenis
proprie nocentibus membris predictis
Et qui Mesidemo dixit quod iuva-
mentum eius est solum in adorman-
do faciens dormire Aliis vero
omnibus modis usus eius est
malus Et Herasistratus vitabat
ipsum, et valet ad duo ad tal-
ima et in egritudine aurium
Et alius dixit quod ipsum esset obscu-
ratum et induceret cecitatem
Sed Serapio correxit eos dicens Nam
dixit quod omnes erraverunt Nam
aliud quod per experimentationem
de ipso verificatum sit est ad veri-
tatem ipsius Nam opium ipsum
verificat experientiam Serp.
De Pyoma vel premi



yoma est calida
et sicca in primo
gradu .D. quod
bibitur de ra-
dice eius quantitas
unius amigdale
a mulieribus que
non purgantur
in partu, mun-
dificat eas per
menstrua, et
qui bibitur cum vino confert
dolori ventris et iliacis, et
dolori vesice et renum Et qui
coquitur cum vino et bibitur
stringit ventrem Et qui bibi-
tur ex granis eius rubeis 10
vel 12 confert fluxui menstruorum
et datur ad comedendum in potu
pueris confert multum Et in in-
ceptione generationis lapidis G.
provocat urinam et mundificat
epar et renes qui sunt in eis
opilationes Et dosis ad hoc est
quantitas amigdale cum mellicrato

et quod teritur et cribratur subti-
liter et suspenditur super pu-
eros epilenticos curat eos. et
quod coquitur cum vino aliquo
pontico stringit ventrem. De
pino / kyenbom

Pinus est arbor calida et sicca
in primo gradu. D. Cortex
arboris pini confert patientibus
tenasmon et quod teritur et pul-
verisatur super locum. Et fit cum
eo suffumigium matricis et expellit
fetum et secundinam. et quando
bibitur stringit ventrem et mo-
vet urinam. De papavere ru-
beo et aliis speciebus papaveris

Papaveris sunt plures species.
Unum est papaver rubeum
simplex. domesticum scilicet et silvestre
Item est papaver nigrum et [illegible]
album. et ex eo etiam domesticum
et silvestre. Papaver rubeum
simplex B. calefacit et desiccat
aperit et attrahit et educit
flegma quod masticatur et succus
eius mundificat cerebrum quod fit
cum eo caputpurgium sive est ster-
nutatio et mundificat ulcera
sordida. Sed alie species papaveris
scilicet domestici infrigidant. et propter
hoc faciunt dormire dormitio-
ne forti. Vero infrigidant in 4o
gradu et mortificant. Et inde
dices sicut quod papaver in partibus
nostris non est narcoticum scilicet stu-
pefactivum vel mortificativum. Sed illud
est tale quod generatur in plagis
calidis scilicet in partibus ultrama-
rinis. De piris

Pira sunt frigida et sicca
in primo gradu. D. Sunt
ex eis multe species. et omnia
sunt stiptica. Et decoctio eorum
bibitur, propterea sunt desiccativa
et stringunt ventrem. Et quando
comeduntur ieiuno stomacho
nocent. Silvestria vero sunt sti-
pticiora domesticis. helen pi-
ra sunt nutribiliora quam cito-
nia. Cavendum est a multipli-
ci comestione pirorum et precipue
magis stipticorum. quoniam propter
suam stipticitatem et grossitiem
faciunt opilationes. et postquam
febres vel apostemata vel alios
morbos consequentes generant ex
opilatione. De polio

Polium montanum est calidum in
et siccum in 2o gradu. Et sunt
eius due species. D. Virtus am-
barum similis est. quod quando decoctio
eorum bibitur, confert mor-
sibus venenosis et ictericie et y-
dropisi. et quando bibitur cum aceto
confert apostematibus splenis. facit
tamen sodam et est malum stomacho
et laxat ventrem et provocat menstrua

Prassium est ca- De p[rassio]
lidum et siccum in 2o gradu
D. Folia eius quando pistantur et
coquuntur in aqua cum semine
suo. et potatur ista decoctio cum
melle. confert habentibus ulcera
in pulmone et asmati et tussi
et administratur et radix recens
sicca et eradicat superfluitates
a pectore. et utuntur eo mulieres
ad provocandum menstrua et ad educen-
dam secundinam. nocet tamen reni-
bus et vesice. De psilio

Psilium est frigidum et siccum
in 2o gradu. D. habet virtutem
infrigidativam quod fit emplastrum cum
eo. et oleo rosaceo et aceto et
aqua. confert dolori intrinsecarum
et aufert lacrimas oculorum. et
confert obtalmie calide et dolo-
ri capitis. et hoc quando eius mucilla-
go fuerit super caput vel oculos
emplastrata. et infunditur die vel
nocte in aqua. Deinde additur
eis parum mellis et bibitur ex-
tinguit febres maxime acutas
febrium et sitim et solvit ventrem

De plantagine vel wegerich

Plantago est calida et sicca in
2o gradu et est simplex. B. Vir-
tus seminis eius est quod abster-
git propter suam subtilitatem. et
confert ulceribus corrosivis om-
nibus et putredini eorum. et ubi
est aliqua inflammatio extinguit
eam. et mundificat fistulas et ul-
cera a[ppellata?] antiqua. Et semen
et folia et radix sunt aperitiva
opilationum epatis et renum propter
abstersionem que est in eis. nisi
quia semen est fortius in hac
parte. Et quando folia eius desiccan-
tur fit virtus eius subtilior
et minus frigida. quoniam superflui-
tas aquosa que est in ea resol-
vitur et destruitur. Et debes
scire quod est sollemnis medicina

semen eius frequenter bibitum con-
arenam seu lapidem renum. D. co-
medunt plantaginem lentibus et
deopilant carnosam et confert eis
et sumpta confert epilenticis et a-
smaticis. Et qui cum succo foliorum
eius fit collirium oculis confert ulce-
ribus que sunt in eo. De persicis

Persica sunt frigida et humida
in secundo gradu. D. ex ma-
turis persicis sunt bona stoma-
cho et molliunt ventrem. Immatura
vero stringunt et que desiccantur
stringunt fortius. Aben. Cum teru-
ntur folia eius et flos et exprimitur
succus et bibitur, necat ascarides.
Et qui succo foliorum eius unguitur
in aurem, occidit vermes qui sunt
in ea. De polipodio vel Brumpereth

Polipodium est calidum et siccum in
3o gradu. Mesehab: proprietas po-
lipodii est quod purgat melancoliam
leniter. Qui bibitur simplex cum
zuccaro aut quod miscetur cum ali-
quibus decoctionibus aut confectionibus.
Et dosis eius simplicis cum zucca-
ro sit ʒ. ii. et decocte cum aliis
medicinis ʒ. x. Inquit Amech:
ius (?) inter gallorum et gallinarum sit
solutivum bonum et simplex cum aqua
sit solutivum quemcumque. De pice

Pix est duplex scilicet humida et sicca.
Utraque in 3o gradu. B. Pix
humida confert asmaticis et spu-
entibus sanguinem quando de ipsa sumi-
tur in potu uncia una et semis
cum melle. Et pix sicca quando
miscetur cum cera aufert impe-
tiginem et maturat omnia apostemata
dura quando ponitur in emplastris
et incarnat loca corrosionum incar-
natione forti. De portulaca

Portulaca est frigida et humida
in 3o gradu. D. virtus eius
est stiptica et frigida et confert
apostematibus oculorum et aliis apo-
stematibus acutis et inflammationi
que est in stomacho et in intestinis
et confert inordinationi renum et
vesice et febribus et sputo sangui-
nis a pectore et ulceribus inte-
stinorum et miscetur cum oleo ro-
sarum et infunditur super caput et
confert ad soldam. De pipere

Piper est calidum et siccum in 4o
gradu. Et est quoddam album
quod est immaturum et aliud nigrum.

D. Virtus piperis est calefactiva,
attractiva, provocativa urine, re-
solutiva, abstersiva obscuritatis vi-
sus. Et qui sumitur in potu aut fit
linimentum cum eo cum aliquo un-
guento, confert febribus rigoribus
febrium periodicarum et confert
morsibus venenosis et expellit fe-
tum et administratum in looch et in
solutivis que sunt contra tussim
et dolori pectoris. Et qui sumitur
in potu maxime cum granis
lauri, confert torsionibus ventris
et qui masticatur cum staphisagria et
cum passulis montanis facit
descendere flegma de capite
et ipsum sedat dolorem et confortat
virtutem digestivam et ingreditur
in confectionibus specierum quibus utu-
ntur sani in condimentis aliorum
ad provocandum appetitum. Et qui
miscetur cum pice resolvit scro-
phulas. Et qui miscetur cum nitro
abstergit morpheam. Et qui mi-
scetur cum aceto et fit emplastrum cum
eo, resolvit apostemata splenis. Et
si sumitur in potu facit idem. Aben
prohibet torsiones et ventosita-
tes que sunt in stomacho et in inte-
stinis et incidit flegma visco-
sum quod aggregatur in pecto-
re et pulmone et intestinis. De
piretro vel Perchtram

Piretrum est calidum et siccum in
4o gradu. D. pungit linguam
que gustat punctione forti et
attrahit flegma. Et cum quo co-
quuntur cum aceto et fit cum eo
collutio oris confert dolori den-
tium et confert membris super que fri-
gus vincit et conservat corpus
a nimio frigore aeris ne no-
ceat ei. Et amissioni sensus
et motus. Et est eius iuvamen-
tum magnum in liturgia (?) et paralisi
et rigoribus febrium. De porro

Porrum est calidum et siccum
in 4o gradu. Rufus: pro-
vocat menstrua et mundificat pe-
ctus et aufert ebullitiones
arteriarum (?) et mollit ventrem.
Et proprietas eius est quod de-
struit dentes et gingivas. D.
Qui assuescit plus eius indu-
cit obscuritatem visus et est
malum stomacho. Et qui fit em-
plastrum cum eo et sale mundificat

viscera sordida. De plumbo

Galienus. Substantia plumbi est calida multum et virtus eius prima est que infrigidat et humectat. et virtus eius 2a est quando accipitur mortarium et pistellum et ponitur in eo oleum omphacinum aut rosaceum. et teritur fortitudine fricationis. et utitur hoc oleo in medicatione apostematum calidorum que fiunt in inguina et in ore et ano cum ulceribus. aut in medicatione emorroidarum. confert apostematibus mammillarum. Et est medicina conferens multum. et si habet filii nervum amisceat ad seminis que descendit ad pedes aut ad iuncturas. aut ad partes alias. aut apostemata calida et mala. et si tu amisceas hanc medicinam in apostematibus in quibus est cancer facit opilationem incurabilem. et similiter potest fieri cum aliquo suco frigido sicut cum oleo. et est medicina conferens multum.

Capitulum de Reysi kers

Reysi est calidum et siccum in primo gradu. D. quando sani egunt pulsibus eius propter punctiones quas habent in ventre aut propter fluxum multorum humorum super quos vincit colera aut aliquid alia a simili causa coque eisi quousque dissoluatur et da in potu. D. est punici [illegible] et stringit ventrem. De rosa

Rosa est frigida et sicca in primo gradu. G. virtus eius prima est que infrigidat et desiccat. Et semen eius est plus desiccativum. Et virtus eius 2a est quod confert apostematibus sanguineis. Et rosa extracta est magis stiptica quam recens. Et sumpta in aqua rosacea prohibet fluxum ad oculum. Alkalcari. Aqua rosacea confert sincopi quando bibitur de ea aliquis haustus. Aben. Odoratio rose confert colericis humidis calorem et dolorem in capite a colera et prohibet superfluitates calidas et acutas. et confert doloribus a calida causa factis. Rasis expertus est quendam ex amicis meis qui attraxerat ex foliis rosarum recentibus et 2 naribus facit eum assellare 10 vicibus. et similiter facit sicut eius. De Rapa

Rapa est calida et sicca in 2o gradu. D. Rapa cocta et comesta nutrit et generat ventositates et inducit libidinem et auget spermate. Et decoctio eius quando infunditur super podagram et super fissuras que fiunt a frigore confert eis. Et quando fit emplastrum cum rapa contrita facit hoc idem. Semen rape valet contra venena. et etiam confert morsibus venenosis et sedat dolorem eorum. et valet potionibus venenosis quando potatur cum vino ydromelle. et quando bibitur incitat libidinem. De Reubarbaro

Reubarbarum est calidum et siccum in 2o gradu. Iohannes Mesue. Reubarbarum est ex medicinis benedictis et sollempnibus in quibus aggregantur multa ex intentionibus que queruntur in re faciente mundificationem. Nam solutione educit coleram et flegma. Et maior eius proprietas est mundificare epar et stomachum et conferre doloribus pungitivis eorum et visceribus. et clarificare sanguinem et auferre opilationes et morbos quorum causa est opilatio sicut sunt ydropisis yctericia duritiones splenis et cum febre opilationum. Et ipsum quidem est medicina singultus. et est medicina bona dissenterie et proprie quod est ex eo assum et bibitum cum suco plantaginis et parvo vino stiptico. et confert febribus opilationum et febribus antiquis. et de ipsum decoque in aqua lactis et proprie capum ita quod ipsum stet in infusione lactis per noctem vel in suco endivie et apii colato. aut in aqua plantaginis et non permittas quod cadat in societate eius spica. Sequitur. [illegible] proprium iuvamentum est eius cum ipso. et potes medicinam addere de vino albo odorifero. potio eius infusi est a 3 drachmis ad 5 scrupulos

usque ad 10 dr. tunc debet colari
in fusto et subinde tenbandet
Et ponitur contrarium est a.z.i usque
ad cor extra facilit ...
tu non debes excedere dosim z
uni. // De Ruta

Ruta est calida et sicca in 3o
gradu. D. Est ruta dome-
stica et silvestris et sunt ambe
calefactive adustive provocative uri-
ne et menstruorum. Et que come-
ditur aut bibitur stringit ven-
trem. Et que sumitur in potu ex
semine cum vino est medicina
conferens multum contra medicinas
mortiferas. Et que comeduntur
eius folia sola aut cum ficubus
siccis et nucibus, aufferunt no-
cumentum medicinarum mortifera-
rum. Et est optima medicina
contra malum venenorum quando
administratur sicut diximus. Et
que comeditur aut bibitur sepe
abscondit sperma, et que coquitur
cum aneto sicco et sumitur se-
dat torsiones. et similiter mo-
dum sumpta confert dolori
lateris et dolori pectoris et
asmati et tussi et apostemati pul-
monis. et dolori iuncturarum et
rigoribus febrium. et confecta cum
melle et fit inde emplastrum dolo-
ri iuncturarum et confert. Et come-
sta sicut est aut salita acu-
it visum. Et que teritur et mi-
scetur cum aceto et oleo rosa-
ceo, et fit linitio cum ea con-
fert dolori capitis. et que intro-
mittitur tenta naribus aut succus
eius abscindit fluxum sanguinis
ab eis. et que administratur cum
nitro et fricatur inde morphea
alba aufert eam et miscetur
succus eius cum succo feniculi
et cum melle et fit collirium cum
eo. confert debilitati visus
et que miscetur cum aceto et
oleo rosaceo et conficitur cum
cerusa et fit linimentum cum
ea confert herisipile et formice
et ulceribus capitis humidis.
Et ruta que masticatur post
comestionem reprimit et allei et
auffert fetorem ipsorum. // De
Raphano capitulum

Raphanus est calidus et
siccus in 3o gradu. D.
Raphanus que comeditur ante
cibum facit ventositates et non
est bonus stomacho et facit eru-
ctuare et provocat urinam. Sed
que comeditur post cibum mollit
ventrem et iuvat cibum ad de-
scendendum. et que sumitur ante
cibum pellit ipsum ad superiora
et non sinit eum descendere
ad fundum stomachi. Et si de-
coquitur et sumitur confert
tussi antique. et humoribus
grossis in pectore aggregatis
et est contrarius ydropisi. Et que fit
emplastrum cum eo confert splene-
ticis. Et quando comeditur con-
fert strangulationi fungorum
et que bibitur provocat menstrua
Semen vero raphani quod bibitur
facit vomere et provocat uri-
nam et resolvit duriciem
vel timorem splenis. Assa-
reus in libro de agricultura. Con-
fert dolori renum vesice et tussi
et defendit corpus a morsi-
bus venenosis qui timentur ab
eo. Et semen eius confert
venenis sicut tyriaca. Et que
comeditur raphanus et pone-
titur super scorpionem moritur
statim. Ruffus. confert flegma-
ticis et malus capiti et oculis et
dentibus et palato et corrumpit
cibum. et est contrarius omnibus egritu-
dinibus. et generat ventositates
in superioribus partibus membris
De Resina capitulum

Resina est calida et sicca in 2o gradu
et eius sunt multe species. Sed omnes
species gluciose calefaciunt et disperant
bona dissolutive ... quod in aliqua
earum est acuitas et puritas et sa-
pore et dulcedine quibus maior quam
alia. Et melior quando est gelatinum
et mastix et ... quod in hac quod
in eo est de stipticitate parva cum
aqua confert capiti et stomacho et in-
testinis. Et etiam in eo virtus de-
siccativa et mordicativa et mundificativa

Sparagus est
temperate com-
plexionis que
coquitur ebul-
litione una
et comeditur
mollit ventrem
et provocat urinam

u

Et quando conficitur radix eius et
bibitur decoctio eius confert san-
guinee et yctirie et sciatice. De
spongia

Spongia est calida et sicca in
primo gradu. d. Spongia no-
ua et sicca resoluit apostemata flegm-
tica et conglutinat recentia vulne-
ra quando supponitur cum aceto uel
aqua. Et inuenitur lapis in spon-
gia, et ipse frangit lapidem
qui est in renibus non in vesi-
ca ut volt. G. De Sticados

Sticados est calidum et siccum in
primo gradu. d. confectio e-
ius confert dolori pectoris
De Squinanto

Squinantum est calidum et siccum
in primo gradu. d. frangit
lapidem prouocat urinam et men-
strua mouet et inflationes et
grauedinem capitis. De Se-
mine lini

Semen lini est calidum et siccum
in primo gradu. d. quando ad-
misceretur cum oleo et melle et aqua
resoluit apostemata calida et mol-
lificat ea. et quando conficitur cum
aqua resoluit apostemata que
sunt in radice auris et apo-
stemata dura. et quando misce-
tur cum melle et fit inde looch
expellit superfluitates que
sunt in pectore et sedat tussim
De Setha, vel serico

Quando vermiculus texit sup-
ra telam et dimittitur in
ea donec moriatur vermis deue-
nit inde setha. Et dixerunt
aliqui medicorum quod setha est
calida et sicca cum temperamento
et est bona cordi et fortificat
illud et clarificat sanguinem eius
et ipsa ponitur in medicinis
cordis. Et quidam comburunt
eam ut possit facilius teri et
melius pulverisari super de-
sicationem. Aliquibus non
videtur hoc esse faciendum ne
amittat virtutem suam, sed sci-
dunt subtiliter eam multi. et
terunt eam cum margaritis
et ipse cum corallo, et sic te-
ritur faciliter. De Storace

Storax est calida et sicca
in primo gradu et eius
sunt due species scilicet liquida
et sicca. D. Storax liquida
est pinguedo inuenta recentibus. G.
Virtus storacis prima est virtus
que calefacit. Et 2a est que mol-
lificat et maturat. Et 3a virtus
eius est que sanat tussim et rauce-
dinem et raucedinem et prouocat men-
strua quando bibitur et quando subditur
matrici. Fumus eius et est similis
fumo olibani. Et dicit Ysaac in epy-
thimiis et in 2o de ingenio sani-
tatis quod est una ex rebus morti-
ficis sicut mirra et mandra-
gora. De Spica nardi. Gerarh

Spice sunt plures species sed
nobis magis cognite sunt spi-
ca nardi et spica celtica que etiam
vocatur spica nardina romana. D.
Virtus spice nardi est calida et
sicca prouocat urinam, et ipse quando
bibitur stringit ventrem. et quando
bibitur cum aqua frigida sedat
sincopim et confert cordiace et in-
flationibus et cutis egre et ycterice
et egritudinibus renum. et quando co-
quitur in aqua et sedet in ea mu-
lier confert apostematibus calidis
Sed virtus spice celtice etiam pro-
uocat urinam et confert stomacho
et quando bibitur cum decoctione ab-
sinthii confert apostematibus calid-
is cutis et yctericie et inflationibus
stomachi et morsibus venenosi
animalium. et ingreditur in con-
fectionibus oculorum. De Sene

Sene est calidum et siccum
in primo gradu. Habet
virtutem magnam quando peruenit
ad stomachum purgandi melan-
coliam et coleram et fortificat
substantiam cordis quando impetitur
cum eo medicine quas dicit iu-
uare sicut viola et rosa. Deco-
ctionis eius plus confert quam ipsum
tritum. Et dosis eius sicci est
3i et in decoctione 3.7.
De Sorbis Atherar

Sorba est frigida et sicca
in primo gradu. G. Sciendum
quod est stipticum. Virtus eius
prima est frigida. et 2a est que
retinet ventrem retentione for-
ti. De Salice vel Felw

Salix est frigida et sicca in pri-
mo gradu. d. quando bibuntur
folia eius trita cum pauco pi-
pere et vino pauco confert colice

que dicitur thos et qn combibi-
tur cortex salicis et conficit cum
aceto et fit emplm eradicat ueru-
cas Et decoctio corticum admini-
stratur super pedes podagricorum et
confert eis multum et mundificat
furfures capitis
De Salvia sequitur

Salvia est calida et sicca in 2o
gradu D. Decoctio foliorum
et ramorum ipsius qn bibitur p-
uocat urinam et menstrua et ex-
pellit fetum et denigrat capillos
et confert apostematibus et abscindit
fluxum sanguinis et mundificat ul-
cera fraudulenta Et qn cum de-
coctione ramorum et foliorum ipsius
fit ablutio sedat pruritum genita-
lium tam virorum qz mulierum
De Scolopendria 7 est una herba
Scolopendria est calida et sic-
ca in 2o gradu D. qn ista her-
ba coquitur et bibitur 40 di-
ebus resoluit et extenuat sple-
nem Similiter aut faciunt folia
ipsius si terantur et fiat cum
eis emplm super splenem et
qn teruntur et miscentur cum
vino et bibuntur conferunt
distillationi urine et singultui
et yctericie et frangunt lapidem
renum et vesice
Sineugen wilt tateln
Sineugen i. hermodactilus est
calidus et siccus in 2o gradu
G. hz virtutem laxatiuaz et
similiter aqua in qua bibitur
datur aut ponitur in dolore iun-
cturarum et in tempore fluxus ad
eos Sem ipse est malus stomacho
De Solatro vl nacht schad
Solatrum est frigidum et siccum
in 2o gradu Et eius sunt
plures species Nam quoddam
hz grana rubea et vocatur so-
latrum sompniferum Et aliud hz
grana nigra et vocatur sola-
trum momacum Et aliud hz in
una teka nisi unum solum g-
num sicut ceciscum et vocatur al-
kakegi D. qn bibitur ex cor-
tice radicis sompniferi ʒ 1 fa-
cit dormire leuiter sompno
qz gummi papaueris Et sicut
dicit puocat 1 vomitum puocati-
one forti Et datur ydro-
pico ex semine eius xii grana

et curatur Sz si minus detur
inducit maniam vim cui accidit
decat hoc si biberit mellicratum
curatur Et cortex radicis eius
ingreditur in emplm sedantibus
dolorem narcotisando et ingre-
ditur etiam in curis albuginibus
et hic qn coquitur in vino et te-
netur decoctio eius in ore se-
dat dolorem dentium D. solatrum
maniacum inducit sompnia non
vera qn bibitur ex radice eius
ʒ 1 cum vino et qn bibunt ex
eo ʒ 2 inducunt furorem eli-
enatum tribus uel quatuor
diebus et 4 ʒ ex ea occidunt
G. Granum alkakegi ponitur
in multis medicinis que confe-
runt epati et vesice et renibus
D. fructus alkakegi mundificat
ictericiam per prouocatione uri-
ne et exprimitur succus folio-
rum eius et similiter folia eius
desiccantur in umbra et opera-
tio ambarum est una Abix Du-
ris alkakegi confert apostematibus
corporis tam intrinsecis qz extrin-
secis et qn linitur super apo-
stema extrinsecus confert ei et g-
num eius qn bibitur confert ul-
ceribus renum et vesice
De Sabina

Sabina est calida et sicca i
3o gradu. 2a virtus eius est
que abstergit putredinem ulcerum
putridorum malorum corrodentium
et antiquorum et similiter ipsa mun-
dificat ulcera melancolica sordi-
da qn ponitur super ea cum
melle et aufert herisipilam
Et propter causam sue subtilitatis
prouocat menstrua plus qz alia
medicina et facit mingi sangui-
nem et interficit fetum viuen-
tem et expellit mortuum De
Sambuco et ebulo vl holunder
vnd atich sequitur
Sambucus et ebulus sunt ca-
lidi et sicci in 3o gradu am-
be species ille sunt propinque vir-
tutis D. Coctura ebuli est qn
sumitur laxat humiditates aquo-
sas Et folia eius in aqua de-
cocta sicut alia olera et come-
sta laxant flegma Radix uero
eius qn coquitur in vino decoc-
tio eius ydropicis miro modo

confert. Et qn̄ decoquitur in aqua
et mulier sedet in ea et sup̄ ipsum
mollificat duriciem matricis et co-
artat omnes constrictiones eius. Et
qn̄ semen eius sumitur in potu
cum vino facit hoc idem. Et qn̄
in decoctione eorum fit sessio ex-
pellit secundinam et expellit hidro-
pisim. Et qn̄ succus foliorū eius
distillatur in aures aufert sur-
ditatem et tinitum et occidit ver-
mes qui sunt in eis. Et qn̄ cū
eo linitur caput prohibet scabiem
et pruritū et confert tussi anti-
que. Et quando sumitur in potu co-
fert contractioni anhelitus. Et qn̄
fit gargarisma cū eo, confert
catharro descendenti ad fauces
et squinancie. Et accipiuntur su-
mitates ebuli dum sunt tenere
cum foliis suis et teruntur et
dantur cū succo eorum in potu
confert lapidi renum. De Ser-
pillo sequitur

Serpillum est calidū et siccū
in 3o gradu. G. Virtus eius
prima est calida, et 2a virtus
eius est subtiliativa resolutiva
3a virtus eius est que provocat
urinam et menstrua. De
Serapino

Serapinum est calidū et siccū
in 3o gradu. G. Virtus eius
2a est que subtiliat et abstergit
et 3a virtus est que mundificat
maculas que sunt in oculo et
subtiliat eas, et est ex melioribus
medicinis aque descendenti
ad oculum et ad obscuritatem vi-
sus que accidit ab humoribus
grossis. Aben. De proprietate
eius est conferre colice et ven-
tositatibus intestinorum et costa-
rum et purgat flegma viscosum.
Et dosis eius sumpte est a
ʒ. i. usque ad aureum unū infu-
si in aqua decoctionis aut in a-
qua ruthe aut in aqua mellis.
De Scamonea

Scamonea est calida et sicca
in 3o gradu. Johannes mesue
dilucione educit coleram cū
fortitudine, et ipsa est inimica
cordi epati et intestinis. Facit
nauseam et sitim et educit vel
destruit appetitū cibi, et linitur
in posteriori parte capitis cū ali-
quo alio succo vel oleo calido et est
magni iuvamenti ad subeth et
litargiam et supponitur cum lana
educit menstrua. Dosis eius est
a granis 7e usque ad 12. Plinius
Scamonea abstergit cutem et
meliorat colorem et aufert dolo-
rem capitis antiquū et cōmiscea-
tur cum oleo rosaceo et aceto et diffun-
ditur super caput. De Scilla
et est cepe marinū

Scilla est calida et sicca in 2o
gradu. D. habet virtutem acutam
adustivā et qn̄ assatur et sumitur
habet multa et maxima iuvamen-
tam. Datur ad laxandū ventrem
et ad provocandū urinam in febre
et in ydropisi, et datur illi qui
conqueritur de stomacho suo cum ci-
bus natat in eo et nō digeritur
et datur ictericis et ad torsiones
ventris et ad tussim antiquam
et ad asma et ad screandū sa-
nie.

Sandalorum sunt tria genera
scilicet album et rubeū
citrinū. Mesahal. Sandalum
est frigidū in 3o gradu et siccū
in 2o gradu. Aben. Confert car-
diace cum febre que linitur
cum eis super cor. Ysaac. Sandalum
mixtū qn̄ miscetur cum succo so-
latri aut semine aut portulace
aut lenticula aque confert
podagre calide et apostemati-
bus calidis et prohibet humoribus
dari membris. De Strebeam
i. esula vulgariter wolfskraut

Strebeam i. esula est calida
et sicca in 4o gradu. D. Ra-
dix eius si de ea accipitur ʒ. i.
et bibitur cū mellicrato la-
xat ventrem, et semen eius si
accipiatur de eo ʒ. i. laxat
coleram et flegma et si sumi-
tur ex lacte eius pondus ʒ. unius
facit hoc idem. De Synapi

Synapis est calidū et siccum
in 4o gradu. D. Virtus eius
calefacit et subtiliat, et extra-
hit qn̄ masticatur, et qn̄ tere-
tur et miscetur cum aqua, et
fit inde gargarisma, confert
egritudinibus radicis lingue et asperi-
tati antique pulmonis. Fricatur
cum eo gargarismate, et qn̄
fit cum eo emplastrum cum rebus
ad hoc convenientibus resolvit

sternutationes et qui teritur et applicatur naribus commovet sternutationem et confert epilenticis excitans eos, et illa que patiuntur excitatione matricis. Et qui infricatur cum ficubus et ponitur super cutem donec rubeat confert scabie et duriciei splenis, et est ex his que [illegible] dolorum omnibus antiquis quando volumus attrahere aliquem humorem ad exteriora, et fit ex eo cum aceto et melle collirium et confert obscuritati visus et pruritui palpebrarum. De sulfure

Sulfur sicut dicit est subtilis, subtrahit, et habet virtutem resolutivam et attractivam et resistit venenis quando teritur et ponitur super locum morsure. Et confert tussi et educit saniem de pectore, et qui transglutitur in ovo sorbili aut fit fumigium cum eo confert asmati. Et qui fumigatur mulier cum eo educit fetum, et qui infricatur cum resina pini et aceto confert scabiei ulcerose et aufert morpheam et sumitur in potu cum aqua aut ovo sorbili curat ictericiam et est bonum [illegible] et quando pulverisatur super corpus aufert sudorem, et qui aceto fumigatur cum eo confert surditati eius. De sale

Sal sicut dicit est calidum et siccum in 2o gradu, et virtus eius 2a est que aggregat et resolvit, et virtus eius 3a est que prohibet putrefactionem corporum que sunt parata putrefactioni propter humiditatem superfluam. Et qui infricatur cum oleo et inungitur cum eo corpus resolvit lassitudinem et aufert scabiem, et qui infricatur cum oleo et aceto sedat pruritum qui inungitur cum eo iuxta ignem donec sudet et eodem facit in scabie ulcerata et in lepra et in impetigine. De sale armoniaco capitulum

Sal armoniacum est calidum et siccum in 4o gradu, ut [illegible] est abstersivum subtiliativum lavativum

Et de proprietate eius est quod extrahit ab interioribus ad exteriora et confert casui uvule quando fit ex humiditate et subtiliat eam. De tribulo. Distel

Tribulorum sunt due species. Domestica eius species. Species agrestis nascens in [illegible] et nascitur 2a in fluminibus et alie species [illegible] et stipticant. Et semen eius dum est humidum confert lapidi renum et vesice. Et qui decoctio eius aspergitur super loca ubi habundant pulices occidit eos omnes. De tymbra vel Satureya

Tymbra i. satureya est calida et sicca in 3o gradu. Et est calefactiva multum et desiccativa resolutiva provocat urinam et menstrua et expellit fetum et purgat membra interiora et facit screare a pectore superfluitates. De Tymbit

Tymbit est calidum et siccum in 3o gradu, et melius ex illo est quod est quadrum(?) et album. Iohannes Mesue(?). Tymbit educit humores flegmaticos grossos et viscosos et a remotis et [illegible] a iuncturis, et cum quibus mundificat stomachum et expellit ab eo superfluitates adherentes in villis eius. Et mundificat pectus a flegmate grosso et putrido, et educit a iuncturis et locis nervosis et aliis humorem grossum et viscosum et valet ad dolorem iuncturarum. Et eius usus preservat a lepra et ab infirmitatibus flegmaticis sicut est morphea. Et est medicina febrium flegmaticarum. Et dosis eius contriti est a ʒ. i. usque ad ʒ. Et eius decocti potio est a ʒ. duabus usque ad x. Et qui vis ipsum ministrare accipe ʒ. i. de eo et ʒ. de zinzibere et ʒ. ʒ. de zucaro. De tytimallo

Tytimallus est calidus et siccus in 4o gradu. Dicunt eius septem species [illegible] acutus et est cum hoc annexa amaritudo. Et virtus eorum est prima calida

et sicca in 2o gradu, et secundum virtus est que abstergit et mundificat et fortius quod quod est in eis est lac et post ipsum est semen et post semen folia. et dicitur quod sit medicina violenta ad purgandos humores Unde non est melius avcandum de ea. De vite et vino et de uva passa volg welsche wyn



itis folia quando teruntur et fit emplastrum cum eis confert zode et sunt frigida et stiptica et succus foliorum confert hintibus ulcera in intestinis et hiis qui egrotant de ardore stomachi et pregnantibus habentibus appetitum corruptum. H. D. Agresta et stiptica etiam corroborant stomachum et confert illi qui non potest digerere. et confert stomacho relaxato et pregnantibus 7 colicam cum qua evomit stercus. et videtur quod valet egritudinibus epydimialibus. Sed dicunt fieri Accipiant uve ante sui maturacionem et ponantur ad solem tribus vel quatuor diebus. postea exprimatur aqua eis vinum et ponant in sole et quod illud vinum dimittitur veterascere pluribus annis adhuc est potabile. Passule dulces terrenose sunt magis nutritive quam uve et sunt stomacho gmtes et epati. quia in eis est stipticitas grata et natura epati agregatum et est cum hoc eis quod maturant humores crudos et indigestos et equant humores malos. et temperant eorum complexionem et sunt etiam in natura sua tarde ad recipiendam putrefactionem et in tota eorum substantia sunt similes epati. H. Bahe Vinum secundum A. est in 2o gradu in caliditate et vetus ex eo est in 3o gradu. et mustum est in primo gradu Et manifestatur vinum quodque vinum in quo gradu est per estimacionem caliditatis invenientem in eo. D. Vinum nocet nervis et sensibus et ideo oportet cavere ab eo si aliquod membrum est egrum Sed si parum de eo sumatur in disposicione sanitatis mixtum cum aqua non nocet et quantum in de eo est vetus multum album et subtile provocat urinam. insequitur qua facit dolorem capitis. 7 qui bibit ex eo satis nocet stomacho Sed novum generat inflacionem 7 est difficilis digestionis inducit sompnia mala et provocat urinam Sed mediocre inter vetus et novum est sine malicijs horum qua propter est conveniens sanis et egris Et vinum album subtile est bonum stomacho et convenit usus eius magis in sanitate et in egritudine et est propinquius ad molliendum ventrem quam rubeum et nigrum Et vinum nigrum est grossum et tarde digestionis ingrossat carnem et confert fluxui ventris Et vinum rubeum est medium inter album et nigrum. et ideo virtus eius est media inter virtutes illorum. dulce vero est grossum et tarde resolucionis inflat stomachum et laxat ventrem sicut mustum nisi quia virtus eius est debilior. et confert pectori 7 renibus Et quando est vetus confert apostematibus et vulneribus quando infunditur lana non lota et inponitur et supponitur. et quando ponitur super ulcera fraudulenta et super ulcera parcigmosa et super ulcera ad que currunt humores Vinum vero stipticum est magis provocativum urine facit zadem et inebriat Contrarium vero est magis. quod desiccat et stringit ventrem Et vinum leve confert visceribus et minus nocet nervis at minus provocat urinam. De Vernice

Vernix est calida et sicca in primo gradu Albugerig confert catharre qui fit frigiditate ex eo et desiccat vomica dedigorat de superfluitate eius et conferre catharre et abscindit sanguinem menstruorum Aben Guefit superfluitates flegmaticas que sunt in stomacho et in intestinis et occidit lumbricos et ascarides. De Viola

Viola est frigida et humida in primo
gradu. Oleum quod fit ex ea cum
foliis solum infrigidat et confert
inflationi oris stomachi et apostemati-
bus calidis oculorum et capitis. Item
Et dicitur quod flos eius a proprietate
que est in ea quando bibitur cum aqua
confert squinantie et epilepsie que
accidit pueris. De Zuccaro
Zuccari prima virtus sua
est virtus que desiccat, et secunda
virtus est que abstergit et re-
solvit. et ipsum ingreditur in
medicinis que aperiunt opilationes
et abstergunt et mundificant vias
et est longinquum a nocumento stomachi
et alies quod fiunt ex eo sicut mel
. est species ex speciebus mellis et
invenitur coagulatum super canna
in india et arabia. et substantia eius
assimilatur substantie salis. et quando
resolvitur in aqua et bibitur re-
solvit ventrem et est bona stoma-
cho et confert dolori vesice et re-
num. Et immissum in oculum abstergit
obscuritatem visus. Aben: est ca-
lidum in principio 2i gradus et humidum
in medio primi. lenit ventrem et con-
fert stomacho eo quod abstergit id
humidum quod est in eo de re nociva scilicet
ex colera et expellit eam cum sua
abstersione. De zinzibere
Zinziber est calidum et humidum
in 3o gradu. Quod est calefactivum
et iuvat ad digerendum cibum et
mollit ventrem mollificatione levi
et est bonum stomacho. Aben: zinzi-
ber confert opilationi epatis que
fit propter frigiditatem et humiditatem
digerit cibum et resolvit humidi-
tates grossas que sunt in stomacho
et in intestinis et mollit ven-
trem confert obscuritati visus
que [illegible] contingit et destruit
flegma etc. Tractatus 2us 2e
partis. scilicet de medicinis que sumun-
tur ex animalibus et ex membris ani-
malium et ex superfluitatibus eorum

Restat nunc dicere
vel ponere capitu-
la de simplici
medicinarum que
sumuntur ex ani-
malibus et eorum
membris et eo-
rum superfluitatibus.
De Lepore

Cum assatur cerebrum leporis et co-
meditur confert tremori qui acci-
dit post egritudines. Et quando bibitur
cum aceto caput eius combustum
confert epilentie. et est tyriaca
omnibus medicinis mortiferis et
precipue lacti coagulato in stomacho
et quando fit linimentum cum sanguine
eius calido mundificat morpheam
et impetiginem. De aneta. A-
nas. De anetis sedat dolorem
sedatione magna. et est melior
omnibus adipibus. nam non in-
venitur aliqua subtilior nec ma-
gis mollificativa nec magis re-
solutiva. De gallo et gallina Ius
decocti galli laxat ventrem
sed oportet quod decoquatur decoctione
forti. [illegible] Quando galli scin-
duntur per medium et ponuntur
calidi super morsum venenosum
confert. et oportet quod removeatur
sepe unus post alium et cerebrum
eius quando bibitur cum vino con-
fert veneno venenoso. Et Dicunt de
collectore gallus accipit pelliculam sto-
machi interiorem et desiccatur et
datur de ea in potu cum vino
confert multum dolorem in stomacho
De limace id est snecken Pun-
guntur limaces cum stilo et ma-
nat ab eis humiditas et colligitur
in vase. Hec humiditas congluti-
nat pilos palpebrarum qui non
recte oriuntur. De Cancro
fluviali. Quando ex cancris
fluvialibus comburuntur et accipitur
ex cinere ipsorum pondus aureorum
decem [illegible] cum aureo uno et
seminis genciane et bibitur cum
vino tribus diebus confert iu-
vamento maximo et manifesto
morsui canis rabidi. et quando
decoquuntur et comeduntur [illegible]
confert ulceribus pulmonis. De
Scorpione id est [illegible]. Scorpio
quando teritur et ponitur
super locum puncture ipsius con-
fert et cinis eius combustibilis
confert lapidi renum et vesice.
De Ericiis id est yegel. Cum ericius
desiccatur et bibitur confert le-
prosis et similibus commixtionem ma-
lam et corruptam [illegible] in
corporibus eorum et confert
spasmo et egritudinibus renum
et similibus ydropisim carnosam

De vulpe. Oleum in quo deco-
quitur vulpis confert multum do-
lori iuncturarum paralisis. dicitur quod qui
pulmo vulpis desiccatur et potatur
ex eo pondus .z. unius confert a-
smati multum. Et debes scire
quod pellis vulpina medetur dolo-
rem iuncturarum si ponitur desuper.
Similiter valet axungia vulpina
si iunctura dolorosa inungatur.
De ypsolis et lumbricis. D. qui
teruntur contritione forti et po-
nuntur super nervos incisos co-
glutinant eos, et non oportet quod
vulnus dissolvatur nisi per tres
dies. Et qui teruntur contra-
tione forti et bibuntur ex eis cum
aliquo suco diuretico provocant
urinam et frangunt lapidem
et curant ictericiam. De centi-
pedibus vel zangi [illegible]. D. qui
gignuntur et deguntur in fu-
mento sunt meliores et oportet
quod ponantur in vase terreo non
vitreato, et ligetur pannus line-
us super os vasis. Deinde ver-
tatur orificium illud super vapo-
rem aceti fortis qui bulliat
super ignem donec morian-
tur omnes. Postea inserantur in
lino et reponantur, et meliores
et fortioris operationis sunt illi
qui sunt diversorum colorum, et
in aliis earum sunt lineae transversae
nigrae et grossae et oblongae.
Operatio autem istarum quae sunt
varii coloris est debilior, et vir-
tus earum est putrefactiva, rube-
factiva et ulcerativa, et aliquando mi-
scetur cum medicinis quibusdam apo-
stematicis causticis quae sunt ad
scabiem ulceratam et ad impetigi-
nem malam. Et estimant quidam
quod qui inserantur in aliquibus
confectionibus ad ydropisim con-
ferunt propter virtutem earum for-
tem quam habent in provocando
urinam. G. Et scivi quendam
ex amicis meis qui dabat
ex eis in potu infirmis provocantem
ex eis in medicinis quae sunt ad
provocandum urinam. Et debes
scire quod est valde fortis medicina
et forte valde nocens, igitur si
vis uti eis exhibeas in mo-
dica quantitate. De Rana. G.
Pulvis ranarum combustarum

abscondit fluxum sanguinis qui
pulverizatur super locum. Et dix-
it aliquis quod solus pulvis ranarum stri-
git fluxum sanguinis. De Coagu-
lo vel lapp. Coagulum leporis
dissolutum et potatum cum aceto
confert epilepsie et fluxui men-
struorum et resolvit sanguinem et
lac quae coagulantur in stomacho
et non experientia scimus quod ita est
et ipsum est calidum et subtile et
subtile resolutivum et siccum. De
castoreo vel bib' gail. D. Casto-
reum venenosum et qui bibunt ex eo
aurei .z. cum decoctione pulle-
gii provocat menstrua et expellit
fetum et secundinam et datur in
potu cum aceto ad inflationem
stomachi et intestinorum et suf-
focationes et singultum et ad me-
dicinas mortiferas. et quod fit su-
ffumigium cum eo et confert tremo-
ri et spasmo et dolori nervorum
et iuncturarum et ultra virtus eius
est calefactiva. De Ovis Gallinae.
Cortex ovi cum parum frigidior
est corpore temperatum et desiccat
sine mordicatione quod in albu-
gine ovi imbibitur lana et post
super adustionem ignis aut aque
ferventis confert multum et quod
inficitur cum albumine facit ad-
herere pilos palpebrarum inver-
sos. D. Ovum sorbile sorbi-
le est magis nutritivum quam alio
modo comestum et vitellum ovi ele-
xatum quod inficitur cum aceto
aut cum oleo rosaceo confert
pulsationi oculi. De Sputo.
Sputum ieiuni et [illegible] est
forte et est resolutivum abster-
sivum et abstergit maculas cor-
poris et faciei et lentigines
et impetigines et pannum et ser-
piginem mortuum super cute et spu-
tum quod hominis est ieiuni in
omnibus animalibus virtute vene-
num occidens [illegible] et ipsum
occidit scorpionem. De Uri-
na. D. Urina hominis quae su-
mitur in potu confert morsui
serpentis et medicinis mortife-
ris bibitis et confert primo
ydropisi. et urina vetus me-
lior est quam recens in ulceribus
humidis oculorum et in furfuri-
bus capitis et impetigine et

serpigine et scabie et prohibet
dilatacione ulcerum fraudulen-
torum in corpore Et urina infa-
tium que sumitur in potu confert
asmati Urina apri habet proprietatem
frangendi lapidem Et urina
linceis vertitur in lapidem quando bi-
bitur cum aqua confert dolori sto-
machi et ipse frangit lapidem re-
num et vesice Urina vero asini
sicut quidam dicunt potata curat dolo-
rem renum De sanguine Qui-
dam medicorum sunt qui dant in
potu sanguinem caprinum et hircinum
mixtum cum melle ydropicis De
Sanguis hirci et capre leporis
et cervi qui assantur et administran-
tur quadraginta iporemm confert ul-
ceribus intestinorum et fluxui ven-
tris antiquo Sanguis vero canis
qui sumitur in potu curat mor-
sum canis rabidi De Cerebro
Et quidam dicunt quod qui cerebrum
leporis comeditur confert tremo-
ri membrorum et cerebrum galline
stringit ventrem in exigere cereb
De Stercore Omne stercus est
resolutivum et eius attractivum et hoc
sunt plus et minus Stercus canis
ossa comedentis curat squinanciam
et dissinteriam et ulcera antiqua
Stercus infantium comedentium pa-
nes et carnes gallinarum chypa-
tarum desiccatum confert iniancito
magno et incurabili squinancie
Stercus lupi potatum curat co-
licam etiam super infirmum suspen-
sum Stercus capraru confert
dolori iuncturarum Stercus bovum
emplastratum super ventrem ydro-
pici confert iniancito magno et
solvens aquam eius et attenu-
ans ventrem Stercus colum-
barum mixtum cum synape aut
nasturcio confert egritudinibus
antiquis sicut est podagra emi-
grania et dolori iuncturarum Ster-
cus muris laxat ventrem De
Stercus capraru maxime silvest-
rium quod bibitur cum vino confert
ictericie Stercus accipitris mix-
tum cum aceto curat scabiem Et
si miscetur cum cera dissoluta et
cum oleo rosaceo curat combu-
stionem ignis Stercus mures
sumptum in potu cum olibano
et aqua mellis facit mingi la-

pidem Stercus caprarum qui colligitur
in estate tempore quo ascendit stella
que dicitur canicula desiccatum et in
vino potatum et aqua stringit
ventrem Autem Stercus hominis
exsiccatum pulverisatum et potatum in prin-
cipio paroxismi aut cum melle mix-
tum et comestum curat omnem
febrem interpolatam Et si necesse fu-
erit detur per duos vel tres
vel quattuor paroxismos Et sit dosis
eius ℈ 2 et 3 De Epate E
Epar canis rabidi quod sumitur
in cibo curat morsum canis ra-
bidi Epar caprarum et hirci co-
mestum facit cadere epilenticum
Epar lupi positum sepe in medici-
nis que fiunt de epaticorio
et sunt conferens epati multum
De Caseo lacte et butiro Primum
lac confert catharro acuto quod
est dulce et est aliquid calidum a prin-
cipio mulsum et mundificat mem-
bra a tiriacis suis malis propter
suam abstersionem et adheret
membris et prohibet ab eis acu-
itates humorum ne perveniant
ad eam et sedat mordicationem
humorum malorum et propter hanc causam
confert habentibus ulcera in pul-
mone et in pectore Butirum
vaccarum caprarum et ovium re-
solvit et maturat De Caseo
recens sine sale quod comeditur
est inflativus et est bonus stoma-
cho et bonis corporibus facilit tran-
siens ad membra auget in carne
ne impinguat et mollit ven-
trem mollificatione temperata
Sed qui coquitur aut exprimitur
aut assatur stringit ventrem
Sed recens caseus salsus est
minoris nutrimenti quam recens
sine sale et est malus stomacho
et intestinis et non impinguat
sed marcescit et inducit acedi-
nem in stomacho maxime
quod fit ex lacte vaccino et aqua
casei interit vermes multos
De Carne tyri Tyrus est vermis
serpens et inde fit tyriaca
Caro tyri calefacit et desiccat
et resolvit desiccatione et resolu-
tione forti nam testificat experi-
encia quod tyrus qui coquitur in
vino et bibunt ex eo leprosi
ingrossatur cutis corum tota Dein

cneo et remanet per os hic caseo
mollis. De felle. D. Accipe fel
veronis et liga os eius et submer
ge in aquam urgentem tum du
ravit spacio unius trium recitationum
et extrahe ab aqua et desicca in um
bra et serva. Et fel quod tu vis
servare ad instrumentum oculis. Et
similiter liga os eius cum est recens
et submerge in melle et ibi dimitte.
Fel galli est multum utile ad aquam
descendentem ad oculum et ad obscurita
tem et asperitatem palpebrarum. Et fel
thauri cum miscetur cum melle et
linitur inde squinantie confert. Et
cum miscetur cum lacte caprino
aut muliebri et distillatur in au
rem a qua manat sanies curat
eam. Et cum miscetur cum nitro
curat scabiem ulceratam et furfures
capitis cum cicatricione profectu. Et cum ex
felle vero fit lacch confert squi
nantie. Fel avis adustum confert
sicut fel thauri nisi quod est debili
oris operationis. Et omnia fella
commovent fluxum ventris et spe
cialiter cum supponuntur cum
lana imbibitur in eis et liga
tur super umbilicum instrumentis con
fert. De medulla ossium. D. Me
dulla ossium cervi est fortior om
nibus et post ea medulla vituli post
thauri post capre post arietis et
sunt omnes mollificative resolu
tive sedative et repletive ulcerum.
De pinguedine et adipe. Cum animal
est humidum generatur in eo pin
guedo sicut porcus. Et cum est
siccum tunc generatur in eo adeps
sicut thaurus capra et alia que
sunt cornuta. D. Virtus omnium
adipum est calefactiva. De Spo
lio serpentis. Dicunt quidam quod
ab spolium serpentis cum
coquuntur in vino et distillatur
in aurem dolorosam confert ei
multum. Dicunt quidam quod spolium
serpentis cum bullierit cum
aceto et colatur os cum eo con
fert dolori dentium. De aqua
pistorum. B. Aqua piscium salsa
confert ulceribus putridis et con
fert similiter dolori sciatice et
ulceribus intestinorum. Et quando
fit cum ea clistere et hic idea quia
abstergit humores qui sunt in spina
et lavat intestina et desiccat ulce

ra que sunt in eis. Etiam quando
medicus plus utitur est aqua an
guille salse. Et nos quidem ea
administramus eam in ulceribus pu
tridis que sunt in ore. De ossi
bus combustis. B. Virtus cornu
est calefactiva et desiccativa desicca
tione forti. Et dicitur quod hec virtus
proprie est in ossibus hominum. Et quidam
tharantium causam curant quando ut
hic conterere epilepsiam et dolorem
intestinorum. Et dicitur quod cum crematur
pro quousque albificatur donec color eius
sit albus et datur ex eo in po
tu resolvit inflationem intestinorum
et punctiones eorum antiquas et
confert colice. Et dicitur quod calca
neus hirci crematur et bibitur cum
oximelle extenuat splenem. Et
dicunt quidam quod ossa carnium boum
adusta abscondunt sanguinis fluxum
et cum sumitur cinis eius in potu
abscondit fluxum ventris. De
tela aranee. B. Tela aranee
cum ponitur super vulnera que
sunt in exterioribus corporis non si
nit ea apostemari. D. Cum misce
tur cum aliquo unguento et li
gatur super tempora et super
pulsus brachiorum curat febrem
tertianam. Et cum ponitur super lo
cum unde fluit sanguis stringit
eum statim. De lana. Melior
ex lana est lenis que est ex col
lo avium et ex inferioribus corporum.
Cum lana infunditur in aceto aut
oleo aut vino et emplastratur cum ea
apostema in principio est cum et con
fert attritioni membrorum et fra
cturis ossium. Et cum infunditur in
aceto et oleo rosaceo confert co
lice et dolori stomachi et aliorum
membrorum. De Cornibus. B.
Quod administratur ex cornibus est cor
nu cervi aut caprarum. Nam aduri
tur et administratur ad restrin
gendum gingivas et ad confirmandum
dentes. Et iam narraverunt
quod cornu cervi cum aduritur et cum
eo abluitur curat ulcera inte
stinorum et fluxum sanguinis
et ventris. Et detur ad aureos
duos. D. Et sic cum aduri
tur infunditur in fiasco et po
nitur in olla terrea et lutatur caput
eius et remittitur in furno donec
albescat. D. Limatura eius cum

datur in potu excludit lumbricos.

De pulmone. Pulmo vulpis qui desiccatur et bibitur confert asmati etc.

Explicit tractatus secundus. Incipit tractatus tercius de cibis et potibus. Capitulum primum de pane.

Panis melioris nutrimenti est iste qui confectus est de optimis granis frumenti et precipue de tritico et sit bene alienus de furfuribus quia ex eo generatur; sed quanto melioris nutrimenti ac quanto a furfuribus purior tanto est melioris nutrimenti. Et est eligendus iste qui est porosus et levis et non sit calidus aut ita novus ut cum masticatur fiet ut pasta inter dentes, quia talis non est bene digestibilis, nec sit ita antiquus ut sit durus nimis vel muscidus. Item durus panis est parvi nutrimenti propter privacionem humiditatis, et muscidus est corrupti nutrimenti. Et quia cortex est valde exsiccantis et propter hoc est peioris vel quasi nullius nutrimenti. Et flegmaticis prodest ipsum habere aliquid de sale et fermento, quia sal et fermentum exsiccat humiditatem flegmaticam. Colericis autem et siccis et etiam sanguineis convenit panis dulcis qui sit cum parvissimo de sale et de fermento. Capitulum 2m de potu.

Potus magis nutritivus est cervisia clara et boni saporis et precipue prima et facta fuit in braxatione et hoc ideo quod ipsa multum habet de substantia ordei vel tritici et ipsa etiam est spissior quam vinum. Igitur ipsa magis nutrit et ideo sunt homines corpulenciores de cervisia quam de vino. Et tamen cavendum est a turbida et nova quia longiori generat cito sanguinem et lapidem vesice et renum et atque oppilaciones epatis et splenis. Vinum autem eligibilius est album et clarum tenens accedens boni saporis, quod quanto fuerit fortius tanto plus de ipsa apponi de aqua, et quanto levius tanto minus et hoc in regimine sanitatis. Sed si esset intencio calefaciendi tunc ipsum sed debeat parum et vinum 3m. Acre autem vinum corrodit et debilitat

stomachum intestina et nervos. Unde ex eo generatur colica passio et ulcera et torsio stomachi precipue in habentibus debilia viscera. Et ex hiis etiam crebrius generatur gutta et per aliqua membra vel pedum vel ipsorum scatio. Rubeum autem vinum constringit. Igitur ipsum dimittendum est de regimine sanitatis. Et si plura volueritis videre de vino dicta revertere ad precedentem tractatum c° de vino. Medo quod est clarus et bene decoctus valet ad pectus et est boni nutrimenti, cavendum est tamen a multa eius potacione et precipue in mensa, quia generaret oppilacionem epatis et splenis, propter hoc quod vehementer attrahitur ab epate propter sui dulcedinem. Medo autem niger et spissus et per consequens ... quod cum in hieme braxatur fortiter calefacit propter mel et humulum. Et quia grossus est oppilat epar, et ipse generat coleram in stomacho et facit fastidium vomitus. Unde ipse non valet in regimine sanitatis, solum enim valet ad dilatationem ventrorum et mulierum in paucis ... ducturum et aliqui miscent eum cum vino et tunc facit inflacionem stomachi ac inducit fastidium. Capitulum 3m de carnibus animalium quadrupedum.

Caro bovina generat grossum sanguinem et est tarde digestionis et dura, et convenit habentibus fortes stomachos et laboratoribus est bonum nutrimentum. Sed caro vituli lactentis est facilis digestionis et boni nutrimenti. Sed caro edulina et agnellina precedit ... est facilioris digestionis et melioris ac subtilioris nutrimenti. Caro mutonina multum appropinquat complexioni humane. Unde ipsa est boni et grossi nutrimenti. Caro porcina est multi nutrimenti dum est recens propter multam sui humiditatem radicalem, sed minus nutrit quam sunt salsa et desiccata. Caro cervina hynnulina capriolina et caprina sunt grossi nutrimenti, grossior tamen alio est caro capre. Caro vervecina et caprina est melancolica

dure digestionis generativa mela-
colie. Similiter est talis caro caprina. Caro leporina est melancolica
et dure digestionis. Inter intestina animalium quadrupedum pluris
nutrimenti sunt intestina bovum
spissa et pinguia. Faciliorem tamen
digestionem et minoris nutrimenti
sunt intestina vitulorum agnorum
et edorum. Adhuc minoris
nutrimenti sunt intestina mutonum
et porcorum; humida enim sunt
duriora et sordidiora. Epata sunt
stiptica et sicca propter quod sunt
pauci nutrimenti et grossi. Cerebra
etiam sunt tarde et dure
digestionis propter eorum solidita-
tem et viscositatem. Sed que in-
nuimus de soliditate et visco-
sitate sunt magis nutritiva.
Cor est dure digestionis et pauci
nutrimenti etiam propter sui soli-
ditatem et siccitatem. Pulmo
faciliter digeritur propter sui subti-
litatem, sed modicum nutrit
propter sui pauciorem humiditatem radi-
calem. Splen etiam est dure
digestionis et tarde et mali nu-
trimenti. Continet enim in se
feculentum sanguinem. Extrema propter
potum sunt etiam velociores
digestionis. Lingua propter multi-
tudinem nervorum et diminutionem
per elixationem vel assationem
est durioris digestionis, et quia
semper est in motu, propter hoc est
melioris saporis, et ponitur
a quibusdam inter ea que me-
diocriter nutriunt. Capitulum
quintum de carnibus volatilium

Inter carnes volatilium pestan-
tior est et nobilior atque me-
lior est caro galline et caro
caponis et post hoc caro phasiano-
rum, id est [illegible] et perdicum. Caro
pauca carnes avium minorum. Post
aves parvas nisi quod passer pau-
lo est calidior, sed generavit eas [illegible].
Caro columbarum antiquarum
est mali nutrimenti. Melius autem
nutriunt pulli earum, et plus
valent columbe agrestes vel
habitantes in rupibus quam colum-
be domestice. Et inter omnia
genera columbarum turtur est
melioris nutrimenti. Aves
autem degentes in aquis sunt

mali nutrimenti; generant enim san-
guinem grossum et melancolicum,
sicut est anca et anser et aneta et
similia. Inter omnes tamen carnes vo-
latilium degentium in aquis me-
lioris nutrimenti est caro ardee.
Capitulum sextum de piscibus

Inter pisces melioris nutrimenti
et facilioris digestionis est lu-
cius apud nos et similia.
Et debent eligi pisces cuiuslibet
generis illi qui degunt in aquis
recentibus et fluentibus. Nam pi-
sces degentes in paludibus precı-
pue putridi sunt corrupti nutrimenti.
Post lucios aut similia eliga-
tur tymallus et perca teutonice barsch.
Anguilla recens est multi nu-
trimenti sed dure digestionis et
opilativa epatis, et est delectabilis
saporis et qui voluerit ea uti
debet eam cum speciebus bene condire.
Sed anguille salse sunt dure
digestionis et mali nutrimenti, atque
magis generative opilationum. Rumbus
est boni nutrimenti et facilis
digestionis. Sed tinctus est dure di-
gestionis et mali nutrimenti. Esox
est multi et grossi nutrimenti. Et
omnes pisces generaliter sunt meliores
qui sunt recentes quam qui fuerint
salsi vel exsiccati. Sturio, id est ster-
lo qui degit in fluviis non in sta-
gno seu in palude, est boni et mul-
ti nutrimenti. De aliis autem pisci-
bus tu poteris capere notitiam
ubicumque fueris in provincia
aliena ex hominum relatione et ex
propria experimentia. Sequitur capitulum
septimum de pulmentariis

Ordeum decorticatum cum brodio
est generative et mediocris nutrimenti.
Similiter avena excorticata et
decocta, lac amigdalarum et earum
pulmentum est etiam generativum nu-
trimenti et maxime colericis et
febricitantibus. Colatura avene
sicce est frigida et pauci nutrimenti
et est generativa colericis et patientibus
egritudines calidas. Similiter
[illegible], id est pulmentum quod fit
de farina avene. Pulmentum
de rysi est infrigidativum et bo-
ni nutrimenti et est stipticum.
Omnia iam dicta pulmentaria
sunt contraria [illegible] et pure [illegible]
egritudines calidas. Caseata

De nauori rases est melioris nutrimenti quam que fit de rases antiquo et est pauci nutrimenti. Pulmentum de lentibus est grossi nutrimenti et dure digestionis atque generativum melancolie. Fabe decocte sunt difficilis digestionis grossi et pauci nutrimenti generantes ventositates. Rape sunt satis nutritive sed generant ventositates et impediunt digestionem. Prunis atque sunt cibus bonus rusticorum. Cicera alba generant sanguinem flegmaticum magis aut insufflant ea que sunt decocta et ea successu temporis arctata. Sed cum capita sunt recentia et provocant appetitum comedendi ratione acetositatis. De naturis aliorum olerum vide in precedenti particula atque de aliis pulmentariis que a diversis diversa fiunt poteris scire noticiam ex relatione aliorum adiuvantibus te premissis expositis in ratione.

Particula tercia de curatione singulorum membrorum in speciali. Tractatus primus de curatione febrium. Capitulum primum de diffinitione et de divisione febris.



Febris est calor extraneus accensus in corde procedens ab eo mediante spiritu et sanguine per arterias et venas in totum corpus et inflammatur ab eo inflammatione que nocet operationibus naturalibus. Sicut est ex ira calor aut motu non est febris. Febrium alia est effimera, et est illa in qua spiritus et corpores sunt accensi et raro pertransit diem vel noctem nisi mutetur in febrem putridam. Alia est febris putrida et est illa in qua humores accensi sunt et fit per putrefactionem humorum. Alia est febris ethica et est illa in qua membra principalia radicalia seu principalia sunt accensa. Item febrium alia est acuta et est illa que cito terminatur. Alia chronica et est ista que tarde durat. Item febrium alie sunt salubres et alie non salubres. Item alie sunt continue, alie interpollate. Continue sunt que non recedunt donec sint. Interpollate sunt que interpolantur quiete media. Item febrium alie sunt habentes horrorem aut habentes horripilationem et alie non habentes rigorem nec horripilationem sed subito invadit calor patientem. Item febrium alie sunt simplices alie composite. Simplices sunt terciana quotidiana. Composite sunt sicut duplex terciana vel duplex quartana. Capitulum secundum de cura febrium effimerarum.

Effimera ut dictum est raro transit ultra diem et noctem et longius durat ad tres dies et noctes. Quod si pertransierit diem tercium estimatur esse permutata in putridam aut in ethicam. Cause autem febris effimere sunt cause primitive calefacientes corpus vel etiam accidentales ut sunt angustia animi ira tristicia ambulatio longa in sole dolor et similia. Et frequenter urina et pulsus sunt bone dispositionis in illa febre et ideo quod est difficilis cognitionis sed facilis curationis. Sed si effimera acciderit ex angustia quia spiritus moventur ad interiora et occultantur et calefiunt curetur cum leticia et per balneationem in se minimo et confortetur cum odoriferis et frigidis et ungatur pectus cum succo et mucilaginibus cibis et aquis bonis declinantibus ad frigiditatem et bibat patiens vinum plurime commixtionis. Et si acciderit illa febris ex nimia tristicia vel ex nimia cogitatione vel ymaginatione similiter curetur sicut ista que accidit ex angustia. Si autem acciderit ex vigiliis nimiis aut ex nimio motu corporali quia motus et vigilie etiam calefaciunt et exsiccant curetur patiens cum ocio quiete

et sompno et infrigidetur caput
cum sucis et aquis et vinum est
ex rebus eis magis conferentibus
nisi assit dolor capitis Si autem
acciderit ex sompno et quiete, nam
in vigiliis resolvuntur vapores
a spiritibus qui non possunt re-
solui in sompno et quiete Cu-
retur febris ista cum sudatione
in aere balnei et excitetur pa-
ciens etc. et abstineat a vino
Si autem acciderit febris effime-
ra propter nimium gaudium aut propter
nimium timorem, curetur fe-
bris effimera accidens ex ira vel an-
gustia Et si ista acciderit propter
nimiam evacuationem curetur cum
restaurativis confortantibus ad hoc Si
autem acciderit ex nimio dolore
qui accidit in capite aut in
oculo aut dente aut iunctura
curetur primo morbus ille propter
quem accidit dolor aut mitige-
tur dolor cum rebus mitigan-
tibus sicut sunt res infrigi-
dative vel etiam resolutive de
quibus dictum est in particula prima
Si autem febris illa acciderit
ex nimia fame curetur cum con-
fortantibus et cibis bonis confor-
tantibus et balneetur cum aqua
tepida et inungatur cum oleo
violaceo aut rosaceo Et si acci-
derit propter sitim, detur ei ad po-
tandum aqua frigida et aqua
fructuum frigidorum et balneetur
in aqua tepida Et si acciderit
ista febris ex opilatione aut
affuerit dominium in sanguine fleu-
bothometur et a sompno est si fe-
bris declinaverit Si autem
non est dominium in sanguine
sed estimatur quod alii humores sunt
domini opilantes detur ad po-
tandum sirupus acetosus vel sirupus
cum seminibus et aqua endivie
Si autem acciderit propter nau-
seationem sacietatem et non
affuerit solucio ventris pro-
vocetur vomitus et fiat clistere
evacuativum, Et si nec sic fuerit
curata febris tunc solvatur ven-
ter cum medicina laxativa
Si autem acciderit ex asperitate
curetur apozima cum fleubotho-
mia et solvatur venter et per
cuppam et abstineat a vino paciens

Si autem acciderit a calore solis
aut ex nimio calore balnei infri-
gidetur caput et pectus cum oleis
et aquis frigidis et sucis et absti-
neat a vino paciens et bibat
aquam calidam frigidam aut te-
pidam Si autem acciderit ex ni-
mio frigore cooperiatur paciens
pannis calidis quousque sudet
iuxta ingrediatur balneum et
balneetur cum aqua ad cali-
ditatem declivi et in calido Ex
istis regiminis curationis tu po-
teris curare etiam alias effi-
meras ex aliis causis provenien-
tes Et nota iterum quod in omni
balneatione eius qui patitur effi-
meram tu debes considerare
in introitu balnei si patitur orri-
pilationem vel rigorem, tunc sta-
tim extrahatur paciens de bal-
neo, quia tunc non est effi-
mera sed est putrida // Capitulum
2m de diversitate febrium putridarum

Putrida febris dicitur propter
putredinem humorum Et in
omni putrefactione humorum re-
solvitur vapor calidus qui de-
currit ad cor et calefacit super-
flue spiritus vitales et sanguinem
propter quod totum corpus calefacit
Et si humor putrescit intra venas
generatur inde febris continua
quia quotidie semper inde re-
solvitur qui procedit ad cor
Si autem putrescit humor extra
venas generatur inde febris in-
terpolata, quia non continue putre-
scit ille humor sed per vices
ut si putrescit melancolia
in splene generatur inde quartana
Si colera in cistifellea generatur
terciana, nisi sit apostema extra va-
sa quod etiam facit febrem con-
tinuam propter hoc quod est continua
in eo putrefactio humoris ut est
in pleuresi peripleumonia et fre-
nesi Et quia humores sunt quatuor
quatuor inde genera febrium
generantur nam si putrescit
colera generatur terciana Et si
putrescit sanguis generatur quo-
tidiana Si putrescit flegma
generatur similiter quotidiana
Et si putrescit melancolia ge-
neratur inde febris quartana
Capitulum 3m de cura terciane

Terciane sunt tres species
scilicet continua interpolata et causon
Terciana continua est cuius paro-
xismus non recedit sed continue af-
fligit quousque ipsa egritudo ter-
minatur Sed interpolata est
cuius paroxismi interpolantur in terminis
dyes temporibus et ipsa solet affli-
gere de 3o in 3m diem propter quod
etiam dicitur zana Sed causon etiam
est de genere continue febris vnde
in aliquo tempore calor est inte-
rior et alia hora est aliquantulum
remissior Causa febris est pu-
trefactio colere que si putrefit
intra venas generatur zana tercia
continua Et si extra venas putre-
fit sicut in epate uel stomacho
generat tercianam interpolatam Et si
ipsa putrefit in stomacho et in par-
tibus propinquis cordi ita quod paro-
xismus non recedat causat causonem
Est etiam alia causa causonis scilicet
putrefactio flegmatis salsi Et
tu debes scire quod due sunt 3ne
scilicet pura et notha id est non pura
Terciana pura est que generatur
de putrefactione colere rubee
Sed terciana notha est que ge-
neratur ex putrefactione colere com-
mixte cum flegmate Signa ter-
tiane continue sunt accessio cum
aliquali rigore uel paruo fri-
gore uel oscillatione et postea se-
quitur statim calor qui augmen-
tatur de die in diem usque ad statum
et sicut taliter patientes Et pul-
sus velocitas et fit frequens Vri-
na fit rubea et nebula ascendit
sursum adest dolor capitis et
apparet eis ante oculos quod non est
Vnde et loquntur inaniter tempora
saliunt aures sal tinnitus lingua
exsiccatur et asperatur Et quantum
ad corpus tangere ex calore pun-
gitiuus Contra si manus tua
durauit super corpus vincit ca-
lor manus calorem febris ita
quod videtur calor febrilis re-
mitti Et si 2e febris tercia per-
curas transit diem septimum Ergo
quartana dicitur ex vrina dige-
sta et aliqua mala in salubri
terciana augmentatur usque ad
statum et post statum continue re-
mittitur quousque egritudo termine-
tur Signa terciane interpola-

te sunt quod paroxismus incipit aut
cum oscillatione breui et quando-
que cum paruo frigore uel cum paruo
rigore et quandoque incipit cum calore
sine primo rigore aut oscillatione
aut frigore aut cum paruo frigore
et non durat paroxismus per 12 horas
nec ultra septem periodos Et ter-
minatur paroxismus plerumque cum
sudore quandoque cum euaporatione
et sitit et dolet caput et non
appetit comedere Sed specialia
signa causonis sunt quod quando tangi-
tur corpus infirmi est calor pungi-
tiuus sicut acus et si diu teneres
manum super corpus non remitti-
tur caloris acuitas sed in fine ma-
net pungitiuus Item paroxismus
non recedit licet sit aliquas
horas modicum remittitur eius in-
tensio Signa communia singulis
speciebus terciane sunt quod pulsus
est velox et dolitus et quod con-
ueniunt illi hys que generant cole-
ram ut alcum et omne genus por-
ri et piper et alia calefacientia
atque quod tempus est calidum et regio
calida Pronosticatio quando pulsus
et vrina in principio non multum
distant a naturali dispositione et quod
in processu augmenti morbi non
multum recesserit distancia mali-
ne dispositionis pulsus et vri-
ne a naturali dispositione significat sa-
lutem infirmi Et si nebula
apparuerit 3a die uel 4a uel
7a in medio vrine significat velo-
cem terminationem egritudinis
Et si vrina sit alba significat fre-
nesim Et prostratus sit magis
significat malum super infirmum Et
tu debes semper in visitatione
infirmi ista tria membra prin-
cipalia scilicet cerebrum et hoc per
operationes eius scilicet sensus et ima-
ginationes et cor per pulsum
et epar per vrinam que si inue-
neris fortia in virtutibus suis
confide super salutem infirmi
Si autem inueneris ea omnia uel
aliqua deficere in virtutibus
suis tanto magis habeas time-
rem de morte infirmi quanto
in maiorem inueneris virtu-
tum imbecillitatem Vehemens
angustia infirmi et quod se proicit
de latere in latus aut apparet

super dorsum planarum temporum
profundaro oculorum denigratio
lingue, sudor circa caput tm vel
etiam circa collum et pectus, ita quod
alia membra non sudant, sunt
accidentia terciane. Et in terciana inter-
polata atque etiam in aliis febribus
interpolatis anticipatio sive ante-
cessio paroxismorum significat quod
egritudo est in augmento. Sed quod
paroxismi tenent eandem horam
hoc fit longitudine egritudinis
sed quod fit post positionem parox-
ismorum, hoc facit declinatione egri-
tudinis. Cura terciane continue
primo ordinetur dieta cibi et potus
extractis. Cibus debet esse frigidus
et facilis digestionis et ne medicus
dicatur occisor propter nimiam absti-
nentiam infirmi, det licentiam co-
medendi ea que sunt multi
nutrimenti sicut pulli et huiusmodi
et hoc precipue si status sit magis
elongatus a principio. Sed si sta-
tus proximus est quod signum
est quod est vehementissimus do-
lor, tunc est quod penitus patiens
abstineat a cibo. Sit igitur eorum
cibus lac amygdalinum cum
mica panis, vel pulmentum a-
mygdalinum aut ordeum decoc-
tum cum aliquo bono brodio
carnium, aut aliquod pulmen-
tum avene cum aliquo bo-
no brodio confectum. Et si est
venter nimis laxus fiat pul-
mentum de risi, aut pullus co-
nsilus vel brodium de gallina
vel capone cum mica panis
aut brodium quod non sit nimis pin-
gue de carnibus levibus vel
muntonis, et quia mediatur come-
dere prius, si volunt comedant
de carnibus gallinarum agnel-
linis, ~~quia de talibus~~ aut
vitulinis seu edulinis, quia
de talibus confortatur plus, et ex-
cusatur medicus a detractione
laycorum et rudium qui fre-
quenter accusant medicos quod
occidant per nimiam abstinen-
tiam nutrimentum. Et sunt pauperes
primum uti de colatura avene
acetosa que vocatur vulgariter ...
et de gluciriis curant sibi a
piscibus et fructibus precipue huius
qui cito conuertuntur in ...

malorum et crudorum ut sunt pira po-
ma cruda nisi sint poma decocta.
Sed malagranata vinosa bene ma-
tura et prunis poterunt uti.
Et nota quod sicut preceptum Ypocratis
infirmo non est denegandum est
quod multum et vehementer appetit
etiam si sibi sit nocivum. Sed debet eo
dari in modica quantitate vel com-
misceatur cum aliquo alio ita quod
nocere non posset. Et sit hora
comedendi cum febris est re-
missior, et si non est remissior una
hora quam alia tunc observ-
etur hora comedendi consueta
continuo quia non prius ad non
sufficiam comedere pure una
febricitant, multiplicatur vires co-
mestionis. Potus eorum sit
tysanna, que sic accipiatur. Recipe
pecua olliuula de ordeo non
excorticato et abluatur bene.
Deinde accipiantur 16 vel 18 olli-
cule predicte mensure de aqua
in qua decoquatur ordeum usque
ad consumptionem 4e vel 3e partis.
Deinde coletur et infrigidetur
aqua et infrigidata detur ad
potandum, et dulcoretur aqua ista
cum zucaro, et erit magis de-
lectabilis et magis confortans
virtutes. Vel coquatur aqua
simplex usque ad consumptionem me-
dietatis vel 3e et dissolvatur in ea
zucarum ut fiat dulcis et detur
ad potandum vel detur succus
acetosus. Et si fuit consuetus
bibere vinum bibat vinum subti-
le limphatum quod est medium inter
novum et vetus. Et si sit in terra
ubi sit cervisia bibat cervisiam
tenuem et subtilem. Aer eorum
debet infrigidari cum frondi-
bus de salicibus et cum frequenti
rotatione seu effusione aque
in superficie pavimenti ubi ia-
cet egrotus, et de hoc genere est
quod accipiatur olla in cuius fundo
sunt foramina stricta sicut que
habent sportae frumenti, ita tamen
quod non repleantur foramina
sed quod inter spatia posset aqua
distillare, et suspendatur iuxta
lectum infirmi et repleatur aqua
atque supponatur vas quod recipiat
aquam distillatam, et quanto plures
fierent tales olle tanto plus

aer infrigidaretur et clangor aque
in casu eius forte provocabit sompnum
egro. Et non debet ullo modo balneari
eger nisi in declinatione
egritudinis. Et quia in egritudine
est evacuanda secundum preceptum ypocratis
ipsa prius est digerenda
et est digestio huius humoris subtilis ingrossatio
et humoris grossi incisio
et subtiliatio. Colera autem cum sit
subtilis indiget ingrossatione et
ad hoc facit regimen predictum per
quod infrigidatur. Nam infrigidatio
fit per ingrossationem. Et ad hoc
etiam faciunt syrupi infrigidantes sicut
est syrupus acetosus qui valet ut
dicit avicenna ad digestionem cuiuslibet
humoris et sicut est syrupus rosarum
et syrupus endivie et consimiles. Detur
igitur aliquis syrupus cum
aqua endivie vel cum aqua decoctionis
herbarum frigidarum vel
cum aqua tepida in aurora solis
seu in ortu solis et de vespere
in introitu ad lectum et per tres
vel quatuor dies. si videris quod natura
non evacuat tunc evacua per medicinam
lenitivam et levem ad talem
ut sunt thamarindi. Reubarbarum Cassia
fistula vel aqua medicinalis composita
ut est electuarium de succo rosarum
et kathartinum imperiale vel consimile.
Et tu non debes movere ventrem
quando egritudo est in statu nisi
primum cognoscas quod natura non velit
moveri. Et flebotomare non
debes nisi a principio. Hoc tu
debes videre in principio evacuare
nisi materia fuerit furiosa ut
potest quod movetur de loco ad locum.
Et dentur dieta electuaria confortativa
et infrigidativa ut zuccarum
rosaceum violaceum et aliqua electuaria
tabulata. De quibus videbitur
in quarta particula. Et si videris
naturam inclinare sanguinem
ad fluxum per nares cuius signum
est tremor faciei et venarum
apparitio lampadarum ante oculos
pruritus narium tunc provoca
fluxum sanguinis narium et
hoc per setas porci intrusas in
nares vel per millefolium in nares
intrusum confricato et compresso
naso cum digitis. Circa terciane
nothe predicte est ut fiat flebothomia
post secundum paroxismum et hoc

in die interpollationis si fuerit habundantia
sanguinis et si est necesse movere
ventrem hoc fac post digestionem materie.
cuius signum est quod nebula que
est in urina est in media aut
in fundo. et hoc in die interpollationis
cum aliqua medicinarum predictarum.
Et cave ne ullo modo
flebothomes aut ventrem moveas
in die paroxismi. Cetera omnia fiant
ut in tertiana continua. Circa tertianam
nothe est sicut circa predicte nisi
quod in medicinis evacuativis addatur
turbith. Circa causonem est eadem
sicut in tertiana continua nisi quia
sicut calor causonis est intensior
quam in tertiana sic ergo magis studium
exercere seu exhibere in infrigidatione.
Unde debes primum
madefacere in aqua rosacea et
per ipsam infrigidare pectus vel stomachum
vel utrumque et non permittas
ipsum calefieri. sed statim cum
incipit calefieri iterum imponas in
aquam et reponas super ypocondria
dextra ubi iacet epar. ponas
et sandalum ubi sit vel in
quo sunt sandali et alie herbe
frigide plures vel una infusum
in aqua rosacea vel in aqua
alia aqua frigida aut succo
frigido. Et quia materia est valde
furiosa evacuandus erit venter
a primo et postea frequenter secundum
tollerantiam egri et secundum materie quantitatem
et hoc cum medicinis dictis
in circa tertianam et quia est tanta
intensio caloris quod timetur calor
extraneus. Unde nota quod medicum
dimittere digestionem et evacuationem
materie et festinare ad primam
infrigidationem et hoc fit
per aliquam medicinam confortativam
sicut est requies vel consimilis
medicina. sed hoc non fiat nisi
timeatur de casu virtutis propter
fortem intensionem caloris ut
dictum est. Et aqua frigida
cum digestio apparet in urina ut
potest cum nebula apparet in
medio aut in fundo istis qui
consueverunt aquam bibere nisi
habuerint debilia intestina potatio
uno haustu bono magnum prestat
iuvamentum. ideo sepe potestatim prestat
remedium quia aut facit
sudare aut vomere aut assellare

et per liberat ab egritudine et
hoc idem fit in tertiana. Capitulum
viii De cura febris sanguinis
Sanguis aliquando calefacit super
naturam suam et hoc propter oc-
strationem eius in venis. Unde
sequitur effectus eius eventualis.
Causa autem talis constrictionis
est eius multiplicatio et hoc propter
repletionem et tunc febris vocatur
synocha. Aliquando autem sanguis
putrefit et hoc etiam propter effectum
eventualem eius et tunc generatur
febris que vocatur synochus
et est febris sanguinis continua
et illa que est ex sanguinis pu-
trefactione secundum veritatem fetentem
et huius non secundum istam que est ex
sanguinis multiplicatione. Signa
febris sanguinis sunt dispositio
complexionis sanguinee et dispo-
sitio multiplicationis sanguinis
circa caput vel etiam circa to-
tum corpus ut sunt rubor fa-
ciei et oculorum tumor venarum
paruitas narium inflatio gravedo
et lassitudo. Et est calor minor quam
lenior in febri sanguinis quam in
causon et est pulsus undosus et
moderatus urina rubea et spissa.
Cura febris sanguinis est cum
flebotomia et infrigidatione alia
et volunt quidam quod fiat fle-
botomia usque ad sincopim sed
hoc est timorosum. Est enim virtus
custodienda. Infrigidatio autem
fiat cum hiis que dicta sunt in
circa terciane sicut sunt tysana
et aspersio aque et sucus frigidi
et potatio aque frigide etc. Ali-
quando hec febris mutatur in ter-
nam et tunc curatur ea quo pre-
dictum est superius. Capitulum
xiiii De succurrendo accidenti-
bus que accidunt febribus super
dictis. De hoc videbitur hic
Sitis curatur cum potatione
aque frigide vel tysane
ut supra dictum est. Item bi-
batur zucarum violaceum vel ro-
saceum cum aqua frigida. Item
tyrsoluria sucus malagranatorum.
Item misceatur coctum aqua cum
aceto et dulcoretur cum zucaro.
Item abluatur sepe os cum aqua
frigida. Item teneantur electua-
rios frigidos de quibus dicetur
in hac particula. Contra amaritudinem
vel quamcumque aliam impeditatem
oris misceantur simul aqua
et acetum sit tamen minus de
aceto quod non possit lingua ulce-
rare et cum ablutione laventur os
frequenter. Contra oris et lin-
gue ulcerationem dissolvatur
dragagantum in aqua et cum ista
aqua liniuntur ulcera. Item
ad idem valet intellectum semi-
citrum et super ulcera mundificat
et ad hoc etiam valet oleum expressum
de amigdalis dulcibus recentibus.
Et si fuerat lingua limosa fri-
cetur cum ligno tenui et ablu-
atur cum aqua et aceto. Contra
vigilias infrigidentur tempora
et frons frequenter cum primo li-
neo intincto in aqua et succis
frigidis et non permittatur panno
calefieri sed ante eius calefactionem
iterum infrigidetur per eius infu-
sionem. Et si velis facere for-
tius infrigidantium dissolve modicum
de opio in aquis vel de succis
supradictis. Et aque frigide ma-
gis consuete sunt rosacea vio-
lacea nenuphatica. Et si non po-
teris habere huius require alia in
frigidativa nota in hac particula
descripta. Et si venerit fluxus
a principio sermonatus est et acci-
dentalis est. Non stringendus
est ipso. Detur igitur in potu
13 de nucleis malagranatorum tri-
tis. Item caseus de grisz vel
quatuor aquis extractus exsicca-
tus ac potatus in pondere
ʒ i stringit. Item i de camphora
re vel dimidium potatum cum
aqua vel per se stringit. Item
castalla crusta stringit. Et si
fluxus fuerit nocivus cuius signum
est quod ipse venit per signa
digestionis in urina non est strin-
gendus nisi superfluat ut forte quod
durat ultra dies 3 et quod vir-
tutes debilitat tunc constringe-
dus modo supradicto. Et si in
digestibus fortiori medicina req-
re ad capitulum de dissenteria. Et
si venerat sudor superfluus fac
elevare frequenter terram in-
mi et siccam denudare. Item rora-
ta faciem eius frequenter cum aqua
rosacea et manus et pedes eius

aqua frigida. Vel aspergere sin-
thema in aqua cum foliis quercus
tritis et rubellis aut aliis pul-
veribus stipticis et frigidis ut
sunt rose. et si addideris campho-
ram erit fortius Et si venit fre-
nesis cura eam cum localibus re-
mediis Et nota quod remedia loca-
lia sunt que ponuntur ad locum
Sed simplices medicine sunt que
intrant per os Et si venit vri-
na ante septimum diem est signum
malum Sed si apparuerit digestio
in prima vel secunda potest permittere
quinto die Et ipsa similiter
curetur cum localibus remediis
ut infra dicetur in tractatu de vri-
na Et si venit fluxus sanguinis
narium superfluus imponatur in na-
sum sanguinaria trita. vel lima-
ciones cum suco vitri modicis
Item fortius est medicamen ut
de stercore porci ponatur in nasum
Et adhuc fortius est ut rana pa-
lustris comburatur et pulvis in
nares ponatur si ambe fluant
vel in vnam si tamen vna fluxerit
et ad hoc idem valet si frontes in-
frigidentur cum aqua rosacea
vel tympora. et ut brachia et
crura ligentur. ligatura doloro-
sa Et si venter fuerit constipa-
tus supponatur suppositorium de
sapone vel de melle cocto
usque ad spissitudinem. et postea
admixto sale. ut coquatur ipsum
sal cum melle. et sic indigebis
sale in modica quantitate Vel fi-
at de melle decocto addita sca-
monea vel esula vel elleboro
vel thimelea. vel commixtis eorum
pluribus simul. vel fiat vnguentum
vel emplastrum laxativum super vm-
bilicum De istis omnibus consideran-
dis ponam in quarta particula de
modo gradiente Et si fuit ca-
sus appetitus mittetur cum ci-
bariis odoriferis. et de hiis est
quod pulli assentur et desuper
aspergatur aqua rosacea bene
distillata. et pulvis de gario-
filis. et eorum brodia inspissentur
cum modico aceto et si affuerit
sincopis confortetur cum cibis o-
doriferis et electuariis confor-
tativis. quod si fuerint crudi hu-
mores in stomacho tunc detur

mica panis intincta vino Et
si venerit sompnus profundus cu-
retur sicut dicetur inferius de su-
beth vel de cura litargie Et
si venerint variole vel plateri
vel morbilli curentur ebdo. quo
dicetur postea in subsequentibus
Capitulum viiim de cura quotidi-
ane flegmatice
Quotidiana flegmatica est
que generatur de flegma-
te putrefacto scilicet vitreo vel acetoso
et propterea frigus eius est forte
et raro est rigor vel nunquam. propterea
quod vapor resolutus ab utroque fle-
gmate non est acutus Et est ista
febris prolixa seu interpollata
Signa febris quotidiane fleg-
matice sunt forte frigus a prin-
cipio sine rigore precipue si fu-
erit farca Item pulsus est par-
uus propter frigiditatem et fre-
quens et in principio est valde
occultus Vrina est alba et
subtilis propter frigiditatem et opi-
lationem et hoc in principio. postea
fit rubea propter calorem qui con-
sequitur putrefactionem et spissa
propter humorum cruditatem Item
dispositio corporis est flegmatica
et hoc iuvabit te ad cognoscendum
febrem flegmaticam istam Si
regio fuerit frigida et humida
et si tempus fuerit frigidum et
humidum et si consuetus erat pastus
cibis frigidis et humidis Item
paroxismus durat ad magis ad 18
horas et ad minus usque ad horas
6. sed tamen non plene recedit. et
tunc iterum revertitur. et primo
semper precedit frigus et postea
sequitur calor. et dicitur quo-
tidiana quia quotidie affli-
git Pronosticum est quod ista fe-
bris augmentatur usque ad 10 vel
8 dies et terminatur in xx diebus
et aliquando contingit subeth .i. pro-
funditas sompni Item habent
febrem comitatur etiam aliquando
magnitudo splenis Circa huius
febris est ut digeratur materia cum
sirupo acetoso dando eum omni
mane et nocte ad potandum. et cum
aqua feni. et apii. vel cum de-
coctione eorum. vel cum compo-
sitis cum medicinis dicetur
ut sunt semina carui anisum

petroselinum etc. Et quartana non fiet
nisi per tres dies inquantum a principio
egritudinis huius. et tunc fiet cura
... cum turbith aut cum agarico
vel cum trifera coniunctis Et si in-
fuerit declivis ad caliditatem. ad-
datur scamonea Et si urina fuerit
sicut rubicunda et spissa non erit
inutile ut fiat flebotomia Et omnis
medicamen ad curam febris huius
et cuiuslibet alterius intropolate seu
pacientis est. ut coquantur quatuor ma-
nipuli de azaro in duabus lagu-
enis quod ebibat paciens quando sen-
tit inicium paroxismi. et hoc fiat
similiter ad 2m paroxismum. et si fuit
sic curatus. bene quidem. si autem
etiam detur ad 3m paroxismum Et
in quartana vero forsan erit ac-
cidere ad 7e vel 6. vel plures pa-
roxismos. quia materia febris illius est
grossa et frigida et dissimilis
ad digestionem et expulsionem Et item
aliud experimentum valde bonum
et est ut accipiatur stercus humanum
et precipue hominis qui habet frequentes
... egestiones ... fetentes
et sit illud stercus ... ...
comburatur et pulverizetur et misce-
atur cum melle. et ne appareat
fetor et horror infirmo. admi-
sceatur aliqua res odorifera
ut est nux muscata vel cinamomum
vel camphora vel muscus et
detur ad gluciendum infirmo quando
sentit paroxismum ... Et
sit dosis pulveris 3.2. vel 3. et
ad minus 3 j. hoc medicamen licet
... sit vile. est tamen ex-
pertum ad quartanam ... ad aliam
intropolatam et ipsum ponit avi-
cenna in 3o canonis Poterit etiam
... paciens hanc egritudinem
in declinatione morbi Et si in-
fuerit valde frigida ... potare
vinum subtile. et odoriferum. et
si fuerit declivis ad caliditatem
... misceatur cum aqua Et si estima-
mas quod statim per tres dies
... status egritudinis debes re-
... sibi minuere Et si tu re-
des in longum differre statum
caveas tibi a publicatione re-
giminis i. diminucione nutrimenti
Et ... esset ut ab aliis ...
nutrimenti elongaretur infirmus
Nam ut dicit ypocras Non

purga corpora quanto magis nutries
tanto magis ledes In quia ho-
mines in habitationibus istis ...
non sustinent. hoc debet medicus da-
re istis licentiam comedendi ea que
sunt boni nutrimenti et multi. fa-
ciat tamen eos vivere in quantitate minori
et inhibeat prorsus pisces et lac
quia humores de istis generati
cito corrumpuntur et putrefiunt
Ideo sepius illi qui curati fu-
erint a febribus recidivant ex
usu piscium vel lactis Etiam inhi-
beatur eis crapula Vomitus etiam
eis est medicina valde iuvativa
Et quia asarum non ...
purgat eum non oportet miscere
aliam medicinam Et dicunt ali-
qui quod inunge corpus pacientis
quotidiane cum oleo et tela
aranee sit valde bonum unguentum
et utile // Tam ... de
cura quartane

Quartana dicitur quia de
4o die in 4m diem affligit
Et ipsa fit ex putrefactione melancolie
Et quandoque causa huius febris est
melancolia naturalis Et quandoque
melancolia generata ex adustione
sanguinis aut adustione flegmatis
aut adustione colere rubee Di-
cuntur quartane sunt quod de die 4o
in 4m diem affligit Item ipsa
affligit circa 24m horas Item
frigus precedit calorem Et est ca-
lor parva remissus nisi fuerit
de colera adusta. tunc est calor
intensior Item pulsus est durus
propter siccitatem melancolie et occul-
tus et parvus propter eius frigiditatem
et precipue ante eius putrefactionem
Item urina propter eius frigiditatem
est alba et propter eius siccitatem
est subtilis nisi incipiat ...
tingitur propter calorem febris et
inspissatur bene in ... que ex-
pellitur Et si complexio pacientis
est melancolica et tempus est au-
tumpnale et tibi maior certitudo
prenosticum Illa febris diu so-
let durare Est enim cronica. et
quandoque durat ultra annum. immo
aliquando durat ad plures annos
Et si febris illa salva fuerit
liberat a multis egritudinibus
malis sicut epilensia apo-
plexia mania lepra et paralis

Et si ipsa fuerit mala et stri
pie si fuerit cum magnitudine
splenis consuevit durare ad pa-
rosismum et ad primum Circa
febris huius est ut digeratur in-
cum syrupus acetoso vel cum oximelle
et purgetur cum sene vel thymo
vel epithimo vel cum lapide
lazuli vel alia medicina simpli-
ci vel composita purgativa mela-
colie Et si fuerit melancolia de
adustione colere rubee addatur
reubarbarum vel scamonea Et si
fuerit de adustione flegmatis
addatur turbith vel agaricus
Et si habundavit sanguis et esti-
maveris melancoliam esse de adu-
stione sanguinis flebotomia
Non debet autem fieri flebotomia
aut purgatio in die paroxismi ne
paroxismus inveniat stomachum
repletum cum cibis et prouocetur
vomitus in initio paroxismi vel me-
dicina ante paroxismum 7o cum de-
coctione capillorum veneris vel decoctione
seminis citrulli (?) fiat ... vel cum
asaro et cum indiget frequenti
solutione Dentur autem cibus eius le-
ni unctuosi et vinum potest dari
in diebus interpolatis subtile et
in die paroxismi declinante paroxis-
mo poteris dare aquam or-
dei precipue si fuerit quartana
colerica Solet etiam febris ve-
nire 7o die et vocatur quin-
tana et 6a die et vocatur 6tana
hee febres curantur sicut quar-
tana // Capitulum nonum de re-
gimine febrium pestilencialium :-

Febres pestilenciales ge-
nerantur ex corrupcione
aeris aut in excessu alicuius
qualitatis scilicet caloris aut frigo-
ris aut propter corrupcionem in sua
substancia ut potest propter putrefactionem
sed aer non putrescit nisi propter
commixtionem vaporis a terra vel
ab aqua vel ab alius corporibus
sicut nec aqua putrescit nisi propter
admixtionem alicuius terree sub-
stancie Et causa huius corrup-
cionis aeris remota est influ-
encia celestis nobis incognita
Aer sic corruptus attractus a
corde per pulmonem inspira-
cione et tunc ipse corrumpit
spiritus vitales in corde Sic

etiam humiditas circumstans spiritus
corrumpitur et putrescit et sic propter
putrefactionem in toto corpore genera-
tur humiditatum ipsarum autem putre-
factionem comitatur febris pesti-
lencialis Signa pronostica pesti-
lencie sunt multe apparitiones
ygnee in aere sicut est impressio
assub et impressio dicta draco
Item generatio multarum ranarum
et aliarum animalium generatorum ex pu-
trefactione Item egressio animalium
terrestrium de cavernis suis ut sunt
mures et rane et consimilia illa
enim omnia sunt corrupcionis aeris
Sed signa presentis febris pestilen-
cialis sunt dolor capitis et apparitio
glandis in collo vel sub asellis
vel in inguine vel apparitio ali-
cuius pustule in quacumque parte
corporis Pronosticatio Quando
urina in principio est alba et sub-
tilis de cuius curatione desspe-
randum est Sed quando a principio
rubea fuerit urina et aliquantu-
lum grossa de huius est maior
spes curationis Quando et quanto
plura videris sinthomata seu
accidentia terribilia tanto magis ti-
mendum est de vita patientis Et
quasi de omnibus patientibus febrem
pestilencialem sit valde timendum
Circa huius febris est rectificare
aer scilicet cum suffumigationibus odo-
riferis et precipue cum fructibus
frigidis et herbis et curationi-
bus frigidis ut dicitur in 3o canone
circa Postea fiat curatio per
flebotomiam si fuerit dominium
sanguinis Et si glans sint in
inguine flebotometur de saphe-
na eiusdem pedis Et si sub ascel-
la de basilica sibi brachii 7o
in principio Si autem in collo de cepha-
lica eiusdem brachii Et si ali-
qualiter dormietur purgetur cum
medicina convenienti sibi Et fiat
emplastrum a principio de semine canapis
cocto et contuso quod calidum suppu-
rativum glandis Et aliqui dissol-
vunt tyriacam in vino et liniunt
seu ungunt glandem et inveniunt
aliquid perfectum Et si etiam in vi-
ta permanserit curetur glans
cum maturativis et tandem cum
aperitivis et mundificativis ut post-
ea dicetur de curatione apostematum

Et multi qui vile comederunt
et biberunt in pestilentiis eua-
serunt. Ideo quod hortandi sunt pe-
stilentes quod si tenderit eorum appe-
titus comedant et bibant ultra
posse eorum. Et si febris valde
fortis fuerit poterit dari aqua
camphorata et extinguetur febris.
Que si reiteretur et sunt vires
adhuc fortes iterum detur. Si
autem talis camphorata vel opportet prepa-
ratur aloes ʒ. i. croci ʒ. i. fiant in-
de trocisci cum vino. Dosis
sit sicut una faba vel altera
dimidia. // Capitulum de preserua-
tione sanorum in pestilentia

Primo rectificetur aer cum
suffumigatione rerum odorifera-
rum sicut thus mirra gumma
iuniperi muscus camphora etc.
Etiam irroretur pauimentum domus
sive habitaculum cum aceto et odora-
re frequenter acetum portando spon-
giam in aceto infusam in ma-
nu vel muscum vel camphoram
vel storacem calamitum aut unum
aut omnia coniunctim. Et cauendum est
a frequentatione hominum et precipue in-
firmorum quia morbus epidimi-
alis est contagiosus et infectiuus.
Cauendum est etiam a balneo tum
quia balneum commouet humores et red-
debat precipue si sunt dispositi
ad putrefactionem. Tum etiam
quia tunc pestilenti intrant
unde aer balnei inficitur. Et si fu-
erit aer vehementer calidus in-
frigidetur cum irroratione aque
frigide pauimentum domus et
interponentur frondes salicis.
Cibus sit bonus nutrimenti et
apponatur ad omnem cibum acetum
quia hoc excitat et putrefactioni
resistit et non tolleretur sitis
vel ideo etiam inflammetur humi-
ditas. Et si aliquis humor su-
perauerit euacuetur sanguis per
flebotomiam. Alii humores
per medicinas laxatiuas in-
quas obtinet principatum medi-
cina confecta ex aloe croco et
mirra. Ut dicit Rufus et etiam
Raulez. Et Ruffus. Antiqui
et periti medici dixerunt nullum
fuisse mortuum in epidimia
qui fuit usus medicina pre-
dicta quotidie. Recipe aloes
ʒ. i. mirre ʒ. seminis croci aureos
2. et fac inde pillulas et da
quotidie ʒ. i. et si videris mi-
nimum laxare quod crescens co-
tingit poteris in sequentibus die-
bus dosi iam aliquantulum mi-
nuere. Bonum etiam est sumere
tyriacam sanctam unum vel vino
vel metridatum semel scilicet in ix
diebus vel in tercia septimana.
Nam frequens usus operatiuarum
medicinarum est molestus.

Capitulum duodecim de febre ethica

Ethica febris est calor in-
naturalis qui attendit mem-
bris solidis et dicitur ab ethis
quod est consumptio quia in ethi-
ca est calor innaturalis qui est humiditatem
radicalem consumens etiam quod
tractu temporis intrinsece extenuat partes
ut plurimum manet cutis et ossibus
adheret. Et debes scire quod tres
sunt humiditates in ipso corpore.
Prima est in puris venis. 2a
est in poris membrorum solido-
rum et 3a est radicalis et
substantialis. Exemplum harum humiditatum
scilicet in lampade. Prima est oleum
lampadis. 2a est oleum in lignum
infusum. 3a est humiditas lumbris
seu calami. Prima consumat secundam
et 2a 3am. Secundum has tres hu-
miditates corporis dicuntur tres
species ethice. Nam quando calor
innaturalis est in prima humiditate
est prima species. Quando est in secunda
est secunda species. Quando est in 3a est
3a species. Prima species
est facilis cure sed difficilis
cognitionis. 2a est aliquantulum
difficilior cure et facilioris co-
gnitionis. 3a est facillime co-
gnitionis et non recipit curam
poterit tamen vita aliquantulum
prolongari. Causa ethice est fe-
bris effimera que non fuit
curata infra tres dies. Item
febris putrida que prefuit et
quando continue continuatur. Item
tristicia frequens et sollicitudo
et omnia alia que calefaciunt
et exiccant. Signa ethice sunt
quod calor in principio tactus corporis
videtur aliquantulum remissus
et dilatate manu aliquantulum
super corpus inuenitur calor
pungens manum. Item pulsus

est dura. Item familiare signum
ethice est quod pa[ciens] sumptis cibum
calefiunt et febricitant magis
ethyci quod patet in tactu manuum
ipsorum et in tactu corporis ipso-
rum ethicorum. Accidit enim eis hoc
quia aciditas calidi non extincta
que proximi ipsa fuerit aqua cale-
fit. Prenosticum. Cum in vidis
faciem extenuatam tymporum pla-
nata oculos profundantes nasum
acutum cutem exsiccatam hebentem
ventrem decisum quidem tu dicas
valere potius in dieta consilium
quod regendi sit eger. Item quando
fluxus ventris venerit morbus
in insanabilis. Item si fuit causa
sui aliquantulus ethicus est ali-
qualis spes unde circa scilicet non
promouendi de vita et propter potest
talis conseruari ad aliquod tempus.
Cura. Quia in talibus dominatur
caliditas et siccitas regendi erunt
cum hijs qui infrigidant et hu-
mectant. Que autem talia sunt
venire ad ea que superius scripta
sunt. Sed hoc nota quod lac est eis
valde conveniens et propter quod est ita
calidum recenter de mammis
extractum et propter fermentum lac
pro lac vaccinum capiunt lac capra-
rum. Et eis multum competit lac de
quo extractum est butirum. Item ca-
seus mollis non salsus et pa-
nis calidus extractus de fornace
deposito cortice superiori etiam pre-
misso butiro recenti sine sale
ista medulla panis per infu-
sa etiam valde competit eis. Caveat
igitur ethicus sibi ab omnibus calo-
facientibus et exsiccantibus sicut sunt
forcia vina piper et huius. Bi-
bat aquam ordei vel debile vinum
aut saltem bene lymphatum cum aqua
ordei. Caveat sibi a tristicia et
sollicitudine. Balneetur ita quod non
sudet et studeant cibis et poti-
bus semper se humectare. Trac-
tatus secundus de particularibus egritu-
dinibus singularum membrorum. c. 1. de dolo-
dolor capitis
capitis aut est de
causa calida aut
de frigida. De cau-
sa calida magis
consueuit fieri si-
gna huius sunt

quod paciens consueuit uti calidis si-
cut sunt allea cepe piper et huius
vel quia diu mansit in aliquo lo-
co calido sicut in stuba bene calefacta
seu in sole. Vel quia fecerint odo-
rauit res calidas sicut sunt muscus
storax calamenta et huius. Item
lucido corporis et maxime tactus
est colica vel sanguinea ut potest
quod facies est manifesta vel si est
[?] et cum rubea ... sanguinem
[?] habundaret. Item pulsant
vene temporum fortiter et quandoque sunt
magis punctiture intus in capite.
Signa autem doloris de causa fri-
gida sunt lucidus totius corporis
et maxime capitis flegma. Ut
potest quod caput est pingue et car-
nosum et fecerint emunctionem su-
perfluitates per nasum et palatum
et est dolor de causa frigida
remissior quam de causa calida. Item
quia mansit in aliquo loco fri-
gido vel in aliquo cenobio ubi
iacent fructus frigidi multum re-
dolentes sicut sunt poma castanea
et pira. Nota dolorem inter causam
calidam et frigidam si ex predictis
non cognouis sume consideracionem
potius per aliquod ungentum vel fo-
mentum seu aquam applicatam
capiti. Nam si fuit causa calida
leditur paciens a calidis et iuuatur
de frigidis et per contrarium est de causa
frigida. Verbi gratia. Si infundas pannum
in aquam rosaceam et posuis
super tempora et frontem si est
causa calida statim alleviatur
paciens et si frigida grauabitur
et de oleo rosarum. Nam calidus
poteris cognoscere in omnibus
aliis morbis dicam causam ad
scilicet calidam et frigidam. Prenosticum.
Dolor capitis impedit omnes ani-
males operationes et si longus du-
raverit inducit quandoque maniam et
melancoliam. Et si fuerint pu-
ncture magne destruunt oculos visum
et quandoque auditus et quandoque perducit
ad frenesim quandoque ad dolorem
dentium inducit et ego arguam
ad aliquod talium malorum dolor
capitis perducat succurrendum est
pacienti. Cura. Si fuit dolor
de causa calida et non habun-
dat sanguis nec colera tunc
signum est quod paciens inchoato

capite non sentit grauitatem ma-
iorem · uel quia odorauit muscum
uel aliud aromaticum calidum · tunc
primum infrigidetur caput cum ali-
quo unguento uel aliquo fomen-
to et hoc frequenter Si autem habunda-
uerit sanguis cuius signum est tumor
uenarum capitis et pulsus fortis
arteriarum · tunc flebotomia sibi
cephalicam et pone sibi ventosas
super humeros iuxta radicem colli
et precipue sibi abstine ab omni
calido aere rea cibus Et si fuit
colera habundans cuius signum est
quod dolor est furiosus tunc et tunc
purgetur cum medicina laxatiua
sicut cum scamonea uel cum dyagre-
dio Si autem causa doloris fuerit
frigida · non erit necesse flebotho-
mare nisi fortasse modicum · sed
magis tunc conueniet purgare
humorem frigidum cum turbith
uel cum agarico aut cum pilulis
cocheis · Deinde ungatur caput
circa tympora et frontem cum
aliquo unguento uel oleo uel
succo calido Non quod mene in
causa calida sunt hec aqua
rosacea uel violacea uel aqua
iusquiami aut solatri uel semperuiue
aut distillacionis foliorum papaueris
aut aliquorum succi refrigerancium her-
barum Modus autem operandi
talis est Infunde sindonem in
aquam rosaceam aquatam et
si non habentur aque · tunc in-
fundatur in aliquo succo pre-
dictorum · et extendatur super tym-
pora et frontem · et non per-
mittatur ibi calefieri sed frequen-
ter deponatur et iterum in succo
uel aqua infrigidatus repona-
tur Vel si placet recipiantur
aliqua olea frigida et fre-
quenter inungatur frons et tym-
pora · et sunt talia oleum vio-
latum oleum nenufarinum · et
in defectu sui oleis uel aquis
possunt adiungi medicine
frigide · sicut sunt sandali
et si tu adiungeres aliquid de
opio erit prime frigida me-
dicina Et si per talem modum
non fuit remediatus paciens
detur sibi una pillula de
opio uel due ad dormiendum
secundum fortitudinem pacientis aut

aliqua de medicinis opiatis
de quibus postea videbitur Item
acetum mixtum cum aquis uel
succis frigidis confortat illorum
operationes Item succus extremi-
tatum uitis mixtus cum oleis ro-
saceo et mirtino super caput
dolentis magnum prestat remedi-
um Medicine calide sunt hee
Aque de preos aqua camo-
milla aqua leuistici et rute
aqua rute et consimiles Vel eciam
predictarum herbarum succi Item
decoctio absinthei Item oleum
laurinum Item oleum camomilli-
num yrinum nardinum Et fiant
fomentaciones uel unctiones ut
supra dictum est / Sequitur de
vertigine capitulum 2m

Vertigo autem causatur
ex habundancia sanguinis
spiritus animales in circuitum
agitantis aut ex fumis vaporibus
a stomacho descendentibus
ad caput Sanguinis signa
sunt rubor faciei et tumor
venarum atque multa pulsatio
arteriarum Sed signa quod ver-
tigo veniat de fumositatibus
stomachi sunt quod talis fre-
quenter inebriatur et utitur
vino forti uel alio potu cali-
do et inebriante ut est fortis
ceruisia uel medo Signum autem
quod aliquis patitur vertiginem
est per uidicum pacientis Quia
si fuerit vertigo de sangwine
flebothometur uena que aures
si possint inueniri Sin autem
flebothometur cephalica et su-
hantur ventose super tybias
et inungatur caput frequenter
cum aliquo oleo aut succo
aut aqua frigidis · qualia di-
cta sunt in capitulo precedenti et
precipiatur ergo abstinencia
a vino forti et ab omni po-
tu inebriante et crapula Si
autem fuerit a fumositatibus sto-
machi tunc precipiatur abstinen-
cia ab ebrietate et forti vino
et crapula Et si post aliquos
dies sic curatus non fuerit
tunc purgetur stomachus cum
aliqua medicina · sicut cum
pillulis factis de aloe et acu-
antur aliquantulum cum scamonea

vel dyagridio. De frenesi c.
Frenesis est calidum a- zm
postema cerebri quod gene-
ratur in pelliculis eius. Signa
frenesis sunt vehemens dolor
capitis. Insania. loquacitas. pervigil.
puncticio oculorum. citrinacio et quando-
que denigracio lingue. timor et ru-
bor faciei. continuacio febris. Et
si in febre terciana prima circa
statum egritudinis dealbe-
scatur caliditas, sursum eleva-
ri ad caput et fiatur generatio
frenesis. Pronosticatio. In prin-
cipio huius egritudinis satis fa-
ciliter subvenitur egro. Sed si sunt
confirmata vix evadet eger. Immo
plurimi moriuntur quibus non
sunt exhibita remedia a principio.
Item frenesis que timatur (?) vel occul-
ta et insensibile inde resolvitur
quandoque per fluxum seminis de nari-
bus et quandoque per fluxum sangui-
nis narium. Cura fiat sicut dictum
est de dolore capitis in causa ca-
lida cum flebothomia purgatione
et localibus remediis vel cum aqua
cappa si magna exigerit necessi-
tas. De litargia c. iiii.
Litargia est apostema calidum
seu frigidum in posteriori parte
cerebri. Signa litargie sunt clau-
sio oculorum et continua dormi-
tatio. Incipit eger oculos insi-
mul cum clamore valido excitetur et
tunc iterum statim claudit oculos
et iacet quasi sicut mortuus non
continua anhelitus cum inceo et motu
ceterorum membrorum. Et vocatur alio
nomine litargia subeth quod
interpretatur profunditas sompni.
Pronosticatio. Tales multum appro-
pinquant ad appoplexiam et per-
inde ad mortem. Item eger si
convaluit erit obliviosus vel pa-
raliticus in uno latere. Cura
Omnia humidat flegma in ce-
rebro et in toto corpore. Ideo
quando frequenter purgentur tales cum
pillulis choticis (?) vel fetidis vel
cum alia medicina purgativa fle-
gmatis. Ungatur caput cum o-
leis et unguentis calidis, sicut
est oleum ricini laurinum nar-
dinum etc. Item fiat suffumi-
gium cum aspersis pilis combustis
narcibus egri applicatis. Item pulmo
porci capiti raso applicatus mire
valet ut dicit Constantinus.
Item Salvinegia trita et cocta
cum aceto et emplastrata super
occipitum fortiter excitat dormi-
entes ut dicit D. Item epythima
ex synapi et aceto et castoreo
multum valet ut dicit Ras. et simi-
liter per tercium diem fiat ster-
nutatio cum pulvere nigelle aut
piperis aut ellebori albi. De
appoplexia c. v. iii.
Appoplexia est privacio sensus
et motus. Causa appoplexie
sunt humores grossi aut viscosi
replentes principales ventri-
culos cerebri et propter hoc impedien-
tes motum spirituum animalium ad ner-
vos. Unde sequitur et ablacio
sensus et motus. Nam non spiritus
animales decurrentes per nervos
efficiant sensus et motus corpo-
ris nervos propter spiritibus repre-
sentacionem ventriculorum cerebri pri-
vatur sensus et motus. Signa
sunt quando iacet paciens tamquam dor-
miens perdit loquelam quandoque tenet
oculos clausos et si vocatur non
audit, et quandoque stertit quandoque
sudat iuxta caput et pectus propter
necessitatem attractionis anhelitus.
Pronosticatio. Quanto signa prece-
dentia fuerint plura, tanto eger
est morti vicinior. Unde si eger
stertit et si oculos claudit et
si unum oculum digitto sibi aperu-
eris apparet oculus rigidus sicut
oculus mortui malis pronostica-
re mortem in futuris et recede
cum deo benedictione. Sed si solum
esset ablata loquela et alii sen-
sus adhuc essent vivaces, ut
esset eger impudicus ita ut non
inordinate se huius inde pro-
veret esset aliqualis liber
debilis spes evasionis. Item
si evadit dyspoplecticus erit para-
liticus quia appoplexia quandoque
terminatur in paralisim. Cura
Si sanguis habundaverit fiat
flebothomia de cephalica et
inungatur caput cum calidis
unguentis et oleis et provocetur
sternutatio cum elleboro et in-
fiant clisteria fiat clistria acu-
ta et purgaciones fortes cum elle-
boro preparato. Sed hic vitate

het si appoplexia firmatur in para-
lisim quod rarissime contingit
Nam in quinquaginta annis vix
unum vidi taliter euadere Vnde con-
sulo quod talem curam dimittas quia
appoplexia est soror mortis. De
Epilensia ca. vj.

Epilensia dicitur alio nomine
morbus caducus Causa huius
morbi est humor viscosus et
ventosus, raro tamen resolubilis Talis
enim replet ventriculos cerebri et
sic transitum impedit spiritus ad
neruos, propter quod priuatur epilenticus
sensu et motu voluntario et quia
offenditur ipsum cerebrum et eius
pellicule, ideo spasmatur totum
corpus Signa epilensie patent
ad sensum Nam epilenticus
cadit et spasmatur eius corpus
et quandoque eicit spumam et frendit
ad modum porci, et quandoque defedat
se vel permingit propter defectum
continentis musculorum ani vel ve-
sice. Immo quandoque egreditur sperma
et quandoque priuatur omni sensu. Deinde
resoluta materia que fuit causa [illegible]
per opilationem ventriculorum cere-
bri resurgit paciens Pronosticatio
Quando epilenticus in paroxismo se
permingit aut defedat vel sper-
ma emittit, et quandoque spumam
ore [illegible] facit incurabilis
est Item quanto paroxismus fuit
horribilior et diuturnior tanto
cura difficilior Item aliqui ha-
bent paroxismum valde breuem
ut cadunt si se appodiant ad
parietem vel residentes quousque
paroxismus preterat Et sepe tales
non vident, et ipsi loqui non
possunt Audiunt tamen quod contra
eos dicitur De quibus multi su-
spicantur quod non sunt epilenti-
ci cum tamen epilentici sunt et ta-
lium cura est facilior Item ali-
~~qui habent paroxismum valde breuem~~
breuiter notandum quod omnis epilensia
est difficilis cure et est impossibilis
circa senes, possibilis tamen circa pue-
ros Pueri enim habent valde humi-
da cerebra, sed processu temporis
[illegible] status exsiccatur cerebrum
eorum Circa Nota quod morbus epi-
lensie quandoque est in ipso cerebro
radicata, et quandoque est in stomacho
vel in aliis membris In primo

igitur si fuit sanguis habundancia
fiat flebotomia frequenter Si autem
alii humores habundauerint fiat
frequenter purgatio cum pillulis
[illegible] hic sequitur et valde notandum
Et suspendantur grana peonie
vel radix eius ad collum pacientis
per hoc solum remedium curantur
pueri seu infantes Item lapidem
recipe gagates et suffumiga pue-
rum vel alium pacientem prae-
cipue in paroxismo et statim re-
surgit et postea diu non vexabitur
Immo frequenter suffumigatio isto
lapide curat cerebrum et curat
precipue pueros Item portare
iustum quercinum iuxta collum
et ipsum frequenter portare curat
epilensiam Item lapis rubeus
qui inuenitur in ventre pullorum
hyrundinis portatus sanat ut dicit
D. Constantinus Item [illegible]
[illegible] datus in potu cum aqua
statim sanat ut dicit D. Item po-
lium antymonium datum aut
cum castoreo sanat ut dicit D.
et Galienus Item coagulum le-
poris bibitum curat epilensiam
ut dicit D. et est expertum Item pul-
uis [illegible] miluui in potu datus
est summum remedium Item Consta-
tini et Gualteri commune re-
medium quod postea per multos est
approbatum tale. dicatur pater vel
mater vel uterque parentes pacientis
ad etiam iiij et vj feria et sabbato
et ieiunans audiat missam totam
et dominica die audita missa tota
dicat sacerdos super caput pa-
cientis euangelium quod continet
Hoc genus demoniorum non eici-
tur nisi in oratione et ieiunio
et legitur in 4or temporibus
post festum sancte crucis, et scri-
bat eum, et deportet paciens
cedulam in collo et curabitur siue
sit epilenticus siue lunaticus
siue demoniacus Et caueat sibi
a forti vino et a quantitatibus hu-
mores grossos ventosos et
melancolicos, sicut sunt salse
lentes, caro capreoli, caseus sal-
sus et corruptus et ab allea porro
cepe et ab omni fetore candele
extincte, quia ille a proprie-
tate generant epilensi-
am. De paralisi c. vij.

Paralisis est duplex scilicet communiter dicta et proprie dicta. Proprie dicta paralisis est mollificatio unius lateris cum ablacione vel diminucione sensus. Sed communiter dicta paralisis est mollificatio cuiuscumque membri cum ablacione vel diminucione sensus et motus sicut brachii manus vel pedis. Causa paralisis est opilacio nervorum per quemcumque humorem grossum et difficulter resolubilem sicut est flegma vel melancolia. Maxime autem consuevit fieri a flegmate. Si nempe unus nervus qui inmediate oritur de cerebro sit opilatus in radice sua tunc paralisatur tota medietas corporis, a qua ramificantur nervi illi, quia tunc spiritus sensitivi et motivi non possunt penetrare nervos, ita quod si fit opilacio in latere sinistro paralisatur latus illud, et si in dextro dextrum. Et si in nervis inferioribus fit opilacio illa paralisantur membra inferiora, et sic consequenter est ymaginandum de aliis membris paralisatis. Unde constat apoplexiam epilenciam paralisim convenire in causis nisi quod differunt secundum plus et minus. Signa patent iudicio pacientis, quia dicit se non posse movere membrum paliticum et se non sentire vel modicum sentire in eodem membro. Nam sensus demonstracio est membri paralisati. Pronosticacio. Cum patitur paralisim et postea sibi supervenit tremor membri paralisati iam tendit ad sanitatem. Nam in tremore iam confortatur virtus. Et componitur tremor ex duobus motibus scilicet ex motu virtutis sursum trahentis et ex motu contrario gravitatis membrum deprimentis. Item apoplecticus si mutatur in paraliticum tendit ad evasionem mortis. Item qui paciuntur colicam nisi tempestive remediati fuerint incurrant paralisim. Item lienterici cito incurrunt paralisim. Racio quia tales sunt crapulosi, et propter coitum debilitatur calor naturalis in eis. Unde non potest bene digeri cibus, quare multum generatur de flegmate vitreo in eorum intestinis et in toto eorum corpore, et incurrunt colicam et postea membrorum paralisim.

Cura. Oportet paraliticum frequenter purgare cum pillulis cocheis vel fetidis vel aliis medicinis ad propositum valentibus. Secundo inungatur membrum paralisatum frequenter cum calidis unguentis, anxungiis et oleis et precipue spina dorsi ubi est vel estimatur esse opilacio de qua provenit ista paralisis. Nam si fuit ista paralisis in toto corpore studeas maxime circa inunctionem radices colli ubi cerebrum oritur, et si fuit in pedibus inungatur spina dorsi in inferiori parte inmediate ad corpus. Et principaliter tenet oleum serpentinum inter unguenta paralisi convenientia. Postea unguentum anxungia vulpina et oleum vulpinum. Item simile est oleum benedictum. Item oleum fraxinum est valde curativum. Item aqua vite simplex vel composita etiam magnum affert remedium frequenter super locum convenientem inuncta et frequenter adorata atque potata de mane ad quantitatem unius vel duorum coclearium vel unius per se vel cum modico brodio vel vini. Et sciendum quod plerumque nocet vinum paraliticis precipue acre. Unde si non possunt habere dulce et leve vinum magis convenit eis potare ydromel vel mellicratum. Abstineant tales a crapula a coitu etiam a balneo et a cibis generantibus flegma et humores grossos. Utantur cibis boni nutrimenti et facilis digestionis et ordinate ut potest colligi ex predictis particulis.

De spasmo capitulum viii.

Spasmus est contractio musculorum seu membrorum voluntarium motum versus suam originem. Et est spasmus in hoc contrarius paralisi quod in eo membra abbreviantur seu contrahuntur et indurantur, sed in paralisi prolongantur et mollificantur. Causa spasmi aut est replecio aut inanicio. Et si est ex replecione tunc aut habundat sanguis aut flegma aut melancolia aut colera aliquando

cum humor vel plures humo
res exuberantes se infundunt
in musculos seu in nervos unde
membrum ab isto musculo spa
smatur motum eius contrahitur Sed
si est ex inanitione, tunc talis
inanitionis causa est longa ab
stinentia a nutrimentis propter ali
quam longam egritudinem
precedentem sicut est colica diu
turna vel alia egritudo Signa
spasmi patent ad sensum scilicet con
tractio membrorum versus suam
originem et quod infirmus illa
non potest illa extendere Signum
autem quod spasmus est ex inanitione
extenuatio musculorum et carno
sitatis membri vel membrorum vide
Si spasmus digitorum est ex ina
nitione tunc musculi manus
intus et inter pollicem et indicem
quales sunt carnosi consumpti
et apparet vola manus plana siccior
asperet et rigida et sicca Similiter
ymaginare de aliis Signa autem
spasmi ex repletione humidum
sunt ut si habundat sanguis ap
paret in membro spasmato tu
mor rubor et calor et notetur
a frigidis iuvatur a calidis Si
autem fuit a flegmate apparet
tota dispositio corporis flegmatica
et est membrum album Ex me
lancolia autem est aliquis livedo
De colera citrina Prenosticatio
Spasmus ex inanitione incura
bilis est Sed si est ex repletione
accipit curam Cura Si est
ex inanitione regatur eger cum
cibis boni nutrimenti et multi
quantitatibus restauretur in musculis
hoc quod est deperditum in quantum
fuerit possibile et per balnea
moderata et per fomenta attra
hentia non resolventia Nota
tempore estivali semper mane
tur homines spasmum pedum
quando dimittunt eos nudos lavare
huius spasmi remedium est non
dimittere pedes nudos sed po
nere in calore cum coopimentis
Sed si fuerit ex repletione et ha
bundaverit sanguis fiat fleubo
thomia Si autem flegma pur
getur flegma Et si melancolia
vel colera vel duo humores simul
purgentur simul Et si locus spa
smatus esset valde calidus tunc
fomententur cum succis vel aquis
frigidis De quibus dictum est
Si autem non apparet caliditas
tunc fiant talia unguenta Recipe
oleum muscellinum ℥ i feniculi
... ℥ ii terebentine cere ana ℥
ii mastic storac ... ana ℥
ii et simul confice est enim expertum
Item Recipe piper castoreum
euforbium communiter omnia simul
et misce cum aqua vite Item
pinguedo anseris valet multum Item
pinguedo ursi pinguedo tassi Item
pinguedo vulpis unam vel plu
res simul inunge Item pulmo
arietis calefactus in aqua fre
quenter ponatur super membrum
spasmatum et optimum est Item
omnia olea et unguenta calida
de quibus supra dicitur valent
Et nota quod est una species spasmi
que vocatur tetanus et signum
eius est quod membrum eius est exten
tum et rigidum ita quod non potest fle
cti et eius cause et cure sunt
sicut spasmi // Tortura oris
Capitulum nonum

Tortura oris est quando os tor
quetur versus partem unam
et est de genere spasmi vel
paralisis Causa torture est spa
smus musculorum seu nervorum
contrahens os versus partem
unam vel paralisis nervorum
unius oris moventium unde os rela
xatur et descendit Et est causa
torture oris repletio non ina
nitio Signa torture oris pa
tent ad sensum Nam unum os appa
ret minoratum seu obliquatum Et
si vult paciens sufflare exit fla
tus a latere Prenosticatio Tor
tura cum sit de genere spasmi
et paralisis est difficilis cure
Item si accidit in febre signat
apoplexiam futuram Item si
non curatur infra sex menses
postea non curabitur Sed preca
vendum est egro per regimen pre
servativum ne sibi adveniat apo
plexia Item si est de spasmo
elevatur os Si de paralisi de
scendit et sentit paciens con
strictionem in latere ubi est tor
tura si est de spasmo Cura
torture est per fleubothomiam

si sanguis habundat et per fre-
quentem receptionem pillularum
cocciarum vel fetidarum et ungat
collum et facies frequenter cum ole-
is et unguentis dictis de spasmo
et est valde bonum embrocare caput
cum aqua decoctionis vulpis Item
tem purgetur sternutatio cum
nigella vel elleboro Item omni
mane fiat gargarismus cum aqua
decoctionis sinapis vel piretri
et teneat pulverem in ore frequenter
in latere toto unam muscatam
vel zinziber // De melanco-
lia sive mania

Melancolia hic dicitur non humor
melancolicus de quo sepe di-
ctum est sed mentis insania duarum
aut diversarum specierum insanie seu me-
lancolie Alia enim est cum ti-
more et tristicia Alia est cum ira
alia cum gaudio Causa mela(n)-
colie est aliquis vapor corru-
ptus de colera vel de sanguine
a melancolia resolutus occupans par-
tem cerebri anteriorem in qua sunt
species sensibiles recepte in specia-
liter quod destruit virtutes sensi-
tive interiores que sunt fanta-
sia sensus communis estimatio seu vir-
tus estimativa et rememorativa
cognostiva Cum melancolia est
in principio facilius curatur Si
autem confirmatur est cura val-
de gravis Signa melancolie cum
sunt in initio patent per indicia
patientis Nam paciens conqueritur
sibi accidere turpes cogitationes
atque instabiles affectiones seu
appetitus Signa autem iam con-
firmate melancolie patent ad
sensum medici Nam melancolicus
iam instabiliter loquitur et in-
stabiliter operatur et secundum diversam
ymaginationem incipit diversitas
operum Unde aliqui credunt
esse imperatores vel reges alii
putant se esse gallos alii ho-
mines putant esse suos ini-
micos tales diversitates fa-
ciliter experitur medicus sen-
sibiliter et insensibiliter Signa
autem quod melancolia est de humore
melancolico sunt timor et tristi-
cia Et si est de sanguine tunc
est cum risu et gaudio Si vero
fuerit cum ira et audacia tunc

est de colera Cura Si ha-
bundaverit sanguis flebothomie
competenter fiat frequenter et per
vices purgatio colere rubee
si ipsa habundat vel colere ni-
gre vel ambarum simul et hec
per compositionem medicinarum
diversarum medicine autem sim-
plices humores purgantes no-
tificate sunt in 2a particula me-
dicine autem composite ad hanc
medicina bona est ex descri-
ptione Rasis talis Recipe epithimi
ʒ. 2a polipodii agarici ana
ʒ. 10 ellebori nigri salisgeme
ana ʒ. 7 sticados ʒ. 1 pul-
veris pigre ʒ. 6 fiant pille
et sumat ex eis ʒ. 1 vel ʒ. 1
et semis Hee medicine com-
posite utiles ad propositum com-
posite laxative ponebuntur in septima
particula Caveant sibi mela(n)-
colici a vino spisso et turbido
bibant vinum subtile et clarum
balneent frequenter in balne-
o temperato inter caliditatem
et frigiditatem quoniam eorum hu-
mectetur cerebrum Caveat sibi
a tristicia et solitudine conversentur
inter homines letos ut sic ab-
stineantur malarum cogitationum
Caveant sibi a cibis melancolicis
sicut est caro hyrcina et caro
quadrupedum avium silvestrium
et caro anetarum et anserum et a-
liarum avium in aquis degentium
et precipue a lentibus Comedant
cibos boni nutrimenti et sic stu-
deant reponere se ad impinguandum
quia ex hoc quod ipsi impinguantur
sanantur quia siccitas dia-
rum colerarum per humiditatem
humidam nutrimenti temperatur
Unde est quod homines aliqui
deo fure volentes sine di-
scretione comis ieiunatores ultra
quam oportet exsiccant cerebra
sua et totum corpus maxime
autem si cum hoc laborant nimium
in devotione faciunt sibi
diversas ymaginationes in-
cidunt melancoliam et maniam
ut iam sepe dictum est // De
Catharro et corriza . xi

Catharrus et corriza sunt
capitis fluxus ad fauces
et corriza fluxus capitis

per nares Causa utriusque flu
xus aut est calida aut est frigi
da Vt puta quando aliquis transit
in magno calore vel frigore
aeris non cooperiendo caput
vel quando diu dictavit in aliquo
studio calido discooperto capite
Item crapulencia vel gulositas
est causa fluxus capitis et prin
cipue quando aliquis se replet ver
sus noctem et potissime bibendo
humeat de potu ante introitum
lecti Et si repletio est de causis
calidis vel aliis rebus calidis
Vt puta de rebus vel cibis bene
conditis et comestis cum synapi
vel pipere atque porris alleis vel
raphano cum aceribus et pipe
re et si cum hoc bibitur vinum
forte exit fluxus de causa
calida Si autem repletio fit de re
bus frigidis vel saltem decli
nantibus ad frigiditatem sicut
sunt fercula et olera cocta vel
sine condimento calidorum speci
erum et ut est vinum debile
et aquosum exit fluxus de
causa frigida Signa calidi
fluxus sunt rubor et calor
faciei et quando ingreditur patiens
in aerem calidum discooperto
capite magis aggravatur et sen
tit maiorem narium opilatio
nem atque maiorem fluxum Et
quando ingreditur in aerem fri
gidum sentit contrarium et contra
rium est accipienda significa
tio fluxus frigidi Pre
nosticacio katarrus inducit
siccacionem et quandoque tussim et flu
it ad pulmonem et quandoque flu
xum ventris si fluit ad sto
machum Et coriza incipit
frequenter dolorem capitis et
ardorem narium Item dum
fluxus est subtilis morbus in
principio Sed dum incipit spis
sari est in augmento Et cum
iam flegma est globosum est
in statu et incipit declinare
Item quando est in principio et eger
purgat nares per exsufflati
onem vel per attractionem
aeris per nares ad interiora ma
gis gravatur sed in fine alleviatur
Cura primo precipiendum est egroto
ne in principio huius purgationis

laboret Cura ante omnia
precipiendum est egro ut mo
dicum comedat et modicum bi
bat et vinum suum bene limphet
et ut abstineat a rebus calidis
et fumosis sicut pipere et omnia
quae predixi sic enim citissime
curabitur in uno die vel in du
abus et si non in toto tamen in u
na parte curabitur hoc est bre
vis et secura et levis cura
Verum si fortasse non esset o
bediens in principio ipse eger
oporteret sibi tunc dare ali
quas pillulas opiatas vel ali
quam medicinam opiatam quales
les descriptiones ponuntur in
sequenti particula talis enim
fluxus cito restringitur Sed tamen
tutius est prius fieri purgati
ones convenientes Vt puta per
flebothomiam si sanguis habundat
et per ventosas super humeros
et per purgationem colere vel fle
gmatis vel utriusque si altere
rum vel utrumque dominatur et
alterare caput cum embroca
tionibus convenientibus Vt puta
si fuerit de causa calida infri
gidetur caput cum aquis vel
succis frigidis Et si fuerit de cau
sa frigida fiat hoc cum aquis
vel succis calidis vel cum decoc
tionibus herbarum calidarum se
cundum formam quere in primo
capitulo Vel detur aliqua me
dicina opiata infra et restrin
gentur fluxus Scias tamen quod
communem modum curandi cathar
rum expedit in modum primum

De obtalmia c xii
Obtalmia est calidum aposte
ma oculi Causa autem est
multitudo sanguinis vel etiam
colere sanguini admixte flu
entis ad oculum Signa ob
talmie sunt rubor oculi al
bedo enim oculi ista mutatur in ru
bedinem et ardor oculi et do
lor vehemens et fluxus la
crimarum calidarum ut non possit inspi
cere lumen nec claritatem diei
Prenosticatio Quando tumefit
albedo oculi ita quod albugo ex
tollitur super pupillam tunc
est maximum periculum de oculo
frequenter excecatur nisi velociter

scarificetur autem capitis abstine-
bitur. Item frequenter post obtal-
miam sequitur albugo in oculo
nisi a principio succurratur quoniam
pustula alba nascitur. Item quanto
tumor et rubor fuerint maiores
tanto obtalmia est deterior. Item
qui obtalmia fuit in oculo uno
frequenter habet sequelam in oculo
altero. Cura: fiat medicina
et flebotomia de cephalica et
ponantur ventose super hume-
ros. Deinde accipe duo vel iii
albumina ovorum et intinge pan-
num lineum in istis duplicatum et
pone ipsum super oculum clau-
sum ad infrigidandum ipsum. Et
cave tibi valde bene ne ullo
pacto pannus sit intinctus
calefieri quia per antiperistasim
oculus magis calefieret et per
consequens morbus fieret deterior, sed
frequenter remove illud et denuo
in albumine intinctum repone
hic. Idem etiam ingenium tene ubi
necesse fuerit infrigidandi quod-
cumque membrum. Tali modo semper cu-
ratur obtalmia levis. Item
album ovi diu agitata vel per
spongiam frequenter expressa et
in oculum infirmatum distillata
multum valet. Similiter potest
oculus infrigidari cum panno
intincto in aqua rosarea vel
in aliqua alia frigida aqua
aut succo frigido, de quibus est
dictum in primo capitulo. Sed si fuerit
egritudo valde fortis, tunc
dissolvatur modicum de opio in
aqua rosarea vel in aqua
fontali et distilletur per vi-
ces in oculum. Et hoc ergo pacien-
ti tollitur dolor et calor et
reprimitur tumor. Contra ali-
quid est ita prima obtalmia quod
ut predictis sufficientibus curatur.
Et si tunc fuerit vetus, insuper
fortius tunc recipe piperis zopi-
ana ℈ i. thuris ℈ semis et
fac inde pillulas et da infir-
mo iiii vel vi et hic sunt vir-
tutem parvam. Et studeas e-
tiam in evacuatione calere per-
fectum. hic iterum erit post pil-
lulas predictas et hic altera
die. Item infrigida tympora
et frontem cum aquis predictis

cum sollicitudinibus notis et caue-
at sibi infirmus a vino et speciebus
calidis et a crapula et ab ebri-
etate, si non vult incurrere tentem
et valde temperatus in cibo et tem-
peret vinum suum fortius. Caveat
sibi a venere a luce a fumo et
vento et ab aere pulverulento.

De albugine oculi c. xiii

Albugo oculi est ista macula
seu pellicula alba que sequitur
ruptura pustule in oculo frequenter.
Et debes scire quod quanto pu-
stula removetur a pupilla oculi
tanto minus nocet, et sit pellicula
minus nociva. Et si ipsa fuit ma-
nifeste nigredinem que circumstat pupillam
et tunc ipsa rupta generat ibidem. Ergo
summe necessarium est ut statim a prin-
cipio succurratur ut ipsa pustula
resolveretur et pustula non
rumpatur. Cura albuginis est
ut sanatur cordi et teratur et
qualibet die semel vel bis in oculum
mittatur. Item agitetur fortiter
camphora in aqua feniculi in
mortario ita quod tota camphora
dissolvatur et illa aqua quoti-
die bis vel ter in oculum mittatur
vel distilletur. Et si placet etiam
impone pulverem hunc et me-
lius erit. Ille sunt medicine
de usu meo, et sufficiunt in al-
bugine curabili. Nam albugo ve-
tus vel senex vel magna vix
curabitur. Curabilis est nova
et recens et in iuvenibus
vel adolescentibus. Item dicitur
quod tres racemi corrigiole colla-
te in nomine trinitatis et cum
oratione dominica et suspense in
panno lineo maculas sine du-
bio tollunt. Item stercus ab-
sinthii lac mulieris et aqua
rosarea mixta et emplastrata
super oculos dolorem mitigat,
sanguinem et maculam tollit. Item
spolium serpentis tritum et in ocu-
lum positum maculam tollit.
Item succus endivie iniectus tol-
lit maculam. Item urina ho-
minis cum melle bullita et in
oculos distillata maculam
tollit. Capitulum de rubore
oculorum et lacrimarum fluxu
et ulceribus oculorum et aspe-
ritate palpebrarum c. xiiii

Rubor oculorum et lacrime ad sensum patent et pruritus patet ex indicio patientis ulcera angulorum oculorum etiam patent ad sensum Asperitas palpebrarum sic perpenditur cum summitatibus duorum digitorum apprehende cilia palpebrarum et reflecte sursum et cum acu extremo inde reprime palpebram inferiorem potes et respicias de subtus sursum et videbis undique palpebram ipsam asperam et squamosam putredine et respicias primo alicuius sani palpebram modo predicto sanam tunc facilius tu cognosces egram Nam sana est valde plana et declinans ad albedinem Egra vero est aspera et declinans ad rubedinem Ipsa enim est mala egritudo et facit hominem turpis aspectus atque valde debilitat oculos Cura Confert cuicumque malarum predictarum dispositionum Recipe thutiam et optime pulverisatam secundum modum dictum in 2a particula et mitte in oculum illum pulverem ad minus semel in die et hoc continues facere quousque eger sanatur Item recipe tutiam nomine extinctam et tere cum ea aliquantulum partem caphore et agita in mortario in aqua rosacea quousque fiat bona commixtio et distilla aquam illam in oculos bis vel ter in die Item idem facit thutia bene pulverisata per se mixta cum aqua rosacea Item absinthium recens tritum cum claro ovi et suppositum per noctem oculorum sanguinem et rubedinem tollit de quocumque humore Item teratur ruta cum cymino et misceatur cum vitello ovi [?] confert enim stringit oculum a sanguine coagulato ut dicit Constantinus Item resolvatur aloe in succo feniculi ponatur postea in oculis pruriendibus est optimum ut dicit Plateanus Item lumbrici in igne combusti seu calefacti et extincti ter in vino et pulverisati ponantur in oculos lacrimis fluentibus et sanat eos ut dicit D. Item urina [?] immissa in oculos lacrimantes sanat eos Item teratur ruta cum aceto et melle colletur colatura clarificata ponatur in vitro multum extergit maculas Item lapis vel aliquod ferrum ad ignem et aqua ista oculis immittatur tollit calorem ardorem et acuit visum et confortat oculos et sanat diuturna vulnera seu ulcera eorum //

De debilitate seu continua obscuritate visus De illa obscuritate // c xv.

De visus que homini apparet vocatur cataracte vel migrena [?] vel tenebra in quantumcumque re inspecta non intendo dicere eo quod cura illa est quedam impossibilis in principio et omnino impossibilis in confirmatione Cuius causa est exitus humoris quidam de loco suo Et eius signum est iam perfecte quod cum tu inspexeris taliter oculum patientis tu videbis in medio pupille aliquam rem albam similem quandam vel oculis [illegible] super corneam sic retro existentem Nec de illa obscuritate dicere intendo que accidit ex dilatatione pupille quod homines claris existentibus oculis penitus nichil vident quia talis cura etiam est impossibilis precipue qui est iam perfecte pupilla dilatata In primo tamen talis obscuritatis dum non esset adhuc facta perfecta dilatatio pupille posset curari cum minutionibus et frequentibus purgationibus Sed de illa obscuritate seu tenebrositate visus que accidit senibus hominibus qui multum laboraverunt in vento et sole et quorum tunice oculorum sunt aliqualiter ingrossate Recipe thutie albe et crude ʒ ii zinziberis piperis nigri et piperis longi celidonie ana ʒ ii salis armoniaci ʒ i et hec omnia terantur et reponantur et cum vino inde oculis immittatur Item primum ordeaceum calidum per medium scinde et pulmentum [?] asperge et ad oculos calidum tene multum enim clarificat visum ut dicit Galie[nus]

Et si tu pulverem plexis monta
ni super panem calidum predi
cto modo apposueris atque tenueris
multum valet Item aqua feni
culi immissa in oculum multum acuit
visum Item aqua distillata
mit rosarum feniculi verbene
atque radicum valeriane rute celi
donie eufrasie immissum oculis
valde visum clarificat Item aqua
mirabilis secundum petrum hispanum ad acu
endum visum et ad confortandum
eundem et ad delendum maculas
Recipe feni celidonie tormentille be
thonice plexis montani radicis
acori rosarum rubearum capillorum
veneris policarie gallitrici vel
nichtherschein simul die primo te
ta in vino, 2a in urina pueri
, postea distilletur in allembico quod
primo alba et ut argentum, 2o
ut aurum, 3o ut balsamum Item
semina feniculi petroselini apii
plexis montani anisi carui
gallitrici intemisque radicis celido
nie acori foliorum feniculi be
thonice agrimonie eufrasie tor
mentille rute verbene ana te
rantur simul, et ponantur prima
die in urina puerorum, 2a die
in vino albo, 3a die in lacte
asini, 4a die distilletur per fer
ra Acuit enim visum ut balsa
mum, delet maculam et pannum
, plures experti sunt veritatem huius
aque Succus radicis lilii in
missus oculis ungulas eorum
delet Item cinis pili leporis
oculis iniectus, cum ad macu
lam oculi efficaciter delet Item
omnia fella oculos acuunt Mul
ti falsatores et trufatores se vo
cantes oculistas defraudantes
homines pro pecuniis, et quod peius
est sepe excecantes multa dicunt
et multa de eis dicuntur quo
rum pompam detestare, et
fuge, et sufficiant tibi predicta
de curis oculorum, Nunc de
macula oculi De ungula id est
pellicula que oritur ex ali
quo angulorum vel de pal
pebris et de magna visus
obscuritate, De dilatatione pu
pille aut de cathacarta non
intromittas te si vis stare in
honore, potius tu dare consilia

supradicta ad complacendum ho
minibus Et nota de pilis ver
sis palpebrarum qui sunt valde
pravi et destruentes oculos quod ipsi
sunt extrahendi cum ferro ad
hoc apto, postea locus est inungen
dus cum sanguine ranarum agua
ticarum ad prohibendum ortum aliorum
pilorum Similiter vel sanguis ve
spertilionis vel est semen iusqui
ami aut papaveris nigrum et ova
formicarum et ex illis tritis
fiat pasta que super oculos po
natur Item tere sanguisugas
cum aceto forti et pone super ocu
los Item pulverisa ranam vivam
dem combustam et in balneo po
ne super oculos, et omnes pili
qui ab illis pulveribus tanguntur
cadunt Item vermis qui de no
cte lucet siccatur et inungatur
cum eo locus depilatus non
sunt orituri pilos Item aliqui acci
piunt gummi arabicum et elevant
pilos inversos cum eo et conglu
tinant cum pilis rectis et bene
habent Similiter potest fieri con
glutinando talibus cum terebin
tina frumenti vel cum cera mixta
tera Sed prima medicina est
ut cauterizetur id est adcreatur Nam
postea non renascuntur vel corrupt
torum fissura et incipit palpe
bra putrescit et postea citerizat
et penitus abreviatur Nam fre
quenter pilos inversos generat
laxitas palpebrarum quod est ut
de novissimo, De dolore aurium
Quando aliqua pustula nasci
tur in aure, vel apostema
tur intus, sequitur dolor ve
hemens et pulsus auris et tinni
tus, rubet facies, et tument
vene, et intus aurem inspexeris
apparet constrictio foraminis
interius et quandoque rubor et tumor
ad sensum procedentem Curare et
festinandum est in principio cum
flebotomia cephalice et cum
ventosis in occipite seu super
humeros Et si colera habundat
fiat purgatio ipsius, et fundetur
in aurem oleum rosaceum tepidum
cum parvo aceto Infundit etiam
lac calidum, prout a mamillis est
egressum Et si dolor predicto
modo non quieverit dispoliatur

opium in nucleo oleo rosaceo et
in aurem mittatur. Vel dissolvatur opi-
um in aqua rosacea et guttatim
mittatur in aurem et cum oleis
et aquis frigidis in tinnitu aures
inungantur atque tempora. Si vero autem
egrediuntur fumes tunc frequenter
mittatur ydromel tepidum. Item
recipe sarcocollam aloe thus squa-
mam ferri florem eris. hec omnia
in aceto dissolvantur et in aurem mit-
tantur vel inungantur liquidum vel mitte
et superaspergatur pulvis predictus
et immittatur in aurem quousque
paciens sanetur. // De sonitu au-
ris et tinnitu sine apostemate c.
Tinnitus si fuit ex subti- xxvii
litate sensus tunc signum est
quod non gravatur caput et est tinnitus
iste maior cum homo fuit ieiunus
et minor postquam comedit non est
curandum de eo nisi magnam vim
obtinuerit tunc dissolvantur duo
grana opii in oleo rosaceo et
mittantur in aures. Si autem fuerit
de humoribus grossis et ventosi-
tatibus tunc signum est gravitas
capitis tunc instilletur aure oleum
de semine raphani vel oleum de
amigdalis amaris vel oleum
rosaceum in quo castoreum est dis-
solutum etc. // De gravitate audi-
tus vel surditate c. xxviii
Surditas est naturalis vel
ex forti percussione figuram au-
ris corrumpente ipsa non est cu-
rabilis. Si autem fuerit gravitas au-
ditus vel surditas propter sordiciam
in auris foramen eius opilan-
tem vel propter vermem qui intra-
vit et similiter foramen auris
opilat vel propter apostema ibi na-
tum vel propter flegma grossum
et ventositatem sonantem et de-
scendentem procedatur sic. Si fu-
erit sordicia in aure purgetur
opilans cum instrumento apto
ad purgationem auris. Vel frequen-
ter infunde ydromel vel aquam
rutatam. Vel sic ista superfluitate
mollificata apta sit ad purgati-
onem cum instrumento aurium. Si
autem ibi fuerit vermis tunc
infundantur aliqui succi amari
ex hiis enim vermis moritur. Sic
est succus foliorum persice succus per-
sicarie succus absinthii succus men-

tastri. Si autem fuerit apostema in-
ducens gravitatem auditus vel sur-
ditatem curetur ut predictum est.
Si autem ibi fuerit flegma grossum
vel ventositas procedatur sic. Recipe
coloquintide ʒ. i. mice tritici etiam
viii ʒa castorei aristologie rotun-
de flori absinthii omnium ana ʒ semis
castorei quartam partem viii ʒe
euforbii sextam partem viii ʒe fel-
lis marini quantum sufficit ad pulve-
rem predictum. Cumque uncte sint
aliquid de predicta confectione in
oleo de amigdalis amaris disso-
lutum auri immittatur. Hic enim est val-
de utile dolori de flegmate et
ventositate et sonitu et surditate
que est ex grossa superfluitate [...]
[...]. Et in hoc casu valet oleum
laurinum per se instillatum et aqua
de ruta et vinum decoctionis thimi
De dolore dentium c. xxix
Aliquando gingiva relaxatur
et sic os prolongatur ita quod si
applicatur mandibula dentibus
superioribus sequitur dolor fortis.
Aliquando dens putrescit et demi-
nuitur et perforatur unde etiam sequitur
dolor fortis. Causa autem doloris
dentium est habundancia sanguinis
vel aliorum humorum fluencium ad
locum et corrumpencium dentes
et gingivas secundum qualitatem aut
quantitatem. Signum quod dolor est
ex parte sanguinis vel colere
est rubor vel calor maxille do-
lentis et pulsus arteriarum ibi ex-
istencium. Signum autem flegmatis
est albedo et carnositas capitis
et multa sputatio. Circa. Si
sanguis habundaverit appliatur
cephalica et ponantur ventose sic
per scapulas. Et si habundaverit
flegma purgetur ipsum. Et si vi-
deatur habundancia colere pur-
getur et illa. Et ad omnia in-
iungitur abstinencia crapule et
ebrietatis et modestia cibi et po-
tus et sit vinum eorum debile vel
si sit forte tunc bene lympha-
tur. Et si fuerit dolor de ca-
lida curatur. Infrigidentur super
carbones et recipiatur fumus
ad dentes dolentes per clepse-
dram vel pellam in fundo per-
foratam. Item recipe violas
in vino et tere mora et valent

Item acetum in quo est radix mir-
ri bulita dolorem dencium tollit
si inde os abluatur Item unum
granum opii super dentem dolen-
tem positum vel in eius foramine
si fuerit perforatus stupefaciendo
tollit dolorem Et inungatur maxil-
la cum aquis et succis notis Sed
iuxta flegmaticos bonum est si ablu-
atur os frequenter cum vino decoc-
tionis esule et in tali casu eti-
am valet zinziber in ore retentum
tum quia ipsum expellit propter mul-
titudinem flegmatis Similiter eti-
am valet si diuidis lignum a-
uellane in 4or partes secundum lon-
gitudinem et incendas ipsum et
pone cum extremitate inflamma-
te super ferrum unam Nam inde
distillabit oleum super ferrum quod
si gingiue clarificate et flegma-
te replete inungantur remedi-
antur Et si hiis remediis non
cessauerit dolor tunc incendas
[illegible] et tangatur frequenter
dens dolens exit enim frequenter
dolor alleuiatur Et si nec sic fuit
dolor sublatus necesse erit ut dens
extrahatur De fluxu sang-
uinis ex gingiuis et de putredi-
ne [illegible] c.

Sepe gingiue sine apparente ca-
usa laxitatem faciunt fre-
quenter spuere sputum sanguineum
ad curandum hec sufficit os ablu-
ere cum aceto tepido Sed si assi-
duabitur ablucio aceti tunc ipsum
acetum nocebit dentibus Ad
idem valet ablucio succi quer-
cus Item eorum succus cum
alumine combusto curat et in-
iungatur modestia cibi et potus
taliter dispositis Sed fluxus san-
guinis de ulcere putrido indi-
get bona cura talis enim ma-
xime contingit pueris et in tan-
tum putrefiunt eorum gingiue quod ca-
dere non possunt et cum tan-
gitur ulcus statim effundit san-
guinem et sepe pueri in tali-
bus moriuntur Signa talis
putredinis statim apparent a-
perto ore nam ibi est carne ulce-
rata seu malum [illegible] Cura
secundum Rasim est hec ℞ [illegible]
[illegible] arsenici calcis gallarum alu-
minis omnium partes equales et

cum aceto formentur trocisci et
exsiccentur et cum necesse fuerit con-
terantur unum et cum puluere illo
fricentur optime gingiue et postea
maneat per horam Deinde teneat
oleum in ore Est enim hic mirabi-
le ad hanc egritudinem curan-
dam et putredinem que est in ore
Vel [illegible] et combure de-
inde puluerisa et frica fortiter pu-
tredinem et mitte sanguinem inde
effluere et statim post fricationem
inuolue folia saluie in melle et
pone super ulcera Expertus sum
meo ut indigui aliquociens in
isto De casu uvule c.

Sepe uvula relaxatur et
multum elongatur ultra
naturalem figuram et aliquando generatur
in ea pustula Signa casus seu
relaxationis uvule sunt dolor
in gutture et difficultas transglu-
tiendi et dolor magnus in trans-
gluciendo Et cum paciens aperu-
erit os et deprimitur eius lin-
gua cum ligno aliquantulum lato
et tenui apparet ad sensum pro-
longatio uvule et eius ingros-
satio et si fuit apostema hoc
etiam ad sensum videbitur Cura
relaxationis et apostematis uvu-
le est rectificare humorem fluentem
ad illam Cura A principio
iniungatur abstinentia et precipue
a cibis et potibus calidis et fu-
mosis sicut sepe allea forte vi-
num etc Et fiat flebotomia
cephalice et fiat ventosacio se-
pe (?) Postea fiat gargarisma
cum aqua et aceto decoctionis
balaustie cupuli glandium
et similium rerum constrictiuarum
Item fiat puluis de pipere et
accacia et applicetur puluis iste
cum [illegible] uvule Item radix
lilii celestis scilicet cuius flos est bla-
ueus masticata et succus eius
tunc deglutitus [illegible] sanauit
uvulas Item cinis radicis
[illegible] combuste [illegible] cum
[illegible] uvule eam leuat de-
siccando humorem Item unum
granum opii in ore sub lingua
retentum cito curat scilicet quod
ab eo fuit resolutum non curat
per se sed consolidatur Item
omnes gargarismi de medicinis

stipticis confert Similiter tene-
tur apozima gemitum sub lingua
Et secundum Rasim acetum sal armo-
niacum piper et sinapim et staf-
sagria sambucus sicut [illegible] ori-
ganum sal et nigella coquantur
in aqua et fiat gargarismus De
Squinancia c. xxiiii

Squinancia est apostema guttu-
ris et est valde periculosum
nam frequenter homines moriun-
tur in illo Causa huius apo-
stematis est fluxus sanguinis
et aliorum humorum ad guttur Si-
gna squinantie sunt dolor ma-
gnus gutturis et difficultas ma-
gna in transglutiendo et quandoque appa-
ret rubor exterius et aliquando appa-
ret apostema intus ad sensum
quando os ad summum aperitur et
lingua cum ligno deprimitur
Item febris sequitur continua
squinanticum Item per augmentum
squinantie fit difficulter anhe-
litus intantum quod aliquando suffocantur
squinantici Item per augmen-
tum et statim nichil penitus
possunt deglutire squinantici
Pronostica Squinancia est mor-
bus acutus et plurimum inter-
ficit infra iii dies Item quando
rubor exterius apparet est minus
periculum quoniam tunc humores
mali propelluntur ab interiori-
bus gutturis Item quando squinan-
cia aperto ore ad sensum patet
etiam minus est eius periculum
per rationem iam tactam Sed
quando nec intus nec extra apparet est
magnus timor habendus quoniam
tunc humores pelluntur ad inte-
riora gutturis Unde frequenter
sequitur strangulatio Cura
In principio si apparent domi-
nia sanguinis ut puta rubor
oculorum et faciei et tumor
venarum fiat flebotomia
de cephalica postea fiat purga-
tio colere Si autem appare-
ant signa dominii flegmatis
sicut est pinguedo capitis al-
bedo faciei et pilorum tunc di-
mittatur flebotomia et pur-
getur paciens cum pillulis co-
cheis vel cum aliqua simili
medicina laxativa flegmatis De-
mum applica stercus canini pone

album et siccum et tere et pone
ad ollam novam et mittas for-
titer bulliri quousque densetur
ad formam pulmenti et apponatur
calidum ad modum emplastri in
toto collo et ligetur et fiat flebo-
thomia sub lingua et cito cura-
bitur Item fimus hirundinis stercus
cum melle confectus squinanticos
curat sive deglutitus per vices
sive circum collum emplastratus
Item stercus canini intus cum
galla insuffletur et etiam cir-
ca collum ligetur sive emplastretur
quoniam mirabiliter iuvat ut dicit
Constantinus Item fiat garga-
rismus cum decoctione ficuum cu-
minis caricis cito curabitur paciens
Item a principio bonum est gargari-
zare ea que infrigidant et sti-
ptican Sicut est aqua rosacea
et acetositas malagranatorum et
ut est decoctio glandium et cupu-
larum earum quoniam per talem
gargarisationem repercutiuntur ab
interioribus humores Et si dissol-
vatur aliquid de opio in tali-
bus decoctionibus sucus vel aquis
erit medicamen fortius Et si
teneatur granum unum de opio in
ore et subsequenter hoc quod disso-
lutum est alleviat dolor ad tem-
pus Et si tardaverit apostema
ad collectionem saniei quod con-
tingit statim post tres dies tunc
fiat gargarismus ex oxizimate
vel decoctione ficuum et passularum
aut ex medulla cassie fistule
cum ydromelle De tussi
Capitulum xxv

Tussis est motus pectoris ad
expellendum per cannam pul-
monis aliquid quod in pecto-
re latet Causa tussis est reu-
ma de capite descendens ad
cannam pulmonis et quia hoc no-
cet pulmoni ideo natura labo-
rat per tussim id quod defluxit
Item causa eius est pleuresis
et peripleumonia et plures sanies
in pectore vel pulmone colle-
cta Et quandoque causa tussis est
ulceracio pulmonis Item fleg-
ma grossum in pulmone collectum est
causa tussis Item nimia frigi-
ditas aeris etiam facit tussi-
re aut ideo quod fit reumatismus

descendente ad pulmonem aut
quia penetrat profunditatem pul
monis. Signa quod tussis est propter
reumatismum sunt ea quod reuma pro
uocatur tussim. Primo naturaliter
precedit eam et est tussis in capita
ti. Et si fuerit reumatismus subti
lis nichil eicitur per tussim. Et
si fuerit reuma grossum tunc
eicitur flegma grossum et glo
biosum. Et si fuerit propter pleuresim
et peripleumoniam signa supra dicen
tur. Et si fuerit propter flegma gros
sum tunc difficiliter per tussim ali
quid excreatur et illud quod ex
creatum fuerit est grossum. Et si
fuerit propter saniem et ulcera pul
monis hic indicatur per screatum sa
guinis vel saniei. Et si fuerit
propter frigiditatem aeris indicabi
tur tibi ex eo quod paciens diu fu
it in aere frigidissimo. Pronostica
cio. Tussis si non fuerit debito
modo et tempestiue curata in
ducit ptisim id est consumpcionem tocius
corporis vel asma id est difficul
tatem anhelitus. Primo si diu du
rauerit debilitat cor et pulmo
nem et epar et virtutem tocius
corporis. Cura. Si fuerit tussis
de catarro curetur catarrus
ut supra dictum est in capitulo suo
et cessabit tussis quia cessan
te causa cessat et effectus. Et si
fuerit tussis propter pleuresim fiat
cura pleuresis ut infra dicetur. Et
si fuerit propter saniem collectam ex
pleuresi vel propter ulcera pulmo
nis ex eis consequencia curentur
etiam leniter ut infra dicetur. Et
si fuerit tussis propter flegma
viscosum in pectore et de pul
mone collectum purgetur pa
ciens cum trociscis vel agarica
tum tollagnitida vel cum aliqua
medicina composita ad propositum
valente. De qua dicetur in ultima
particula. Et detur in fine ex
hiis trociscis. Rx seminis feniculi
seminis petroselini apii siseri li
quiricie capilli veneris ami
gdale omnium partes equales
ex hiis cum mucillagine se
minis lini conspersis formentur
trocisci ex quibus ʒ ij detur
ad potandum cum vino de mane
et sero quod reddit dormitum pa

ciens. Item decoctio foliorum ysopi
cum vino et postea dulcorata cum
melle et potata mane et sero
expellit multitudinem flegmatis
a pulmone et pectore per tussim.
Similiter valet similis decoctio
enule campane. Item semen ur
tice decoctum cum zuccaro viscosum
flegma a pulmone expellit. Et
si tussis fuerit antiqua et no
ciua adeo ut non permittat egrum
dormire tunc Rx mirre storacis
opii omnium partes equales et for
mentur ex hiis pillule et detur
una vel due. Similiter valet sy
rupus de papauere cuius descripcio
ponetur in ultima particula. Et
similiter valent pillule confecte
ex equalibus partibus piperis et
opii si sumantur una vel due.

De asmate c. xxvj.

Asma est difficultas anhe
litus. De difficultate an
helandi que contingit propter pleu
resim vel propter peripleumoniam aut
propter apostema non est presentis
capituli determinare nec de ea dif
ficultate anhelandi que contingit
propter sinanchiam sed de ea dif
ficultate anhelandi que con
tingit hominibus nentis qui nec
sunt diu simpliciter sani nec simpliciter
egri et frequenter accidit talis
difficultas senibus et ambu
lant tales pacientes comedunt
et bibunt atque alia opera sana
faciunt nisi quod difficulter anhe
lant et talis difficultas an
helandi vocatur asma. Causa
asmatis est flegma grossum
et viscosum latitans in po
ris pulmonis propter quod aer
non potest bene illum ingredi
vel grossa ventositas similiter
opilans. Item aliqua excrescen
cia in meatibus aeris ad pulmo
nem opilans et constringens
meatus aeris ita quod libere non
potest subintrare. Item reuma
defluens a capite ad pulmo
nem. Signa asmatis patent
ex auditu pacientis. Item aliquando
auditur sonus magna procedia
in expiracione vel inspiracione
pacientis. Item pacientes sunt et
suffocari volunt cum supini
iacent et cum sedent alleuiatur

Item ipsi non conferunt de dolo-
re s. tm̄ de grauitate pectoris
Item ipsum asma sequitur gro-
uitatiue tussis. Prenosticacio
est difficilime cure et precipue
si aduenerit senibus nec est longa
fiducia in eis presertim si aliquan-
diu durauerit. Et si sint vetres
et paciens non fuerit valde
senex presumendum est de cura
Cura. hec porro e sim rasim
danda. Rx. sticados citrinarum
ʒ. x. dactilorum seminis apii se-
minis feniculi capilli veneris
liquiricie ysopi ana ʒ. iiii. Ista co-
quantur in tribus libris aque
donec redeant ad unam. De
hac decoctione detur egro tri-
bus diebus cum pondere duorum
aureorum huius electuarii cuius
est hec confectio. Rx. succi liqui-
ricie ysopi capilli veneris
ana ʒ. x. 10 coriandri pi-
peris et amigdalarum ama-
rarum aristologie rotunde se-
minis urtice ana ʒ. 7. mel
despumati quantum sufficit. hoc
enim electuarium superfluitates
que sunt in pectore mirabiliter
expellit. et est optimum dandum
per ebdomadam unam continue
Et cum venter egri ex hiis pil-
lulis est solvendus. Rx. agari-
ci ʒ. x. colloquintide elacterii
ana ʒ. 7. ʒ. vini quoque succi liqui-
ricie ʒ. similiter fiant ex hiis
pillule. sed hic iterum redeat ad
bibendum electuarium et potum
superius descriptam. et iterum
ad ventris solucionem hoc sepe
faciendum est donec eger sani-
tati restituatur. abstineat a
nutrimentis grossis ponticis
et acetosis. Th. Rasis. Ut ait
fiet purgacio cum aliqua
alia medicina ad hoc valente
quarum descripciones invenies
est in ultima particula. Et sci-
as quod decoctio ysopi vel camil-
le campestre. vel urtice seminis
multum talibus confert. quia
incidit grossum flegma. et fa-
cit ipsum excreare per tussim.
Item asa fetida data in sero
cum suis similibus opilacionem
frigidam de grossis et visco-
sis humoribus existentibus in
pulmone aperit. Ut dicunt pla-
tearius circa instans et Con-
stantinus. Item pulmo vulpis
exiccatus et pulverisatus et bibi-
tus a proprietate valet asmaticis.
Et si illo modo non curatur asma-
ticus circiter purgetur. et pos-
sint opiata relevatur. Vigeat
ut si hodie purgatur tunc de
vespere et cras detur opiata
Et semper consideretur virtus
infirmi ne nimis multa la-
xativa aut nimis multa opi-
ata habeantur. quia ex hiis
virtus penitus deficeret. unus
potius considerata incurabili-
tate egritudinis dimittere eger
moriet ab infirmitate sita prop-
ter instigacione de difficultate sine
compilatur ut committat se in ma-
nus summi medici dei patris om-
nipotentis etc. De pleuresi. c.
xxviii.

Pleuresis aliqua est vera
aliqua non vera. Vera
pleuresis est apostema natum
in diafragmate vel in panniculo
costarum. Sed non vera est
apostema natum in carne costa-
rum. Causa pleuresis est san-
guis simplex ad locum diafra-
gmatis confluens vel sanguis
mixtus cum colera ut cum fle-
gmate vel cum melancolia.
Signa pleuresis vere sunt do-
lor valde pungitivus inter costas
et fortis febris. Item continua
tussis. et continua excreatio. et
quod a principio est sputum ru-
beum. et hic fiat sanguis ha-
bundancia. quod autem est citri-
num et hic fiat dominium colere
magne vel nigre. Et si fuerit
apostema in carne costarum. tunc
est dolor minor. calor minor
et tussis minor. Item in pleu-
resi vera quod infirmus iacet
super latus oppositum pleure-
si. tunc sentit in latere infir-
mo quasi ibi esset graue ad
suspensum. Et dolor fit quod
quod generatur vehemens do-
lor inter costas. non propter ali-
quam humorum collectionem. sed
propter ventositatem grossam et
eius signum est quod non est calor
in corpore patientis extrameus

ut cogatur tussire. Et ex avena
decocta et loco doloroso fomentato
dolor mitigatur, nec oportet aliud re-
gimen adhiberi, nisi quod cum fo-
mentationibus calidis et unguentis
calidis vel oleis ventositates dis-
solvantur. Et scias si tu poneres in
pleuresi fomentum aliquod calidum
super locum dolorosum, augmen-
taretur dolor. Similiter fieret de
unguentis aut oleis calidis. Pro-
nosticatio. Est de morbis valde
acutis, et nisi debito tempore suc-
curratur, cito deducit ad primum.
Item si statim a principio apparet
sputum coloratum, expectatur
velocior crisis, i. velox motus mor-
bi aut ad vitam aut ad mortem
ut puta 4o 7 1 die. Item si a
principio fortiter tussit eger ut
cum aliquid excreat, indebilis
est diuturnior, quia materia est
grossior, et ad maturandum diffi-
cilior. Circa curam pleuresis
vere est magna diligentia ad-
hibenda, quia cito consuevit in-
terficere, et omnibus modis qui-
bus medicus poterit debet ingeniari
ad infrigidandum sanguinem et
ad reprimendum materiam ab apo-
stemate, et hic in principio. Et
si dolor a dyafragmate sursum
vergit fiat flebotomia apte
oppositi. Sed si dolor vergit ad
inferiora fiat [illegible] pectoris
purgatio. Deinde infundatur pan-
nus in aqua frigida vel succo
frigido, sicut est aqua rosa-
cea, violacea, succus semperviue,
ceteris dictis in primo capitulo, et po-
natur super locum doloris, et
frequenter removeatur, removea-
tur et reponatur iterum. Sit autem
aqua vel succus fomentationis
in estate actualiter frigida et
in hyeme tepida, et detur egro
ad potandum sero et mane ali-
quis syrupus frigidus, sicut est
syrupus rosaceus vel syrupus
de papavere vel aliquis ali-
us. Et si ex hiis remediis fu-
erit pleureticus aliquantulum
alleviatus, tunc procedatur ad
regimen quousque incipit excre-
are saniem, et abstineat a
vino forti et bibat tisanam
et ab omnibus rebus calidis
et condimentis. Utatur sorbiciis
de avena vel ordeo factis et bro-
diis carnium. Sed si hiis adhibitis re-
mediis accidentia egritudinis que
sunt febris, dolor, tussis non mi-
norantur sed augmentantur, timen-
dum est de casu virtutis egri. Ut
fortasse medicus non excusatur
quin oportet ipsi egro dare opiata
sicut est requies magna vel
philonium Iohannis Mesue vel
philonium de compositione mea, et
hec fiat solum si alia remedia
non alleviant ut predictum est. Et
melior hora dandi esset primum
noctis. Sed si nocturnis inimicabitur non
oportet ut eadem hora expectetur. Se-
cundum cum sputum inceperit ingrossa-
ri et sanies excreari, dimittatur
illa infrigidatio et fiant empla-
stra maturativa, sicut sunt deco-
ctio ficuum, sinapi vel decoctio mal-
ve in oleo vel in aqua, vel aliquod
maturativum, de quo dicetur in capitulo
de cura apostematum. Et dentur sy-
rupi vel plures ad eleniendum
quibus lavatur pectus ad ex-
pulsionem saniei, sicut est decocti-
o enule campane et precipue
decoctio bona ysopi cum vino
et dulcorata cum melle. Et ut
sunt alie medicine pectus mun-
dificantes, de quibus dictum est
in capitulo de tussi, et de quibus
dicetur in ultima particula. Et
si sic fuerit curata, sed ea ulcera
relicta per exitum saniei, bene
quod deinde ponantur unguen-
ta vel emplastra consolidativa
super locum doloris, de quibus
etiam dicetur de cura aposte-
matum et ulcerum in ultima par-
ticula, et dentur intus potio
ea que consolidant et sunt
prodia balaustia bolus arme-
nus folia plantaginis etc.

De peripleumonia c. xxxiiii.

Peripleumonia est apostema
natum in pulmone. Cau-
sa eius est sicut pleuresis. Si-
gna sunt hec: maxima dif-
ficultas anhelandi et excrea-
tio sputi spumosi. Item febris
continua. Item intensus rubor
genarum. Pronosticatio fiat
eadem sicut in pleuresi. Et
nota quod in peripleumonia non

est dolor quia substantia pulmonis est sine sensu sed sentitur gravitas in pulmone et in pectore. Sed in pleuresi est vehemens dolor. Circa curatur peripleumonia cum flebotomia et medicinis aliis sicut per pleuresi sive ante maturationem saniei sive post. De precie sanguinis cum sputo etc.

Si sanguis exierit de capite, tunc signum est quod exit cum rasticatione tunc non est timendum quia cito curatur cum gargarisatione rerum stipticarum. Si autem exit cum vomitu hoc fit propter apertionem alicuius vene in ysophagis nec de hoc est timendum quia cito curatur cum usu medicinarum stipticarum. Si exierit cum tussi de hoc valde timendum nam hic fit propter apertionem alicuius venule pulmonis. Unde sequitur ptisis, i. desiccatio nisi festinanter succurratur. Iste igitur fluxus sanguinis sic curetur: fiat a principio flebotomia de basilica. Deinde detur philonium de descriptione Johannis Mesue vel quod est de descriptione mea vel de aliis trociscis Rasis.

℞ sanguis draconis ʒ. 2. canabe ʒ. 1. ematites terre sigillate ambroni ʒ. 10. alumis ʒ. ii. et seminis kalanstie ʒ. 3. opii ʒ. ii. Ex his omnibus fiant trocisci quorum quolibet libra ʒ. ii. et quotidie unus tribuatur.

De ptisi c. xxx vi^t decca

Ptisis est ulceratio pulmonis cum consumptione totius corporis. Causa ptisis est id quod pulmonem ulcerat sicut est acutus reumatismus a capite ad pulmonem descendens et fortis ac frequens tussis et pleuresis et peripleumonia casus seu percussio. Signa sunt febris ethica continua tussis screatio saniei vel flegmatis globosi et fortasse aliquando sputum sanguinis. Item corpus nimis extenuatur intantum quod in ptisico non manet nisi cutis et ossa. Item sputum saniosum proiectum super carbones fetet et proiectum ad aquam descendet ad fundum nisi a flegmate pressum detineatur. Et ideo tunc dividenda est sanies a sputo cum ligno et tunc descendet. Item quorum pili defluunt et ungues incurvantur. Pronosticatio. Ptisis confirmata non curatur et est tunc confirmata quando pili defluunt et ungues incurvantur et sputum est saniosum ita quod proiectum in aquam descendet ad fundum aut proiectum super carbones fetet. Item quorum corpus est nimis extenuatum. Sed si fuerit in principio et cum hoc fuerit iuvenis et carnosus erit spes cure. Ratio autem difficultatis cure ptisis est quia omne ulcus indiget consolidatione et consolidatio indiget quiete. Sed pulmo est in continuo motu et ideo difficile est ipsum consolidare.

Circa. Duplex est huiusmodi intentio circa ptisim. Prima ut mundificetur ulcus pulmonis; 2a ut consolidetur. Mundificatio completur cum hiis que faciunt excreare flegma et saniem de quibus dictum est in capitulis duobus precedentibus scilicet de pleuresi et de peripleumonia. Consolidatio autem fit cum hiis que habent virtutem constrictivam sicut est bolus armenus spodia balaustia ypoquistidos lotus. Et utuntur medicine interius quando in dyapapaveris vel in philonia vel in egenta de quibus dicitur in ultima particula. Etiam de syropis mundificativis pectoris sicut est syropus de ysopo vel de squilla et de syropis infrigidativis et constrictivis sicut est syropus de papavere et aliis consimilibus dicetur sufficienter in ultima particula. Dormitio conveniente et dieta istorum ordinetur sicut dieta ethicorum de quibus dictum est in capitulo de ethica febre. Et lac asininum eis summe valet et post eum lac caprinum, postremo lac vaccinum. Et debet eis tribui ita lac calidum sicut extrahitur de mamilla. Etiam eis valent sicut sunt decocte amigdale dulces et ordeum decoctum cum

bradyre bonis etc. de aliis dictis
in capitulo de ethica. Et caveas tibi
summe ne fortiter laxes per sincopen
quia sequeretur fluxus quem tu nun-
quam posses restringere quod sepe
contingit stolidis medicis

De tremore cordis c. xxxi

Tremor cordis vocatur ali-
o nomine cordiaca et non
differt a sincopi nisi quia minor
est quam sincopis. Est enim sincopis
propinqua mors. Causa sincopis
est transmissio vaporis venenosi
vel resolutoris ab aliquo humo-
re ad cor sicut frequenter contin-
git mulieribus patientibus men-
struorum restrictionem et ideo causa
eius potest esse colera rubea vel
nigra vel flegma. Item nimia
angustia et tristicia mentis est
causa tremoris cordis. Signa
tremoris cordis patent ex indiciis
patientis et pulsus est tremulus.
Signa autem superhabundantis hu-
moris percipiuntur ex urina et ex
corporis habitudine et aliis mo-
dis ut patuit in capitulo primo
prenosticorum. Quibus cor frequenter
tremit subito moriuntur. Item
si quis est passus diu cordis tre-
morem sincopi superveniente
illud est mortale. Cura est ut
evacuetur humor superhabundans
quo ante evacuationem statim
aliqua cordialia dentur. Ut
si fuerit caliditas superhabundans
dentur cordialia frigida qualia
sunt rose sandali nenufar cam-
phora acetula acetum sirupus
malogranatorum citri citrangu-
li aqua rosacea et fructus
aromatici sicut sunt citonia
pira dulcia poma lacar ace-
tosum ... viola coralli spo-
dium aurum argentum etc. Et
si fuerit morbus de causa
frigida dentur cordialia cali-
da qualia sunt ambra mu-
sci storax calamita lignum alo-
es gariofili cortex citri nux
muscata cynamomum semen ma-
ioranne semen basiliconis vi-
num aromaticum ... mar-
zedicam etc. Item contra car-
diacam et sincopim et omnem
passionem cordis Rec. limature
auri ʒ i. ben albi et rubei

ana ʒ ß corallii albi et rubei ʒ ʒ
margaritarum perforatarum et non per-
foratarum ʒ i. ossis de corde cervi ʒ
semis fiat pulvis et utatur pati-
ens in cibis et potibus. Item vinum
aromaticum in quo ponitur lignum
aloes per aliquod tempus et de-
tur ad potandum. Item pulvis bla-
tte bisancie cum siropo boraginis
et aqua rosacea commixtus cordi-
ace est optimum remedium. Item
os de corde cervi cum bono vi-
no limphato cum aqua rosa-
cea vel cum aqua buglosse o-
ptimum est in omni cordiaca. Pur-
gat enim melancoliam a capsula
cordis. Alie medicine compo-
site confortantes cor videbun-
tur in particula ultima

De dolore stomachi c. xxxii

Cause doloris stomachi sunt
aut apostema sive natum a
aliquo humore sicut est flegma
colera melancolia vel ipsorum in-
durato. Signa apostematis
sunt calor febrilis in toto cor-
pore et dolor valde vehemens
ab umbilico et superius ubi est
locus stomachi et fortis sitis
pulsus frequens et velox. Si
autem colera superhabundaverit
urina est rubea et ...
amaritudo oris et
quandoque vomitus colericus. Item
sitis multa et defectus appeti-
tus cibi. Item ab omnibus cali-
dis leduntur sicut a vino for-
ti et ab aliis condimentis cali-
dis ciborum. Sed si habundaverit
flegma dulce vel viscosum
urina est alba et grossa et ad-
est defectus cibi et potus et
quandoque vomitus flegmaticus.
Sed si habundaverit melancolia
tunc urina est alba et clara
et quandoque etiam isti evomunt me-
lancoliam et quandoque habent ex hoc
appetitum caninum et precipue si ha-
bundat flegma acetosum. Nam
tunc multo plus appetunt cibum
taliter patientes quam digerere
possunt. Item ex imbibitione
colere in stomachum sequitur quandoque
singultus vel si etiam cum cole-
ra fuerat alius humor commix-
tus. Item signum indicans
omnis stomachi patet per tactum

Prenosticatio. Apostema stoma
chi est de morbis acutis. Nam
frequenter infra octo dies interficit.
Item replere stomachum est cau
sa indigestionis et primis causa omnium
morborum. Est enim stomachus sicut
coquus totius corporis. Quod enim
non bene coquitur in stomacho
numquam bene potest decoqui in a
liis membris. Item indignatio
stomachi cum extenuatione to
tius corporis est valde timen
da. Item singultus frequentes post
corporis multam inanitionem
est mortalis. Item vomitus si
cum fluxu ventris est periculosus
et curatur passio colica. Cura.
Si fuerit apostema fomentetur
stomachus cum aquis vel succis
frigidis vel ungatur cum oleis et
unguentis frigidis. Abstineat
patiens a vino et a cibis cali
dis. Utatur ptisana et cibis fri
gidis et lactucis et syrupis et ele
ctuariis frigidis. De quibus omni
bus dicetur in summa prima. Et si
te novitas urget adhuc consist
medicinam comparatam. Unde quia
pauci evadunt honestius esset pro
nosticari et abire. Si autem
habundaverit aliquis humor pur
getur cum medicinis convenientibus
de quibus dictum est satis supra
de febribus et adhuc in secun
da particula multe bone et exper
te medicine describentur. Attamen
in omni purgatione semper con
sidera virtutem ne magis
debilites egrum. Et si post
convenientem purgationem adhuc
fuerit punctura vehemens
administrentur aliqua de opiatis
considerata virtute infirmi
et quantitate medicine ne tu
mortifices laborantem. Et contra
singultum multum valet re
tinere anhelitum. Et est vii
de gariofilis. Indignatio autem
curatur cum convenientibus pur
gationibus et cum unguentis vel
oleis calidis et confortantibus.
Item frequens potus piper mel
le specialiter valet contra indi
gnationem stomachi. De infir
mitatibus epatis c. xxxiii.

Epar aliquando apostematur. Ali
quando ex humoribus opilatur.
Unde aliquando multum debilitatur
ut nullo modo sanguinem decoquat
ad perfectum. Signa autem infirmi
tatum predictarum sunt aut discra
sia i. mala complexio sive frigi
da vel calida vel aliquis super
habundans. Item casus vel per
cussio. Signa apostematis sunt
febris sitis et dolor super ypo
condrium dextrum sub costis infe
rius. Signa superflui caloris
sunt urina rubea et sitis. Et si ha
bundaverit frigiditas est urina al
ba, et aliarum plures significationes
urinarum quere in particula prima.
Item si habundaverat colera vel
sanguis est urina rubea. Si autem
habundaverat flegma est urina al
ba et grossa nisi affuerit opilatio.
Item si fuerit virtus epatis val
de debilitata sequitur inde ydro
pisis. Si autem fuerit porus fellis
opilatus sequitur yctericia. Pronosti
catio. Infirmitas epatis ex lon
ga repletione aliquando proveniens
yctericia vel ydropisis faciliter re
cipit curam. Sed si fuerit senibus
ictericia vel ydropisis erit cura
difficilior. Item apostema epa
tis difficiliter curatur. Alie
prenosticationes de yctericia et ydro
pisi patebunt in locis suis. Cu
ra apostematis epatis est ut
fiat a principio infrigidatio cum
succis et aquis frigidis et pre
cipue ut in istis infirmitatibus sacu
larium in quo sunt sandali et en
divia et fiat electuarium de ka
sia fistula cum succo brachy et syrupi
infrigidativi a principio quales
sunt syrupus de papavere vel
endivie et consimiles. Item electu
aria frigida et precipue cum sim
plicibus frigidis s. speciebus [illegible]
[illegible] eboris vel camphora. Et
quando in statu declinationis cu
retur per eorum convenientem pur
gationem. Et debes scire quod
possibile est ventositatem congregatam
[illegible] in regione epatis et tu
cognosces eam per avenam tostam
et calidam tu pones super locum
doloris et si ex hoc minuitur
dolor est de ventositate. Et tunc
non indigebis alia medicina
sed cum istis [illegible]
curabis. Si autem dolor augetur

est de apostemate Unde continuo debes ipsum deponere quia tu augmentares apostema, et debes applicare infrigidativa. De ytiricia c.

De cura ytiricie ca. xxxiiii

Que fit in febre vel sine febre est et ad aliam curatio Nam in ea que fit in febre debet primo febris curari et postea dentur remedia applicari que habent virtutem aperitivam et infrigidativam epatis qualia sunt Rx radice ebuli siccum epatice ceci prout videbitur expedire saponis gallici ad quantitatem castanee unius hec omnia pone in panno lineo et agita in aqua fontis donec virtus eorum dissolvatur et ignorantia exprimetur efficaciter valet Item urina pacientis bibita valet et quasi infra 3 dies sanat Item sola radix cicoris bibita curat et hic fiet per plures dies Item aqua dentonimis radicis aceti et rorum rubeorum potui data est summum remedium Item optime valet succus plantaginis usque ad medietatem sui decoctus et potatus omni mane et potest bene sirupari si placet Item pulvis croci dissolutus in aqua et potatus curat Item succus centumnodile bibitus febre terciane precipue et quasi omni febre ytirie incipiente prodest et debent fieri semper decoctiones et clarificari Item semen solatri vel pulvis foliorum eorum ictiricam per urinam curat Si autem fuerit ictericia sine febre tunc curetur ut infra dicetur Causa ictirie est opilatio porri fellis et quia colera non potest separari a sanguine mixti fellis Ideo decurrit cum eo per totum corpus et inficit ipsum Signa ictirie sunt citrinitas oculorum et faciei et totius corporis Item urina apparet citrina vel si conspexeris eam quoniam spumat et spuma eius apparet citrina Prenosticatio Si ictirina venit in febre in die cretico ut 7 4 vel 1 die est signum bonum quia colera nociva expellitur Si autem non venit non in diebus creticis ut in 3 vel 6 vel 8 die non est signum bonum quia humores nocivi expelluntur per eam Item ictirina cum ydropisi est signum perniciosum Cura fiat purgatio colere frequenter cum reubarbaro vel cum electuario de succis rosarum vel cum aliis consimilibus et agaricus efficaciter valet datus cum zinzibere et zuccaro Item lumbrici terrestres exsiccati infirme valent Postea si necesse fuerit fiant etiam alia remedia superius descripta Et scias quod pillule de mea descriptione quas in fine ponam sunt sine pari

De ydropisi capitulum xxxv

Ydropisis est error virtutis in toto corpore secundum imitatorem virtutis in epate Sunt autem tres species ydropisis scilicet yposarcha aschites et tympanites Yposarcha est quando totum corpus inflatum est aschites est quando venter solum et pedes inflati sunt Tympanites est quando solus venter inflatus est Causa ydropisis est omne id quod debilitat epar sive hic fit distemperantia solum vel humor aliquis superfluus aut apostema aut qualecumque aliud ut potest casus vel percussio et maxime contingit ex inordinato regimine quod humores in epate multiplicantur qui faciunt opilationem et debilitatem epatis Signa singularum specierum ydropisis iam dicta sunt et si fuerit ydropisis de causa calida tunc urina est valde rubea Si autem fuerit de causa frigida tunc est in colore remissa Prenosticatio Yposarcha est facilioris cure Aschites vero difficilioris Tympanites difficillime est cure sed de causa frigida est facilioris cure Item si in aschite vel tympanite fuerit virtus debilis atque fuerint brachia extenuata et pectus et facies fit ydropicus desperatus de ista vita et disponat se ad vitam futuram Item si contingerit cum ydropisi laxativa exit spes de infirmo maxime si aliquamdiu duraverit Cura ydropisis est cum medicinis diureticis

i. prouocatiuus urine, et laxatiue
medicine raro debent ammisceri
nam frequens laxacio inficit
ydropicos. In causa calida ydro-
pisis si sint indicia purgacio fi-
at de mirabolanis citrinis et
kebulis, vel cum reubarbaro
vel cum cassia fistula. Et tu po-
teris eligere ex medicinis la-
xatiuis. Item in calida causa
quam in frigida, ex hiis que dicta
sunt in hiis et in 2a particula
Vel poteris recipere aquam tibi
magis placentem inter eas que
describuntur in ultima particula
et inter omnes magis commen-
datur ydropisi lanceola i.
meserion. Nota quod si ydropicus
habuerit fluxum ventris, tunc
dyaquilone sibi valde competit
nam ipsum stringendo ventrem
urinam prouocat. Item experi-
mentum in causa calida recipe
succum plantaginis et epatice
et reple ollam terream fere
usque ad summum, et tunc cooperiatur
cum pelle tenui, vel cum pan-
no lineo, et fortiter ligetur et
cineres ponantur desuper, et
sic bulliant super prunas us-
que ad medietatem, caueat tamen
ne ignis sit nimis fortis, de-
inde coletur liquor et dulco-
retur cum zuccaro et potetur
mane et sero quotidie et
curabitur perfecte. Item aqua
distillacionis epatice endi-
uie rostri porcini floris ne-
nufaris omni sero et mane
potata curabit. Item succus
radicis yreos etiam yreis
cum succo morelle i. solatri
despumatus et colatus et cla-
rificatus, curat omnem ydro-
pisim siue sit in causa frigida
siue calida. Item in omni causa
potest fieri decoctio radicum
feniculi yreos endiuie capil-
li veneris eupatorii sandalo-
rum cynamomi, et dulcoretur cum
zuccaro et valet. Item in ca-
lida quando non est multum con-
firmata ydropisis, cito sana-
bitur cum usu frequenti endiuie
comeste et potu decoctionis
eius. Item confert multum
emplastrum super epar de urtica

plantagine et aceto et farina or-
dei. Item emplastrum de sandalis et
utatur tali optimo et experto electu-
ario. Recipe sandalorum omnium ana ʒ.2.
spodii rasure eboris ana ʒ.1. et
seminis ozimi rubee ana ʒ.2. se-
mina frigida mundata ana ʒ.1.
seminis endiuie portulace ana
ʒ.2. zuccari libram .1. fiat
cum decoctione endiuie electu-
arium, utatur omni mane in bo-
na quantitate. Et si sclirosis epatis
non sint resoluta totaliter abs-
que dubio liberabitur. Sed in cau-
sa frigida fiat purgacio cum
turbith siue zinzibere et detur
omni mane et sero aqua distil-
lacionis ebuli vel nasturcii appii
petrosilini feniculi vel sambu-
ci vel raphani vel yreos. Et
huiusmodi aque curant omnem ydro-
pisim frigidam curabilem. Ta-
men aqua ebuli et sambuci
laxant. Item vinum decoctionis
radicis ebuli potatum omni ma-
ne et sero perfecte curat. Item
est summum remedium decoctio ra-
dicis sambuci. Item decoctio
sinapis bibita valet. Item
hirundinem antedictam sanant ydro-
pisim frigidam. Secundo quolibet
mane unum cocleare urine ca-
pre nigre vel ouis nigre in
qua decocta sit spica nardi. Item
urina bibita pueri per 14 di-
es mane affert remedium. Item
tympanites specialiter curetur
cum oleis et unguentis consumen-
tibus ventositates, quia ille
abundant in ea, sicut est oleum
laurinum nardinum ruthaceum et si-
qua sunt similia. Et similiter
recipiantur medicine per os
et iniciantur per clistere que
resoluunt ventositates, sicut
est ciminum anetum anisum ruta
et consimilia. Et si urina fu-
erit valde rubea, tunc oportet
quod semper addantur aliqua
frigida super epar. Et debes
scire quod qua fomentacio ma-
xime valent ad consumpcionem
ventositatum que dentur ad po-
tandum siue supra ventrem in-
ungantur. // De opilacione sple-
Opilatur // nis [illegible] cxxxvi
et induratur splen [illegible]

et inordinatum regimen cibi et potus
Vel tamen generatur de melancolia. quia
splen eam consumere non potest
nec per eam expellere aut per e-
moroydas aut per menstrua. Signa
opilationis splenis sunt dolor
in sinistro latere sub costis et
non potest paciens subtus costas ma-
num ponere et manifeste tangi-
tur res dura. Item urina est
[illegible] intus. Prenosticatio
duricies splenis inducit maci-
em in toto corpore. Item est fre-
quenter causa ydropisis. Item frequen-
ter commitatur febrem quartanam propter
multam humorum adustionem. Item
si aliquamdiu duraverit erit diffi-
cillime cure et fortasse non re-
cipit curam. Item si urina fu-
erit rubicunda valde est diffi-
cilioris cure. Cura. Primo fi-
at purgatio cum medicina pur-
gativa melancolie sicut est sene
lapis lazuli epithimus et lingue
Et prodest multum minuere de
salvatella sinistre manus. Et
prodest valde bibere propriam uri-
nam de mane atque frequenter
lavare latus cum propria urina
Item radicis lappacii acuti et
folia eius decocta in aceto suppo-
sita spleni contra duriciem et in-
flationem splenis hic summum est
remedium. Item radix malve
mixta cum sepo arietino radice
tamen prius decocta summe valet
pro duricie splenis. Item vinum
decoctionis fraxini a ieiuno do-
lorem splenis tollit. Et debet
fieri inunctio cum dyaltea et
oleo laurino. Item decoctio ra-
dicis sambuci splenetico mire
iuvat. Item valet dyasulfur
Item agrimonia in vino sumpta
splenem consumit. Item vinum de-
coctionis corticis salicis bibitum
et emplastratum duriciem splenis
liquefacit. Item folia salicis
trita cum modico sale supposita
spleni dolenti illico dolor cessat
Item viscus arboris cum cal-
ce contrita est medicina experta
in duricia quarumcumque. Item fil-
trum infusum in aceto calido su-
perpositum spleni multum prodest
Item stercus vaccinum exsiccatum
tritum cum aceto est bonum et

si sulphur apponatur erit melius
Similiter valet stercus caprinum
Item emplastrum in causa calida cum
flore salicis decocto in aceto est mi-
rabile. Item emplastrum de sinapi
et aceto confert mirabiliter. De
yliaca et colica capitulum

Yliaca passio dicitur ab inte-
stino yleos grece. Colica
autem dicitur ab intestino
colon grosso et inferiori. Cau-
sa yliace et colice aut est opila-
tio propter feces aut aliquis hu-
mor ibi existens scilicet vel calidus
vel frigidus aut est ventosi-
tas descendens ad aliquod in-
testinorum. Signa yliace sunt
vehemens dolor circa umbili-
cum et propter magna angustia
infirmi et est dolor perforativus
ibi et quandoque cogitur paciens vo-
mere stercus et est constrictio
inferius. Signa colice sunt do-
lor vehemens inter umbilicum
et pectinem. Nam ibi est locus
colon intestini et est constipa-
tus paciens et propter nimiam opila-
tionem quandoque etiam paciens
vomit stercus. Prenosticatio
Yliaca passio si diu duraverit
causat paralisim brachiorum
et genuum pedum. Item inducit
quandoque sinthesim et extenuatam
maciem. Item si causa fuerit
calida vel frigida patebit ex
urinis. Cura utriusque passionis
est per evacuationem humoris pecca-
ntis vel fecis et maxime va-
lent in istis infirmitatibus clis-
teria que sic parabis. Recipe re-
laxativam [illegible] et impone
modicum de sale et sapone de
oleo et si videtur tibi necesse
impone aliquam medicinam la-
xativam sicut turbith vel a-
garicum aut coloquintidam aut
scamoneam secundum quod virtus patientis
poterit sustinere. Et debes
scire quod securius est facere pur-
gationes per inferiora quam per
superiora et etiam fortius multo
plus dare de medicinis la-
xativis per inferiora et etiam mi-
nerent medicine per inferiora
quam per superiora. Et tunc facta
purgatione per superiora vel
inferiora secundum quod tibi videtur

melius expedire · si fuerit curatus
paciens bene quidem · sin autem non
timet. De stercore lupi quod pota-
tum similiter ventrem solvit et coli-
cum sanat. Item intestinum lupi
ligatum super ventrem sanat. Item
cinis intestini lupi sanat bibitus.
Item cornu cervi maxime iuxta
partem illam que iuncta est capiti
limatum et potatum sanat. Item
coralli rubeus potatus cum aqua
pluviali valet multum ad dolorem
yliace et ad dolorem stomachi. Item
stercus album canis tritum et po-
tatum valet. Item pellicula inte-
stomachi galline exsiccata et tri-
ta valet ad dolorem stomachi et
yliace et ad arenam renum. Item
dicitur quod umbilicus qui abscindi-
tur a puero efficaciter valet et
curat colicam et yliacam. Item si
fuerit de frigida causa tunc ale-
um comestum multum valet. Item
si dolor fuerit valde vehemens
de piperis et opii ana quantum vis
vel quinque et fac suppositorium. Et
si necessitas te non compulsaret quod
opporteret te dare de medicinis
maioribus scilicet opiatis, tunc considera per
vires, considera tamen attente virtute
infirmi. aut aliqua de hiis que
supra conscribuntur, et cave ne des
laxativum aliquod post opiatum nisi
ad minus elapsis 24 horis. Etiam
cave ne nimis narcotizandi per
medicinas tales narcotica indu-
cit opilationem epatis et renis et y-
dropisim vel sincopim vel mortem.
Et ergo tu debes esse multum caute-
tus quando exhibes medicinas la-
xativas vel opiatas, quia ille
fortissime permutant corpus, sed
operando cum medicinis aliis est
leve etiam est sine periculo. De
verminibus in ventre c. xxxviii

Si fuerit senex detur sibi
dosis alpaciti et interficiun-
tur et expelluntur vel aliqua
medicina amara laxativa.
Item si fuerit puer detur cum
la campana excorticata ad pota-
dum vel detur sibi modicum
de receta ad potandum secundum ad quan-
titatem avellane. Vel fac em-
plastrum super stomachum vel super
aliam partem ventris ubi est do-
lor ex verminibus de aliis contra
vel de foliis persice. Item allium
bibitum cum aceto interficit ver-
mes. Item semen apii interficit
omne vermem et est valde forte
in hoc. De fluxu ventris ca. m
xxxix sequitur

Fluxus ventris est triplex. Nam
illud quod egreditur per fluxum
aut est cibus crudus et indigestus
et vocatur lienteria. Aut cibus
est mutatus ita quod non apparet
substantia cibi, est tamen nimis tenue quod
egreditur et multum aut quod e-
greditur sunt humores simplices
et vocatur dyarria. Aut quod
egreditur est permixtum cum sangui-
ne et vocatur dissenteria. Diverso-
rum predictorum fluxuum sunt multi-
plices cause sed generaliter omnium
morum cause sunt aut caliditas
aut frigiditas superflua, sive ma-
teria debilitans virtutem retentivam a-
lii membri sicut est humiditas ali-
cuius humoris vel humoris superflua.
Signa fluxuum ca. dicta sunt.
Sed signa causarum calidarum sunt
ardor et sitis et fortasse ama-
ritudo oris et punctura in a-
no. Prenostica, et fluxus ve-
tris diu durans extenuat corpus
debilitat virtutes et inducit mor-
tem. Item quinque inducit ydropi-
sim. Cura lienterie est ut si sit
de causa frigida cuius signum est
quod fortasse paciens multum bi-
bit de aqua frigida vel se
nimis ingurgitavit, ut confor-
tetur stomachus cum confu-
inustate et zeduario et gario-
filo et similibus. Item detur
ad potandum febrifuga id est matricaria.
Et si fuerit de causa calida quod
raro contingit, tunc detur ren-
barbarum, quod etiam valet in
causa frigida et detur ad po-
tandum camphora vel coralli
rubei cum aqua pluviali. Et
si illo modo curata non fuerit
tunc dentur alia constrictiva
que inferius dicentur. Sed dyarria
et dissenteria stante virtute infir-
mi non debent stringi nisi per
tres dies alias infirmus incur-
reret aliud periculum. Sed comple-
tis tribus diebus tunc fiat resi-
stio. Nam detur stercus canis
qui solum ossa comedit et stringet.

Item accipiatur casei antiquus et excoriatur de multis aquis et exsiccetur et detur ad pondus ʒ e minus
et stringit Item distillet aqua
de foliis quercus sicut distillatur
aqua rosacea et da ad potandum
et mirabiliter stringit Item aqua
decoctionis prunorum et proprie extra
toricum valde stringit Item arca
dula infusa in aceto intrinsecus et
coque sub prunis et postea extra
hic fractum et da ipsum bibere sed
quinta sanabit omnes dissentericos
Item valent sorbe cornete et
nespule Item lentes cocte in
aceto Item risi decoctum et datum
Item ova ducta cum aceto Et
si hiis remediis non fuerit adiutus
eger tunc detur sibi aliquid
de opiatis Vel fiat tale suppositorium
Rx mastice thuris croci
opii ana et fiat suppositorium cum
vitello ovorum et mitte in anum
Et post fluxum ventris sepe sequitur tenasmon Est autem tenasmon continuus appetitus et
conatus ad egerendum cum paucitate
aut nullo exitu fecum et multum
laborat patiens quod sepe exprimit intestinum et sentit ibi
punctura Circa tenasmonis
bibat patiens aquam calidam bene
Item sedeat in decoctione calide benedicti Item frequenter tangat anum cum illo
Item fiat fomentum ani cum
decoctione illius Item ruta
subtilia teratur et super locum
emplastrata salubriter sanat
Item Rx olibani anacardi ana ʒ
i opii croci ana ʒ ii et confice
cum melle et fiat suppositorium
Et si anus exierit fac patientem intrudere cum digito et
cum cornu cervi combusto ipsum
intestinum pulverisetur Vel fac
suppositorium quod dictum est Cum
istis etiam medicinis stringuntur
emoroyde que sunt vene terminate in ano Et tamen ne nimis cito stringantur quia eorum fluxus liberat a multis infirmitatibus melancolicis Et earum
nimis velox restrictio multa
mala induceret Signum autem
emoroydarum est quod exit sanguis
preter et proprie post sedem

De difficultate urinandi capitulum
Et exitus urine impeditur xliii
Et tur aut propter grossos humores collectos in viis urinalibus
et proprie in renibus vel vesica
Aut propter lapidis generationem in
renibus vel vesica Aut propter
apostema collectum in renibus
vel vesica Cause humoris sunt
crapula et inordinata dieta
et negligentia purgationis atque
negligentia directionis Causa
apostematis est superfluitas sanguinis et fortasse alterius humoris
Causa lapidis est materia viscosa in renibus vel vesica caliditas excitans humidum agnosci
et primo indicans materiam et lapidificationis qualiter contingit de
sigilla vitrea ad solem vel
ad ignem posita Signa humoris grossi sunt difficultas mingendi et grossities urine ymo
aliquid in fundo apparet humor grossus
et si fuerit ibi lapis renum apparet
in fundo arena rubea et dolor
in loco renum et est urina frequenter clara Et quandoque exit lapis
ad quantitatem pisi et quandoque maior et nimium incidit virgam
et quandoque cogitur eger vomere
et nimium dolet in loco renum
ita quod videtur sibi quod velit expirare Et si fuerit lapis vesice est urina turbida et alba
sicut rasurata Item quandoque egeritur lapis in colore albus
et hec differentia notabilis inter lapidem renum et vesice quia lapis
renum est rubeus et lapis vesice est albus Item in lapide
vesice est difficultas magna
mingendi et dolor in pectine
et in virga Item si est apostema sentitur gravitas et dolor in loco renum si est ibi
apostema Vel in pectine et
virga si ibi fuerit apostema
Item si iam sint pannes collecta et exierit per urinam manifeste apparet sanies in fundo
urine Prenostica sunt angustiose egritudines lapis renum et vesice et difficultas mingendi seu stranguria Item
stranguria est valde periculosa sive
ipsa contingit ex humoribus grossis

siue ex lapide vesice Nam ex ipsa
sequitur continuus fetor Item la-
pis renum propter non potest curari
nisi sit postea reiteratur alterius lapi-
dis generatio Item quandoque sunt
duo lapides in vesica et quandoque vnus
extrahitur et alter manet ibi
Item paruus lapis est quandoque peior
quam magnus quia paruus lapis
frequentius se ponit ante foramen
virge et facit ibi fortem oppila-
tionem Circa si sunt difficul-
tates mingendi seu stranguria propter
grossos humores putrescentur illi
et dentur diuretica sicut est aqua
decoctionis alkekengi que eciam pro-
uocat vrinam Item pili lepo-
ris vsti et puluerisati et potui dati
potentissime vrinam prouocant Item
nulla res vrinam tantum prouocat
sicut radix raphani vt dicit. Item
radix raphani bullita in vino
albo cum admixtura pulueris pila-
rum leporis et detur in potu et
statim minget Item auellane
trite et sumpte cum aqua et
vino tormenta distillacionis vrine
et angustiam tollunt Et si sunt
difficultates vrinandi propter lapi-
dem vesice tunc detur medicina
quam scripsit Rasis de qua
de se dicit Ego fregi cum hac
medicamine magnum lapidem
in modico spacio quam xl dierum
Rx carpobalsami seminis raphani
dauci macedonici corticis radicis
capparis corticis radicis [illegible]
amigdalarum amararum sa-
xifrage cinamomi cyperi spice
nitri ligni scolopendrie ru-
mpel i. seminis cuiuslibet gentiane
aristologie rotunde azari car-
damomi armoniaci serapini bde-
lii piperis alkekengi ana gummis dis-
solutis suffita balsamo malaxe-
tur et ex eis alie species asper-
gunt ex quibus formentur pillule
et sumantur ex eis in die ʒ i cum
aproximate cum sedilibus diureticis quod
quam septima pars vnius ʒ. De cine-
re scorpionum similiter cum eis datur
Cinis vero scorpionis hoc modo
fit Scorpiones sumantur et in
ollam nouam posita os lutum
opilant super carbones in fur-
num mittantur in quo non sit
nimius calor et sint ibi septem

horarum spacio Deinde extracti pul-
uerisentur et reponantur Item ci-
nis per se frangit lapidem Rx
4 gariofili affodillorum sarcacolle
galange cardamomi siseris cinamomi
salis indi piperis petroselini
sparagi semen lini leuistici sa-
xifrage cineris scorpionis sangui-
nis hirci sicut lapis spongie
et lincis ana ʒ ij fiat puluis
et detur in balneo facto de deco-
ctione diureticorum cum vino al-
bo in quo alkekengi et ciperi ra-
dix raphani et apii sint decocta
et erit efficacissimum quod nichil
est vtilius in lapidis fractione
et vrine et non mingat tunc
patiens in balneo vt medicina
diucius operetur Item vtatur pa-
tiens de decoctione senationum
decoctorum cum ceteris analiis
castrati Item comedat penta-
filon ix vel x folia omni mane
et postea bibat aliquantulum de
bono vino Item Rx sanguinem
hirci exsiccatum cinerem scor-
pionis puluerem cardamomi spica
nardi sanguinem exsiccatum lepo-
ris galange zinziberis vtriusque so-
lis ana fiat puluerem et detur de
eo ad bibendum de mane in au-
rora cum syrupo vel decoctione
granorum solis et saxifrage
et postea patiens superdormiat
hoc enim medicamen iuuat vltra
quam speratur Notandum autem quod ci-
rice loco cantaridarum et sta-
calter i. [illegible] scorpionum
loco scorpionum possent poni vbi
non reperiuntur Et scias quod radices
et cantaridas dare non est tutum
eris et expande super tabulam
in umbra usque dum superfluum
humidum eorum resolvatur
et terantur bene. Deinde pre-
miatur super eas zuccari bini
triplum ponderis et cetera et
reponatur in vase vitreo vel
devitreato et obstruatur os eius
cum pergameno et apponatur
soli mensibus tribus omni
die sepe agitando cum spa-
tula. De zuccaro violato
capitulum xx.

Zuccarum violatum valet ad
inflammationem colere et ex-
tinguit sitim et lubricat ven-
trem et conficitur sicut zuccarum
rosatum. Indigent tamen ma-
iore longiori conservatione
in umbra quia habet humiditatem
maiorem etc. De zuccaro buglosse c.

Zuccarum buglossatum confert car-
di et maniacis et melancolicis
sincopi et tremori cordis et fit sicut
zuccarum rosatum eodem modo. De
electuario citoniorum c. xxii

Electuarium de citoniis vel
de citoniis confortat stoma-
chum et facit digestionem et
retinet fluxum ventris et vomi-
tum colericum et flegmaticum. Recipe
carnium citoniorum in vino lib. 3
mellis boni despumati fundem
decoque cum facilitate. Postea pi-
ce desuper cinnamomi cardamo-
mi gariofili ana ℥ i. zinziberis
piperis longi macis ana ℥ x.
et quamquam incitat nocturnis ut coqui-
tur citonia in aceto ad causas ca-
lidas et possunt addi species frigi-
de. Item de eodem facto de
succo c. xxiii sequitur

Electuarium de succo citoniorum
excitat mortuum appetitum con-
fortat stomachum et epar et facit di-
gestionem. Recipe succi citoniorum et
mellis ana lib. i. decoquatur cum
facilitate usque ad mellis spis-
situdinem et continue aufferatur spu-
ma, et cum pervenit ad mellis spis-
situdinem pulverisetur super ipsum
piperis longi zinziberis cina-
momi ana ℥ i. gariofili lign.
aloes ana ℥ seminis anisi ʒ i.
et quandoque fit sine speciebus et quandoque
cum aliis speciebus sicut tibi vi-
detur et placet. De mirra
c. xxiiii sequitur

Mirra est conditum de citoniis
stomachum epar et alia vi-
scera confortans appetitum excitans
digestionem procurans, vomitum et re-
tinet solutionem sedans et est me-
dicina experta et firmissima. Recipe
succi citoniorum lib. 2 anti-
qui vini lib. 10 coquatur cum
facilitate donec sit consumpta ter-
tia pars semper aufferendo spu-
mam. Deinde coletur et permittatur
residere ut clarescat. Deinde po-
natur super illud mellis bo-
ni lib. 6 et iterum bulliat et
aufferatur spuma eius et pro-
iciantur species odorifere in
illud. Item de eodem c. xxv

Alia confectio mirre. Recipe
succi citoniorum quantum vo-
lueris bulliat leviter et auffe-
ratur spuma donec fiat medie-
tas consumpta. Deinde coletur et
dimittatur residere et infundatur
modicum de vino antiquo bono
et iterum bulliat quousque habeat spis-
situdinem. Item de eodem cum

Conferens mirre are. xxvi
Atrose valens ubi apparent
signa caliditatis. Recipe succi citonio-
rum acetosorum lib. 6 et deco-
quantur ad medium. Deinde funde
super ipsum acetum boni et albi
ut fiat sicut superius dictum est
De Rob capitulum xxvii.

Rob i. medicamen factum ex
succo. Rob de agresta va-
let ad debilitatem stomachi de cau-
sa calida et ad vomitum colericum et ad
pulsum cordis et ad solutionem
colericam et contra sitim. Recipe uvas
immaturas et exprime succum ad lib.
x. coquatur succus cum facilitate
donec consumatur tertia pars eius.
Deinde coletur et dimittatur reside-
re usque dum clarescat, et illa cola-
tura iterum coquatur usque dum
habeat aliquam spissitudinem
aut exponatur soli usque dum pin-
guescat et conservetur et da cum
aqua frigida ad bibendum. Rob
de berberis valet sicut rob de
agresta et fit sicut ille. Rob
de citoniis stomachum confortat
et viscera et epar et abscondit
digestionem et vomitum et fit ut su-
pra dictum est. Rob de pomis
stomachum et corpus confortat
et sanat sincopim et fit ut dictum.
Rob de prunis inflammationem
extinguit sitim sedat ventrem
laxat et fit ut dictum. Rob de persicis
valet calefactioni stomachi et siti
et fit ut supra dictum est. De
electuario tabulato c. xxviii

Quando volueris facere ali-
quod electuarium tabulatum
sive laxativum sive confortativum, sicut
precipit tibi ratio. Accipe
dragmas zuccari lib. 8 et infun-
de modicum de aqua, et decoque
quousque incipiat coagulari et inspis-
set pellulationem quam elevans coclea-
re, vel mitte unam guttam super
lapidem vel lignum tunc sciatur
est decoctum, tunc admisceas spe-
cies in pondere unius libre
et effunde velociter super asserem

ubi fuerat cribrata farina et mitte
in frigidario, et per illum modum po-
teris facere electuaria sic ad pro-
positum tuum qualitercumque tibi pla-
cebit vel videbitur. De unguen-
tis et emplastris c. xxix.

Unguentum mundificativum ad
ulcera putrida et quod generat
in eis carnem et pro-
hibet in eis fieri putre-
factionem. Recipe mirre aloes sar-
cocolle ana ℥ i. mellis despumati
ad duplum ponderis omnium illorum
vini boni albi quantum sufficit
decoquantur cum facilitate usque
dum habeant spissitudinem. Et
unguentum aliud mundificativum valens
ut primum. Recipe mirre aloes ana ℥
ix. vini albi quantum sufficit, te-
rantur species et funde super eas
vinum modicum et contere simul
et sic fac quod fiat liquidum sicut
mel et sic ministra.

Unguenta laxativa possunt
fieri duplici modo, ita quod tu
commisceas aliquam pinguedinem suf-
ficientem de laxativis medicinis.
Unguentum rosaceum est infrigi-
dativum et sedativum inflammationum
et confert herisipile et igni per-
sico et inflammationi stomachi et
epatis. Recipe axungie porcine re-
centis in qua non est sal et te-
rantur cum ea rose rubee recen-
tes quantum est de ipsa, et dimittatur
stare per septem dies in sole, de-
inde coquantur cum facilitate
et tunc colentur. Deinde tunc dentur
tres partes de rosis in illa terantur
et fiat sicut prius. Deinde infun-
datur quantum est medietas de
succo rosarum et coquatur simul
cum facilitate usque ad succi con-
sumptionem. Deinde conficiatur et
administretur sicut oportet, et quando-
que dissolvitur modicum de opio
in illo unguento et est mirabile
ubi oportet. Et precipue in assiduis
vigiliis. Unguentum violaceum
valet sicut rosaceum et confert
pleuresi et inflammationi pectoris
et fit sicut unguentum rosaceum. Un-
guentum de populeo est sedativum
dolorum calidorum et fit cum
capitibus papaveris scilicet albi et ni-
gri recentium et succorum et fit
sicut unguentum rosaceum etc.

Sequuntur de emplastris ca. xxx.

Emplastrum sinapis de descri-
ptione Democriti conferens ad
sciaticam et podagram et ad dolorem
assiduum et artheticam et frigidas
passiones et emigraneam et oblivio-
nem et litargiam. Recipe aceti fortis
scillitici et pinguis ana partem i. et
funde in aquam tepidam die ac
nocte. Deinde exprime fortiter ut
nullus humor remaneat. Deinde
recipe sinape in pondere fortis et con-
teras ea cum aceto et commisceas
cum ficubus diligenter commiscendo. Si
autem vehementiorem virtutem fa-
cere volueris pone ex sinapi partes
duas. Si autem minus forte minus
pone de sinapi. Emplastrum
apopulicon valet precipue ad sufficien-
ciandum cicatricem in quacumque parte
corporis fuit. Valet etiam si dolor
discurrerit in ipsa parte ubi fu-
erat vulnus et si superponatur dolo-
rem eius sanat attrahit sagit-
tam vel lanceam intus infixam.
Eius descriptionem queras in An-
tidotario Nicolai. Emplastrum
diaquilon dissolvens et maturans
tumores a calliditate factos et apo-
stemata calida. Recipe litargiri ℥
6. olei veteris clari lib. i. mu-
cillaginis psillii ℥ 4. mucilla-
ginis dyssopi ℥ i. et seminis
mucillaginis seminis lini et mu-
cillaginis radicum malve ana ℥
2. ac litargirum et oleum diu con-
quassantur in mortario. Deinde
bulias super ignem cum facilita-
te et indesinenter agita cum spa-
tula usque dum coagulentur litar-
girum, tunc depone de igne
et dimitte infrigidari. Deinde mu-
cillagines bulliant aliqua bu-
litione et vinum et succus
commisceas illas quousque fiat de-
cens illorum commixtio, tunc vero
coquatur super ignem hoc unguen-
tum quousque habeat spissitudi-
nem. Emplastrum diaquilon est
magnum et expertum ad resolvendum
et maturandum omnem duritiem
et inflammationem et ad duritiem sple-
nis et epatis et stomachi ad
scrophulas. Recipe fenugreci et
semen lini et radicis altee et
de singulis fac mucillagines
ana partem i. litargiri terti quantum

ultima sicca cum partem .i. et seminis a-
lei armoniaci et elaterii partes tres et
fiat ut in precedenti dictum est.
no Unguentum citrinum pulcram facit
reddit lentiginem destruit et ni-
gredinem ex sole pustulas flegma
tis salsi in fine ut in cancribus
... incurabilis aufert cicatrices
subtiliat lepram faciem et impe-
tiginem mitigat et emendat. Un-
guentum populeon valet contra ca-
lorem acute febris et hiis qui
dormire nequeunt inunctis tempo-
ribus et pulsibus et plantis ma-
nuum et pedum et cum oleo ro-
sarum et vino mixtum et super e-
pur inunctum calorem incurabilis
tollit et super umbilicum inunc-
tum sudorem provocat. Unguentum
nigrum appositum super collig...
attrahit et attrahendo mun-
dificat. Deinde sanat. Istorum
... unguentorum descriptio-
nem quere in antidotario Nicolai.
Unguentum de cerusa et vocatur
unguentum album valet ad ex-
coriationem que fit ex colera adu-
sta et ad flegma salsum et ad
scabiem siccam et combustionem
et herisipilam cuius descri-
ptionem quere in antidotario
mesue. Unguentum nigrum meum
infallibile curativum scabiem s...
caue ne cum eo scabiem cures
nisi precedente convenienti purga-
tione. Rx sulphure vivi ad
quantitatem castanee et contere
in mortario deinde superinfunde de
argento vivo ad medietatem sul-
phuris in pondere et agitando
simul quousque incorporentur
deinde iterum de argento vi-
uo infunde et cum agitando quo-
usque incorporentur deinde in-
funde tantum de mercurio seu ar-
gento vivo quod fiat amal-
gama tenue sicut est unguentum
vel mel. Postea appone axun-
gie porcine non salse secundum
magnitudinem amalgamatis
et agita simul in mortario hoc
enim unguentum est incurabile ...
... in tribus diebus quantitate ...
... magnam scabiem uncta ma-
ne et vespere super unctum. Sed
observa diligenter cautelam
prius tibi traditam etc.

De oleis diversis ca xxxi

Oleum de nucibus est resolu-
tiuum grossarum ventositatum
et confert hemoroidibus et con-
tractionibus nervorum et punctiuis
eorum et ... cum calido loto et
confert scabiei. Oleum laurinum
confert dolori capitis et emigranee
frigide et doloribus nervorum et
... et confortat nervos le-
sos a frigiditate et confert dolo-
ri stomachi et doloribus colice et
renum et matricis et dolori capi-
tis et splenis. Oleum de avella-
nis confert dolori arthetice et
nervorum. Oleum de semine li-
ni confert ad spasmum et lenit
duritiem nervorum et ...
et egritudinibus ani et est medi-
cina magna emoroydibus et do-
loribus pulsatiuis. Oleum pa-
pauereis confert febribus et la-
uit pectus mulieris asperitatis et
impinguat. Ista olea omnia sunt
per expressionem. Oleum rosare-
um est confortativum et resolutivum et
... sedatiuum et lenitivum et extin-
ctiuum inflamationum et stiptiuum
... et inspissatiuum et fit per
... folia rosarum rubearum re-
centium ... ad quantitatem
sufficientem et sepelias in oleo
communi quod prius ablusisti plu-
ribus ablutionibus cum aqua
dulci et obtura os vasis et ex-
pone soli per vii dies. Demum
decoque in vase per horas tres
et cola et eice rosas et mitte
alias recentes et dimitte sta-
re per alios septem dies. Deinde
coque sicut prius et cola et ite-
rum mitte alias rosas et re-
serua. Et aliqui ponunt rosas
simpliciter in oleum et exponunt
soli. Oleum camomillinum est
aliorum ... unguen-
torum. Est enim resolutivum
... sedativum dolorum
et est medio corpus ... prohibitiva
... propter suam mo-
deratam stipticitatem et confor-
tat nervos et confert dolori
eorum et confortat nervosa
omnia. et modus operationis
eius est sicut olei rosarei.
Oleum viol sedat inflamationes
ventris et lenit asperitatem

pectoris et pulmonis et sedat
apostemata calida et pleuresim
et fit sicut oleum rosarum. O-
leum yreum est resolutivum et ma-
turativum et sedativum dolorum fri-
gidorum et confert doloribus
antiquorum et lenit duricies ca-
rum et apostemata dura et scro-
phulas et confert dolori ma-
tris et vulneri manifesto et con-
fert spasmo et distillatum in
aurem confert dolori eius Et
fit sic Accipe radicum quantita-
tem quam volueris et flore eius
duplum et aque decoctionis ra-
dicum eius quantum oportet et
funde super ea oleum olivarum
quantum oportet et decoque pre-
dicta radices et flores pluries
sicut dictum est de oleo rosarum
Oleum de papavere sedat dolo-
res calidos et facit sompnum et
fit de floribus papaveris et de
capitibus adhuc mollibus sicut
fit de oleo violarum. Oleum
vulpinum est medicamen nobile
ad artheticam podagricam et do-
lorem renum Accipe integram vul-
pem et funde desuper aque sal-
se quousque bene cooperiat et
demum funde desuper olei co-
munis ad spissitudinem trium
vel quatuor digitorum et co-
que usque ad dissolutionem ossium
et aliqui addunt anetum et ar-
themasiam. Oleum de ser-
pente mundificat cutem et sa-
nat impetiginem et etiam para-
lisim et fit sicut oleum vul-
pinum. Oleum de ranis con-
fert doloribus artheticis et po-
dagrice de causa calida et fit
sicut oleum vulpinum nisi quod
non additur sal aque et ponantur
corpora serpentes et rane simul
in olla sive in aqua obturato
orificio et sic fit fortius. O-
leum de ovis guttarum mundi-
ficat et impetigines et serpigi-
nes et aliquos morbos cutis
et confert fistulis et ulceribus
malis Accipe ova xx vel
plura si placet et coque ea us-
que indurentur. Demum accipe
vitella et confrica inter manus
et pone in patellam et frige
ea super ignem et commove

cum spatula tamdiu quousque de-
nigrentur. Demum impone panno
lineo et exprime fortiter et exibit
oleum. Oleum iuniperinum confert
infectionibus cutis et malo mor-
tuo et spasmo et cancro et gutte
de causa frigida et doloribus mali
Accipe de ligno iuniperi et in par-
va frusta divide et imple ollam
ex eis et claude cum cacabo et limi
et sit eadem olla in fundo pluribus
foraminibus perforata et accipe ollam
et fodiat eam in terram ita quod ori-
ficium eius sit superficiei terre. De-
mum pone ollam cum lignis super
ollam aliam ita quod fundum illius
tangat orificium istius et comprime
argillam subtiliter ita quod nichil ad
illam intrat Postea fac ignem
circa ollam superiorem et tunc de-
scendit oleum ad ollam inferiorem
Sic etiam fit oleum de fraxino
et valet sicut oleum iuniperinum
Hec de medicinis compositis et
simplicibus sufficiant Nam si fu-
eris studiosus operator et indaga-
tor huius libelli ipse tibi sufficiat
ad curandum omnem morbum curabilem
Si autem volueris plura videre
recurre ad alios libros Avicenne
et Galieni et aliorum medicorum
autenticorum Sit igitur deus be-
nedictus et gloriosus qui me ad
finem diu desideratum perduxit Amen
dicant omnia · [illegible] in Polonia

Collige taciteis medicine pondere gramm. Grana quater quinque scrupuli pro pondere pone in dragma scrupulus surgit ter multiplicatus. Si solidum quaeris tres dragmas dimidiabis. Exagium solido dicitur in nomine solo constat. 6 solidum vel ter binis quina dragmis. Uncia pars libre duodenam ambigit inde. Si queris pondus quod habet sextarius unus, libranum quinque debes pondus mediare. Cunctis embrotamque cum membra liquore rigamus. De primis madidis est fomentatio sola. Si firmum recipis fit suffumigatio dicta. Est epythima de succo unctio facta. Est euocatisma cum sessio fit super herba. Si pulvis iacitur proprie synapisma vocatur. Membrum sacellas sacco pleno medicinatum. Cataplasma facis tu sucum ponis ad herbam.

Thesz thak yest kommyecz
Vysch kurwy szim myemyecz
Ale ya thesth mlodzyemyecz
We szyrzoda wothora za poppelecz
Przed obyadem pyszma dokonal
Slofziem wyelkym zawolal
Chwala bogu y gyego mathcze
Slubith radh yako thathcze
Mysthcerwi gdi przigyedzye
A za zdarem czo przyyedzye
Bo pyenyedzi nye sthalo
Szyerze bili szyx mowe szmyalo
Gdy bili yaky wazel
Podrzanku wydzialo peln



Creavit deus ex creaturis sensibilibus et insensibilibus humanam formam, ut esset armarium spiritus et membra continentia omnis ipsius. Creavit quoque velatorem virtutum anime in membra animalis tendentium mediante ipso. Creavit itaque ipse appendiciam primum virtutum anime spiritum et manationem ipsorum in membris corporeis mediante ipso. Produxit etiam spiritum ex subtilitate liquidorum et igneitate. Quemadmodum produxit corpus grossitie et terrestreitate. Item comparatio spiritus ad liquorum subtilitatem est sicut comparatio corporis ad ipsos humores. Quemadmodum enim ex humoralibus membra constituuntur propter ipsorum commixtionem ad invicem pervenientem ad aliquam formam complexionis qua eis mixtum disponitur ad recipiendum habitum non competentem ei ratione simplicium, similiter modo ex subtilitate humorum constituitur spiritus commixtione quadam pervenientem ad formam complexionis qua spiritus preparatur ad receptionem virtutum anime qua ex simplicibus non acquireret. Principium est autem eius ex manatione dimissa sui augmentum et diminutione qua eius dispositio perfecte completur. Quemadmodum in unoquoque membrorum quamvis ex ipsa substantia humorum constituatur nichilominus inest propria quoque ratione singularis proportionis quantitatum humorum et forme commixtionis. Similiter unicuique spiritui procedenti tam animali quam vitali quam etiam naturali quamvis eorum substantia communiter ex subtilitate procedat, sic nichilominus propria inest quoque ratione proportionis quantitatum subtilitatis humorum et forme commixtionis

Et sicut etiam membra generabilia quamvis plura sint numero, unum tamen generatione est primum quemadmodum et illud secundum diversitatem opinionum cuius generationem sequitur generatio ceterorum membrorum. Similiter autem quemadmodum spiritus generabiles plures numero et nichilominus unus ipsorum generatione primus qui secundum sententiam priorum philosophorum generatur in corde et exinde procedendo manat et penetrat in cetera principalia membra in quibus cum sufficienter permanserit adipiscitur ibi conditionem singularem et speciem ita quod in cerebro conditionem acquirit qua disponitur ad receptionem virtutum et sensus et motus. In epate vero susceptiva virtutis nutritionis et augmenti, in testiculis autem acquirit complexionem qua paratur ad generationem recipiendam. Omnium virtutum harum principalium in corde est secundum predictum philosophum. Quemadmodum apud eos qui diversificantur a sententia eius principium visive est virtutis et auditive et gustative etc. est in cerebro sed eos spiritus disponantur ad recipiendum has virtutes particulares in membris aliis ita quod visivam mediante conditione cristalline humiditatis. [illegible] spiritus [illegible] augetur auditivam vero mediante conditione ethiri (?) nervi. Gustativam vero mediante conditione humiditatis que sub radice lingue generatur spongiose lingue carnis. Contradictores etiam repugnamus quidam super asserentes quod virtutem affert spiritus a cerebro nullo modo exigens ad perfectionem virtutis conditione membri ad quod procedit sed ipsum membrum est tantum quiescens instrumentum actionum virtutis non conferens eius essentie. Veritatis exquisita perscrutatio veritatis omnino cassat istorum opinionem et verificat insuper qualificationem virtutis adipisci tunc spiritus in membro quod est operans instrumentum secundum formam predicte opinionis. Dixerunt quidam ex sequentibus philosophis quod

spiritus virtutes anime recipit a corde perfecte ita quod ad receptionem ipsarum in ipso corde disponitur totaliter quod adhuc non indiget alio membro scilicet epate aut cerebro aut etc. Secundum hanc opinionem recipit et penitus cassat ultima inquisitio veritatis. Explicit (?) tractatus de utilitate spiritus et eius diffinitione etc.

Vita et quecumque perfectio et omne bonum quibus res distinguuntur non nisi a prima unitate sunt que cum bonorum prima est et uniformis manatio. Ac vero susceptibilia sunt carentia dispositionibus ad receptionem ipsorum et ideo quodlibet susceptibile non est dispositionis nullius susceptivum. Quapropter nequivit lana inquantum lana recipere formam ensis, nec similiter aqua sub forma aque recipere propter veritatem humane nature. Hic ergo inducimus (?) corpora recipiunt vitam preter illa que numero et quantitate sunt diminuta. Nullo quidem quantitativo non viventia corpora x elementa sunt et que illis approximant in natura quantitate vero quia omnia elementa quatuor fere insensibilis quantitatis et modica sunt omnibus notabilibus speciebus nec elongantur ab intellectu quod ex stellis fixis sit aliqua maior eis. Demonstratione enim concludit quod hec omnia elementorum corpora sunt veluti punctus respectu orbis saturni. Quanto igitur amplius respectu superiorum. Apud autem comprehendentes veritatem causa propter quam non recipiunt vite formam hec corpora est eo quod cetera viventia corpora tam simplicia quam composita diversificantur ab eis secundum contrarietates naturarum eorum. Unumquodque est alterius nature quia et elementa valde a genere celestium corporum elongantur, quoniam celestia corpora disposita sunt ad nobiliorem speciem corporis. Ella intellige que multum approximant in natura cum ellis aut dicas quod litera sit corrupta, quia debet dicere ella. quod videtur per sequentem literam · a vita omnia sunt elongata. In corporibus autem compositis commixtis confringit formam contrarietatis ipsorum

et exinde causatur forma comple
xionis que mixtum corporis mein
quoddam inter contraria. Medio
vero mixti absolute contrarii et ideo
compositum disponitur ad vite
receptionem ita videlicet quod quanto
amplius ad medium complexio ap
pinquatur tanto admixtum habilius
redditur ad recipiendum nobilioris
vite perfectionem adeo ut tantum equi
tatem temperata quod propter
equalitatem cessat contrarietas
et cassatur in ea et disponitur
mixtum ad recipiendum perfectionem
vite conformis vite celestium cor
porum que dispositio tantum in
humano spiritu reperitur. Est igitur
in summa spiritus substantia cor
porea generata ex commixtione e
lementorum vergens in similitu
dinem supercelestium corporum. Et
hoc indicatur de spiritu quod sit subtilis
luminosa propter quod etiam dicitur
de visivo spiritu quod sit radius
atque lux et exinde etiam anima
gaudet intuitu lucis et tristatur
in tenebris quia spiritui qui sedet
est aere illud conforme istud
autem contrarium. Capitulum 2
de principiis passionibus spiritus cordia
lis et primis causis ipsarum
scilicet vero et dispositione

Sapientes phisicorum et medi
ci et eorum sequaces con
corditer ponunt quod gaudium et
tristitia et timor et ita sunt
ex passionibus spiritus cordia
lis et quelibet passionum inten
ditur et remittitur non solum
modo exigens sed etiam propter in
tensionem dispositionis recipientis
patientis assignant et subtiliter
dicunt sapientes inter potentiam et
dispositionem dicentes quod potentia
respicit utrumque contrario
rum equaliter dispositio vero non.
Dicimus igitur et gaudere et trista
ri possit homo nichilominus
tamen est ad letitiam aliquis
dispositus tantum aliquis vero ad tri
stitiam tantum et simile indicium
est de timore atque ira et ceteris
passionibus. Est igitur et vero et per
gaudentis ipso et tristantis aliud
est abesse et recipere spiritus dispo
sitionem ad alterum contrariorum.
Videtur enim quod dispositio sit per

fecta potentia respectu alterius opposi
torum. Ex quo patet quod et si spiritui
conveniat ingenitum est impotentia
tristari vel gaudere indifferen
ter non tamen ei contingit ex parte
ipsius dispositionis indifferenter
utrumque. Rursus et ex hoc patet
quod potentia ad hec duo inseparabiliter inhe
ret spiritui ex generationis principiis
dispositio vero qua ipsum ad
alterum oppositorum inclinat
non inseparabiliter inheret ex ge
neratione eius que accidere potest
ex subsequentibus causis. Capitulum
3m De gaudio et intrinsecis gau
dii causis delectationis et tristi
tie et eorum diversitate

Gaudium est delectatio quedam.
Omnis autem delectatio est
apprehensio alicuius perfectionis
ab aliqua virtute apprehensi
va sicut in sensibilibus apprehen
sio dulcis et sapidi gustui appre
hensionem victorie necessitate vir
tuti et propter utilis contin
gentis estimative virtuti et
opinative. Omnis autem perfectio
seu delectatio est alicui virtuti
et eius. Omnis namque perfectio
rei naturalis alicui virtuti est
delectatio. Si autem forsitan
contingeret in aliquibus virtuti
bus quod non delectetur nisi apud
receptionem dispositionis innatu
ralis propter quod quidam etiam opi
nantur quod delectatio sit exitus
a dispositione innaturali. Sicut na
que in dispositione naturali vel ha
bitu non est delectatio. Hic autem
error incidit quia quod est sen
tiens accipitur per se inherens
autem consensu quia hoc est una fallacia.
Declaratio vero huius quantum ad
propositum pertinet est quia nullum
apprehendens aliquid apprehendit
nisi apud delectationem sicut
in tactu patet. Tangibilis enim qua
litas corporis dum delectat quidam
membrum tactivum permanet contra
rie qualitatis ab alterante qua
litate. Cum autem fuerit passum
abea sufficienter efficitur qua
litas eius membri et ideo non dele
ctatur abea cum omnis delectati
o cum quadam alteratione per
sistat et nisi alteratur a contrario si
militer in contrarium non leditur

ethicus a calore qui est fortior quam
innate febricitantibus acute aut
febricitantis leditur a calore qui
secundum virtutem est circa illam. et
hoc quia calor in ethica est
collocatus sive habituatus in mem-
bris ac si esset eorum compositio.
In acutis vero febribus est quasi
volitans super ipsa et nectitur
agone membrorum. Medici
etiam propter vocant qualitatem
inherentem membris sicut in
ethica malam complexionem equa-
lem, que aut se habet sicut in
causae propter vocant eorum diver-
sam malam. Iam igitur ex
hiis relinquuntur nobis ex cau-
sa propter quam delectatio cessat
postquam habituale fiunt passiones
sensibiles est privatio apprehen-
sionis introitus contrarium et
quod tam delectationis apud
principium exitus a dispositione
innaturali est apprehensio
naturalis introitus dispositio-
nis secundum propterea quod accidit appre-
hensio introitus dispositionis
naturalis cum exitu a disposi-
tione innaturali quod ut sit de-
lectatio cum exitu illo et
putatur quod dictum est et non e
ita secundum causa est introitus per-
fectionis sensu precepte et aliud
heretem est causa delectationis
per se. Causa vero dispositionis
ad delectationem est esse delecta-
bilis spiritus secundum meliorem habitum
in qualitate et quantitate sicut non
sit in substantia diminutus nec habitus
sive dispositio eius sit mutabilis in
hiis que conveniunt ei. In
quantitate quoniam si spiritus
fuerit multus vehementior
erit virtus ipsius. augmen-
tum enim in quantitate prestat
additamentum virtutis in for-
titudine quemadmodum declara-
tum est in radicibus scientie na-
turalis et exinde est quod propter
multitudinem suam diveat am-
plius in habundantia mensura in
origine sive minera ipsius et
diffusio ipsius eius ab inde
ad membra in dilatatione que
est apud gaudium fit habun-
dantiori mensura. Si vero
modicus fuerit quia cito dissol-
vitur non confortat cum apud
originem suam nec dat ei facul-
tatem libere dilatandi. In quali-
tate vero quoniam si fuerit nobilissime
generis et nobilissime substantie et
habundantissime lucis tunc est
substantie celesti similius. Hee sunt
igitur cause dispositionis ad de-
lectationem et ad gaudium contra-
ria vero sunt cause dispositionis ad tri-
sticiam et dolorem. Cum enim scia-
tur quoniam hee sunt cause dele-
ctationis in genere consequetur
procul dubio sciatur quod eedem etiam
sunt cause gaudii quod delecta-
tionis est species. Spiritus quo-
que est in corde quando multus
extitit in quantitate propter magnitudinem multi-
tudinem ex qua velocius et
continue generatur et est tempe-
ratus in conclusione, et in substantia
luminosus et splendens nunc
est ad gaudium dispositio fortis.
Cum autem fuerit exigue quan-
titatis sicut in convalescentibus
a diuturnis morbis et senibus
non temperatus in complexione
sicut si morbus fuerit valde
grosse substantie sicut in melancolicis
et senibus ita quod dilatatio
negatur propter grossitiem et spissi-
tudinem eius aut fuerit ni-
mis tenuis sicut in convalescen-
tibus et mulieribus ita ut cum di-
latatur salvatur non potest aut
fuerit tenebrosus sicut in mela-
ncolicis tunc est vehementis ad tri-
sticiam dispositio. Capitulum 9 in
de causis exterioribus delectatio-
nis et tristicie et cetera
Perfecte dispositum ad effe-
ctum aliquem est duplum si
plures effectus sufficiunt ad infla-
mationem ipsum enim adeo modi-
co igne inflammatur quod cum du-
plo eius ligna inflammari non potest.
Cum quo anima semper habu-
erit perfecte dispositum ad
recipiendum levissimarum causa-
rum impressiones modica ex
causa letatur propter quod in ha-
bentibus laudabile virtus le-
ticia multiplicatur intantum aliquando
quod putatur sine causa accidere cum
tamen ita non sit. Etenim im-
possibile est quod in aliqua re fi-
at impressio sine aliquo impressore

sed causa est quia merum quando bibi-
tur moderate copiosum generat
spiritum temperate complexionis et subtile
vehementis luminis et splendo-
ris. Unde ad letitiam valde
disponitur: et ideo valde letificat
obiectum causarum letificanti-
um et recipit impressionem ex causis
utilibus in futuro. et ex causis
convenientibus delectationi animi.
quia ex causis convenientibus ho-
nestati similiter recipit tunc im-
pressionem a causis que congruunt
potius ad generandum dispo-
sitionem est solidum intellectum ex
hinc causa est virtus quia anime
in cerebro suam exerceret actionem
et exigit spiritum temperate humi-
ditatis ut obediat motui co-
gitationis et extractioni intellectus. tunc
autem est vehementis ut non
motus propter mixtiones vaporum
ascendentium et mundantium et immo-
dicate humectantium spiritum quam ob
rem non obtemperat intellectui
in motibus cogitationis nisi in
rebus materialibus valde et corpo-
reis. non in rebus subtilibus et spi-
ritualibus. et cum instabilitate sue
agitationis ipsius et non obedit
formationi seu representationi
rerum spiritualium sed formationi
tamen valde corporalium rerum unde
veritas seu perfectio sui operis
apud cogitationem valde debili-
tatur et retrahitur intellectiva
ab eo tamen quantum exigit ante
pareat dispositio eius. Donec
ad temperamentum eius quo re-
ducitur et ipsius mundatio que-
ratur. quia enim virtus anime
que in corpore animi est vehe-
mentis dispositionis existit
ad gaudium et non pervenit ad
ipsum letificantia oportet intra
spiritum et fantasiam aut etiam co-
gitationem quibus operis materia
virium collocetur propterea que di-
ximus tunc commiscetur spiritum que
sunt firma in eo secundum excessum humi-
ditatis et mundationis. ideo cum
sensus dicatur interiora spiritui
et super motum eius efficiatur
intellectus. multi autem quando
contra se illum spiritum interiorem
invenerit per preteritum innuat
spiritum et subruit ipsum sicut in

geometricis et ceteris scientiis fit
aut quando res talis se habet diminuitur
in anima potationis impressio
letificantium honestorum et intelli-
gibilium et prevalet letificantium
impressio dulcium et delectabilium
sensibilibus maxime. et quando est dispositio
fortis idcirco sufficit ad letifican-
dum debilis subita causa sicut in
pueris patet propter quod putatur quod sine
causa letentur cum tamen sit impossibile
quin minimo causam gaudii et le-
titie quedam sunt fortes que-
dam debiles. quedam cognite
seu manifeste. quedam incogni-
te seu occulte. Ea vero que inco-
gnite sunt seu occulte plures
sunt assuete. quanto enim amplius
assuete sunt tanto minus per-
cipiuntur. De causis autem gaudii
et letitie fortibus et manifestis
non necesse est facere mentionem
alie sunt sunt infinite. Celi-
inter letificantes causas signum
est quod contrarium tristitiam cau-
sat scilicet in tenebris permanere aut
solum commorari. cum similibus aut
signum est quod solitudo contri-
stat. i. de letificantibus similiter
obtinere desideratum et ex-
pellere intentionem impedimen-
to et promere facere quod quam
placitum et similiter consideratio
et memoria preteriti delectabilis
et future spes et meditatio in
rebus ambiguis. et continua
confabulatio dilectorum et evasio
a tormento et excitatio rerum et
admiratio et elatio mentis et
obviatio amicorum et amicabilium
dilectorum communicatio et cantus
delusio et defensatio et victo-
ria et in omnibus rebus et multa
consimilium quando memoria fit in
libris rethoricorum et moralium
que magnum omnia diversificantur
in hominibus secundum diversos effe-
ctus et consuetudines et etates
in aliquibus alteris recipitur animi
devatanus. mens contingit simi-
liter in causis contrarie letifi-
cantes in duplo plus aut am-
plius letificent in ceteris non
tantum quia dispositio quando ve-
hementer recipit alteram
oppositorum non patitur a cau-
sis alterius nisi fuerit valde

fortes. Patitur tamen a causis si fuerint debiles. et propter hanc causam inebriatis durat letitia et melancolicis quibus spiritus tenebrosi sunt durat tristitia. Leuius ex causis dissolutiuis et tristitie sicut est rememoratio distantis patrie naturalis et consuetudinis nutrimentorum tam diu perceptorum et adiacens rancores difficultas separationis et honerosa conuersationis et ymaginatio terribilium futurorum et proprie nocumentis acquisite aut intelligentis distractio cum sit ineuitabile mori et cogitatio sollicitudinis meditationis in aliquo et separatio a placenti occupatione et cogitatione et distractionis ab ea et distractio a desiderato seu uolito et multa consimilia et alia que nequeunt comprehendi hec enim et consimilia contristant animam de facili dispositam ad tristandum. Amplius in melancolico fortitudo ymaginationis contristantium rerum facit eas apparere quasi iam sint in actu res enim sint similitudo anime representatur et ideo in melancolica perseuerat tristitia. fortitudo autem ymaginationis causatur propter puritatem spiritus continue relinqueret inbutus eius et etiam quia intellectus affectio et fantasia distrahitur ab actibus regiminis propter corruptionem complexionis spiritus quia proprie mouetur secundum exigentiam dispositionis complexionis et qualitatis passiue et obsimiliter. Eam de continuatione quia ymaginacionem rationis cordis disponit ad generationem.

Non est autem in passionis opinandum quod omnis causa disponens ad gaudium et tristitiam immediate coniungatur substantie spiritus sicut quantitas et qualitas immo habet alias esse causas a quantitate et qualitate spiritus ut sunt tote anime passiones que melancolicis disponunt ad alterum predictorum quoniam hec faciunt mediantibus causis intrinsecis ipsi spiritui secundum quantitatem et qualitatem ipsius aut ~~rectificant substantiam et multiplicant~~ hic est quia temperant complexionem ipsius aut rectificant substantiam et multiplicant quantitatem et sic disponit ad gaudium aut accidit ei causa contraria et sic disponit contrario modo ad tristitiam. Sunt ergo cause exteriores primarie et remote. Influentes vero ad rationem istam reducuntur et est quia omnis actio agentis habens si sepius iteretur reddit uirtutem cuius est potentiorem ad imprimendum effectum. Omnis autem fortificatio uirtutis sit quedam dispositio ad effectum. hic autem inductione sufficienti monstratur. etenim corpus si pluries calefiat disponit ad calefactionem velociorem. similiter si pluries infrigidetur aut rarefiet aut inspissetur et in moralibus uirtutibus accidit illud idem. etenim ex frequenti actione et passione fortes habitus generantur in eis sic morales habitus generantur uel acquiruntur. Huius autem causa forsitan est quia passio adueniens rei frequenter efficitur quiescens in substantia eius. Quod autem est alicui conueniens suo contrario disconueniens est. si ergo sepius reiteratur 2
dum et dispositione ad illud contrarium expellendo id quod est inconueniens illi. Hec igitur est declaratio supradicti per inductionem. manifestior vero illud syllogismo acceptus ex ipsa natura et rerum demonstratiua valde proximum est. Deinde ex predictis colligitur quod letandi frequentia disponit spiritum ad letitiam et tristandi frequentia disponit displacentiam et tristitiam. Causa vero huius secundum naturalem considerationem est quia letandi frequentiam duo consequuntur. Primum scilicet fortificatio naturalis uirtutis, secundum vero rarefactio spiritus quam in letitia propter delectationem agit. Confortationem vero naturalis uirtutis tenui consequuntur quorum quidem est causa letitie secundum temperamentum spiritus, secundum vero multiplicatio quantitatis ipsius supra id quod ex eo dissoluitur. Alterum vero est conseruatio ipsius a dissolutione superflua. Rarefactionem vero spiritus duo consequuntur dispositio ad motum

videlicet et dilatationem propter sub-
tilitatem substantie eius et fortis est attra-
ctio nutrimenti ipsius propter motum di-
latationis eius in diversam partem
motui nutrimenti. Ista autem non
est inclinatio naturalis cordis ad e-
vitandum vacuum. De natura enim ta-
lis motus est ut in ipso motu succe-
dere faciat posteriora prioribus et se-
cundum hanc formam reperiuntur aliqui
valde distantes usque ad primos flu-
xus ipsorum et ventris similiter et u-
rinis a ventosis et aque ut in fistu-
lis. Tristandi vero frequentiam duo
consequuntur scilicet naturalis virtutis
debilitas et secundum quod est inspissatio
spiritus propter frigiditatem accidentem
apud extinctionem caloris naturalis
causatam a vehementi coadunatione
et coarctatione spiritus. Ad hoc vero se-
quuntur duo contraria eorum que
precedentia diximus. est igitur manife-
stum quod letandi frequentia disponit
spiritum ad letitiam et tristandi ad tri-
stitiam. et quod etiam indispositis ad
letitiam contristantia non imprimunt
nisi fortia sint letificantia tamen
debilia imprimunt et similiter in tri-
stitia fit econtra // Capitulum 7 de dif-
ferentiis debilitatis seu pusillanimi-
tate et tristitie et eorum contrariis

Debilitas cordis et tristitia
quam quidam vocant constri-
ctionem pectoris seu cordis similiter que
sunt et melancolia differunt et eodem
similiter est videre de ipsorum con-
trariis scilicet fortitudine cordis et
letitia quam quidam appellant
dilatationem pectoris sive cordis
latet autem differentia inter ista propter ea
que ad alteram consequuntur contrarietates
Putatur enim de primis duabus quod
sint passive dispositiones scilicet de a-
liis vero duabus quod sint active
Alterum inter extrema utrarumque
contrarietatis est differentia manifesta
Primo quidem quia non consequun-
tur ad invicem. Non enim omnis de-
bilis corde est tristis. et tristis
debilis corde est per comparationem
ad rem tristantem. Similiter nec
omnis fortis corde est gaudens
aut econtrario. Secundo vero quia ipso-
rum rationes sunt differentes
Debilitas enim cordis est dispositio
suscepta respectu terribilium rerum
quod est impotentia tollerandi eas

re. tristitia vero sunt rerum contri-
stantium quorum est privatio toleran-
ne ipsarum a corde et nocivum
terribile quidem est corpori. contristans
vero nocivum est anime. Tertio vero
multum differunt quantum ad conse-
quentia que sunt anime. Nam
debilitas cordis movet ad fugam
tristitia vero seu cordis strictura
movet ad resistentiam sive ad re-
pellendum et causat effectum eius quod
est contrarium fuge scilicet invadendi
Preterea debilitas cordis reprimere
facit motivas virtutes. tristitia
vero excitat et movet easdem et
sic in debilitate cordis due sunt
passiones una scilicet passio mentis alia
scilicet desiderium et affectus. in tristitia
vero unica est passio scilicet nocivi vel
lesionis ut naturaliter sequitur ad
affectus ad fugam immo forsitan
eligitur ipsa fuga propter aliquod
accidens absque affectu inclina-
te ad recedendum et si dicatur appe-
titus est electivus et non natura-
lis aut forsitan eligetur invasio
et repugnantia et non fuga. Quar-
to igitur differunt quantum ad con-
sequentia que cordis sunt. debili-
tate namque cordis apud obvia-
tionem propter nocivi sequitur re-
missio naturalis caloris et vi-
ctoria frigoris. tristitiam vero sequitur
apud obviationem obiecti propter
vel nocivi inflatio naturalis ca-
loris. Quinto etiam differunt pe-
nes causas disponentes ad cordis
namque debilitatem nimia subti-
litas spiritus disponit et frigidi-
tas complexionis ipsius ad tristi-
tiam vero densitas spiritus et caliditas
sue complexionis. Capitulum 8. qualiter
sanguis secundum sui diversitates cau-
sat differentes passiones cordis

Sanguis habundans et clarus
et addite caliditatis propter mul-
titudinem sue inflammationis et
velocitatem sui motus disponit
ad iram. habundans autem et cla-
rus et temperatus quia ex eo ge-
neratur copia clari spiritus
et subtilis laudabiliter et temperate
complexionis disponit ad gaudium
Sanguis autem subtilis et clarus
et aquosus et frigidus disponit
ad timorem et cordis debilitatem
propterea quia spiritus ex eo generatus

gravius motus est ad dextra et in-
flationis motiva propter frigidita-
tem et humiditatem ipsius ideo
non disponit ad leticiam nec
ad iram et cum sit feceris dis-
solutionis propter sui subtilitatem
est etiam conditionis exigue propter
eius frigiditatem Sanguis autem
grossus et turbidus et addite
caliditatis disponit ad tristitiam
et ad iram etiam provocantem
ad tristitiam ideo quod generatur eo
spiritus turbidus, ad iram vero
quia velociter inflammatur propter cali-
ditatem suam Quod autem ef-
ficit firmam iram est spissitu-
do eius, spissum enim quando
calescit tarde infrigidatur Ira
vero causata ex sanguine colerico
et subtili velociter excitatur et de-
letur velociter propter intensam ca-
liditatem spiritus ex eo generati et
eius tenuitatem Si vero cum hoc cla-
rus et splendidus fuit sanguis
est etiam letificans sanguis autem
quus et addite caliditatis non
tamen turbidus quod raro con-
tingit efficit hominem non tristem
sed audacem et fortis cordis et com-
modice ire propterea quia leticia
frangit iram et tristitia dispo-
nit ad eam Ira enim motus est
ad expellendum letificantia. De-
lectationi vero convenientia sunt
unde letatur vero sed quod motus
ad attrahendum Generatur in tali
homine ex rebus magnis causa-
tur ira et est vehemens propter
spissitudinem sui spiritus et
propter eandem causam est sui tenor(?)
Sanguis autem spissus et addite fri-
giditatis et non turbidus nec tri-
stabilem nec iocundum facit ho-
minem nec etiam fortis ire sed
est mediocris inimicitie et de etiam(?)
eleges(?) et sinceras moribus rebus
propter similitudinem sui spiritus ad san-
guinem eius Sanguis autem aquo-
sus et addite frigiditatis et tur-
bidus facit hominem despicabilem
et tristabilem et etiam lente
ire nisi ex forti causa et eque ira
minus est firma quam in sanguine
calido et huiusmodi ceteras conditiones
habent similes firmior tamen quam in
sanguine subtili fuit unde
est homo rancorosus et odii

Odium enim est perseverantia
forme nocivi in ymaginatione
seu fantasia et perseverantia illius
ymaginationis affectus ad vin-
dictam sumenda ex eo. Hic autem
est ideo quia est quodammodo fir-
ma et motus ad vindictam non
valde fortis et quia ira etiam non
est contra valde fortem nec contra
valde debilem Sciendum est enim
quia ira quando cessat velociter non
perdurat in ymaginatione seu fan-
tasia forma nocivi, sed cito dele-
tur et ideo non causat rancorem
~~quorum unum est contrarium~~ et similiter
quando est affectus et motus ad vin-
dictam valde fortis accidunt duo
prohibentia motum odii sive odii
ipsum seu rancorem quorum unum
est contrarium ad animam quia totaliter
ad vindictam trahitur et move-
tur a consideratione conditionum
nocivi et eorum que consequun-
tur ad ipsum ab instantia et for-
mationis memorie De ratione autem
motive virtutis est ut ab appre-
hensis trahat animam et cetera Scien-
dum vero est quod quando valde incen-
ditur affectus ad vindictam in
aliquo et non ingreditur ipsum
timor pervenit ad hoc ex affectus
instantia ut estimatur quesitum
quasi apprehensum et iam obtentum
apud ymaginationem ipsius Cum
enim aliquis virtutis motus in-
tenditur et virtus illud valde festi-
nat reputat illud ymaginatio
quasi obtentum et iam existens
Cum vero in ymaginatione impri-
mitur forma quesiti sive deside-
rati sicut forma iam existentis
et ad eam pervenit forma eius
sicut forma rei ad quid terminatur
motus cessantur affectus ab y-
maginatione et deletur in ea for-
ma ita quod in memoria non per-
durat et ideo non fit rancor Ra-
cionatum autem quod est magis fit
rex aut res aliqua magni terroris
timet desperans de obtinenda
vindicta et timor prohibent fixionem
in anima forme desiderii ad
vindictam, Proinde deletur re-
presentatio forme desiderii et
forme nocivi ab ymaginatione
seu fantasia quando ymaginatio
reputatur forma timoris existens

in anima. et proinde etiam reputatur
forma desiderii ad fugam et non ad
invasionem. et ideo timet in anima non
predicat forma timoris. De pueris
autem et debilibus quia facilis est pos-
sibilitas sumendi vindictam alicuius
et modicum timetur reputatur ac si iam
fuisset accepta. etenim nimia levitas
accipiendi vindictam reputatur apud
ymaginationem quasi obtentum et iam exi-
stens. Ymaginatio autem movet non
secundum quod est in re sed secundum illud quod
in ea reputatur. et ideo quia apud eam
vindicandi levitas putatur quam
obtentum reputatur vindicatio ex de-
bilibus sit accepta. et ideo vero incon-
tinenti temperatur affectus ad eam et
omnino deletur. Quod autem ymagi-
natio moveat secundum reputata et
non secundum constantiam rerum mani-
festatur ex eo quod homines abhorrent
mel quia apud eos assimilatur colere
citrine. Similiter cibos sapidos atque
laudabiles quia colores assimila-
ntur coloribus horribilium corporum
et etiam forma formice quamvis
talia non esse credantur. Similiter
in proposito quia similitudo rei suspe-
cte reputatur sive propter vehemen-
tiam motus desiderii sive propter
levitatem acquisitionis desiderati
tamquam iam esset obtentum
affectus ac si realiter esset et ideo
non fit timor. Sic igitur ex
predictis est manifestum quod inter
complexiones superius nominatas
ultima valde est disposita
ad timorem. Capitulum x. De
diversis modis letificandi qui
reperiuntur in medicinis et vir-
tutibus letificandi et confor-
tandi repertis in ipsis.

Medicine autem letificantes
letificant quedam propter aliquam
speciem dictarum causarum ut po-
te vel quia nutriendo restau-
rant spiritus sicut vinum. aut
prebent eis splendorem et lucem
sicut margarita et sericum
cum potentia abstergendi quam ha-
bent aut congregando et subti-
li referendo dispositionem ipsius sicut
emblici et carabe aut tempe-
rando complexionem suam cum
caliditate ut doronici sive cum
frigiditate ut camphora et aqua
rosata aut confortando per delectabilem
complexionem ipsius sicut savina
aromatica aut segregando [illegible]
et turbidum lucidum ab eis sicut
buglossa et lapis lazuli et id
aut separatim ut dictum est aut con-
iunctim sicut si conmiscentur corallus
et carabe et buglossa quemadmodum
docebimus in ultimis capitulis
huius libri. aut forte letificat propter
aliquam proprietatem ignotam spe-
cialiter. Proprietas autem que
communicatur alicui predictarum
sicut in musco et ambra. hi etenim
letificant cum proprietate qua commu-
nicatur aromaticitati resplendenti [illegible]
similiter etiam sericum materialiter. ipse
enim letificat cum proprietate et quia [illegible]
quoniam est calida valde letificat. similiter
quedam cum proprietate ignota et cum
aliqua causa ex cognitis videlicet
cum frigiditate doronici. similiter
quedam cum proprietate letificat et
quia spiritus quoniam facta est letificat
etiam cum proprietate sicut temperatum
[illegible] propter calefactionem. [illegible]
dictorum ad illa que proprietati coniun-
guntur quorum est universalis illa
ergo que non est [illegible] indiget
repressione malicia debilitatis
cordis aut tristicie qualis causa
est aromaticitas. Si vero particula-
ris fuerit in aliquibus indiget
repressione sicut frigiditas [illegible]
[illegible] que magis letificat in una
complexione et non in alia.
Cum ergo in frigida complexione quis
uti proponit [illegible] ad letifi-
candum frangere oportebit cum
calefacientibus frigiditatem ipsius.
Erit autem certius si frangitur cum
calefaciente quod ex proprietate le-
tificat sicut si conficiatur cum speciebus
[illegible] aliquid musci vel
ambre quia secundum intentionem avice-
nne ad letificandum preparatur
secundum compositionem habentem. Ad
qualitates autem convenientes sive
naturali appetitu inclinantur vir-
tutes quarum propria sunt obiec-
ta sicut aromaticitas et dulcedo.
Hanc desiderat olfactiva virtus
et gustativa. et naturalis virtus
et animalis naturaliter inclinantur
ad ipsa. Duarum enim medicina-
rum equalium in virtute dulcior
que est et aromatica magis
efficacior est iuvamenti propterea

quia virtus attractiua membro-
rum recipit eam fortius et spiritus
relevatus inde mitescitur si potum
habuerit imitandi et ab ea re-
levatus patitur magnum est medici-
na Verumtamen secundum aromaticitas
est subtilis substantia vaporosa si-
ue similiter subest aut dulcedinis
est substantia spissa terrestris non
aromatica magis congrua sunt
nutrimento spiritus · dulcia vero
corporis nutrimento Et propterea
in cordialibus nutrimentis cor
exigitur aromaticitas quam dulce-
do quia cor est minera genera-
tionis nutrimenti corporis ex-
igitur nutrimento ipsius de aro-
maticitate minus et de dulce-
dine plus quam in corde exigitur
tamen aromaticitas magis quia
epar est minera spiritus natura-
lis non quidem minera generationis
ipsius apud contemplatores veri-
tatis sed tamen minera receptio-
nis et sedis Apud tamen ar-
tifices magis spiritus sicut ei natu-
raliter inclinatur ad aromati-
citatem et confortatur et refocilla-
tur ex ea et fortiter inde vir-
tutes naturales procul dubio con-
fortantur // Capitulum 10. De
proprietate quid sit et quomodo dicatur

Proprietas in rei // a pro-
prietate idem est quod natura
natura vero est principium motus
et quietis in rebus in quibus
sunt per se naturaliter actio-
num per se convenientium eis et
propriarum Verumtamen differt pro-
prietas a natura sicut proprium a
communi Vulgaris autem opi-
nio est quod differat sicut
oppositum Veruntamen non est sic
sed veritas quidem est quod in illis
que componentia sunt genera-
bilium corporum Nemo causatur
quod virtutes aliquae procul
existunt in statu simplicis sic-
ut sunt ignis aer aqua
terra Dico non causantur alie in
et postea extergatur modicum cum
panno lineo. Et postea fiat hec
inunctio somnifera. Rx olei man
dragore nenufaris viol. ros. ana
ʒ. ß. ungt. populeon ʒ. vi. lactis
papaveris al. ʒ. v. misce vel fiat
unguentum cum modica cera et fiat
inunctio circa tympora et nares
et aures. Et si hec remedia non
valerent tunc infirmus tene-
at in ore suo linguam pillulas so-
mniferas i. vel ii. Rx se. in or
feidii maioris et minoris se. por-
tulace ana ʒ. i. nenufaris man
dragore iusquiami papaveris al. et ni-
gri ana ʒ. ß. cinamomi grana mus-
cus ana ʒ. i. psilly opii ana ʒ.
ii. pulverisentur omnia et fiant pil
lule cum vino modico vel syr.
nenufaris. Et teneat patiens i.
vel ii. in ore qui volt dormire.
Et si hoc remedium adhuc non vale
ret tunc fiat hoc licinium. Rx
iusquiami papaveris al. et nigri man
dragore et seminis eius ana ʒ. ß.
psilly opii ana ʒ. ii. se. portulace
endivie scariole lactuce ana ʒ. i. pul
verisentur omnia et incorporentur cum
sacrocolla et gumi arabi et oleo
mandragore et nenufaris et
aque vite modicum. Et fiant lici-
nia cum filo ligata et impo
natur ano qui inducunt somnum.
Et si illa adhuc in toto non con
ferrent tunc fiat illa confectio
somnifera ut sit apud phisicos. Rx
opii psilly ana ʒ. ii. micarum panis se-
minis gozze et boze ammigdalarum
dulcium ana ʒ. i. mandragore et se-
minis eius papaveris al. et nigri se. por-
tulace nenufaris iusquiami ana ʒ.
ß. ʒʒ. nucis muscate grana mar. cina
momi ana ʒ. ii. pulverisentur omnia
subtiliter et cum optimo zuc.
fiat confectio solida vel electuarium cum
optimo melle. Preparato vero somno
digeratur materia colica adusta hoc
modo. Rx viol. ros. nenufaris
flore salicis endivie lactuce scari-
ole cicoree et se. eius ana ana i. fu-
miterre polipodii buglossi meliss.
thimi epithimi ana ana ß. Ex
hiis fiat decoctio et thimus et

epithimia ponantur in fine decoctionis
et cum optimo zuc. fiat syr. vel in
loco acetosi cum aceto simili. to
et aromatisatum cum modico cina
momi nucis muscate et grana. Vel fiat
syr. Bennit pro quadam infirma
to ex suo gaudio. Rx aque di
stillationis borag. aque distilla
tionis buglossi ana lb. ii. aque
distillationis endivie lb. i. misce
omnia et ponantur in infusione folio
rum sene ʒ. iii. Deinde bulliant pau
ca ebullitione et in fine addatur epithi
ʒ. i. ß. et clarificentur cum zuc. lb.
i. dissol. ʒ. ii. ul. iii. cum aqua rosa
zuc. Vel fiat talis syr. pro uno
sene qui habebat timores vel
accidentia multa melancolica. Rx buglossi
melliss. ana ana ii. capilliveneris sco
lopendrie ana ana i. cum ... sticados
arabici ana ʒ. ß. radicis feni
petrosilini ligni aloes ana ʒ. i. se. ana feni
flore boraginis flore buglosse ana
ʒ. iii. zuc. lb. i. et fiat syr. dosis
ʒ. iii. in aurora. Vel fiat talis syr.
pro quadam domina melancolica habente
dolorem capitis et inviciem circa
partes stomachi. Rx buglossi mellissi
ana ana i. sene polipodii ana ʒ. i. ß.
flore boraginis passularum ana ʒ. ß.
se. ana feni endivie ana ʒ. ii. tamaris
indi v. mirabolanorum nigrorum ʒ. ß.
zuc. lb. i. fiat syr. de quo sumat
ʒ. ii. in matutinis. Vel fiat syr.
Gncaldi de sole et maxime qui
talis melancolia dependet a splene. Rx
corticum radicis feni petrosilini apii brus
si sparagi ana ʒ. ß. aceti radicis
capparis ana ʒ. ii. radicis rafani
se. apii ana ʒ. ii. radicis cappar(?) ...
mediane corticum tamarisci scea
rum ... ana ʒ. i. scolopendie
ana i. eupatorii calamenti absinthi
capilliveneris recentis endivie scari
ole ana ana i. matrisilve cuscute se.
portulace se. melonis mundatum ana
ʒ. i. ... bisantii ... cum ...
se. ... ana ʒ. ii. liquiricie
... uvarum passularum mundatarum
ab acinis ana ʒ. i. ß. succi bo
raginis succi fumiterre succi polipo
dii ana ʒ. ii. flor. borag. flor. bu
glossi sticados arabici ana ʒ. i. mell
... zuc. al. lb. ß. In
fundantur radices in aceto per
diem et noctem et postea fiat syr.
optime clarificatus. Diga ma.

Ruminus isti sir. sint appiati inte
mitire alteri a coleria adusta Ru
chylonius curatur talis medicina medata
facta ex coleria primo cum eius me
dicinis Rx pillularum de reubarbaro
pillularum de arnico an. ʒ. s. infor
mentur pille vii cum sir. ros. et
dentur in matutino Et si paciens non
possit sumere pillulas detur hec
medicina solutiva liquida Rx electuarii
aureeh sive arcs elect. de succo ros.
an. ʒ. i. s. dyarisff ʒ. s. distempe
rentur cum hac decoctione Rx
radicis feni petros. an. m. ii. bu
gloss. meliss. flore boraginis an
m. i. fumiterre polipodii an. m. s.
fiat decoctio Et si vis fortius sol
vere tunc dabis hanc medicinam
Rx elect. indi elect. de succo ros. an.
ʒ. i. s. elect. aureeh ʒ. ii. manne bone
et pinguis ʒ. s. distemperetur cum
predicta decoctione et detur in ma
tutino calida Et similes medicine possunt
exhiberi pro diversitate Pro pau
peribus vero fiant aliqua de
supra dictis medicinis simplicibus cum
melle ut sunt decoctiones et a
lie medicine pauci precii Et fiat
talis sacculus capitalis Rx viol
ros. nenufaris corticis ut an. m. i.
corticum mandragore endivie lactuce
melliloti bethonice polip. fumiterre
an. m. s. maior. [illegible] ma
geri an. ʒ. ii. pulverizentur omnia
et fiat sacculus ad formam qua
drati et ponatur super caput sto
maco ieiuno per ii horas per qualibet vice
Et si tedium inferat inflamo re
moveatur per modicum spacium et
iterum apponatur Docamenta
vero capitpurgia [illegible]
gargarismos embrocas suffumi
gia et alias medicinas similibus
[illegible] ut superdictum est in plu
ribus locis Si vero materia melancolica
causetur a splene Primo fiant
scarificaciones [illegible] circa renam
[illegible] trahendo inferius Deinde fiant
clisteria [illegible] et curatur [illegible]
tale Rx melliloti camomille [illegible]
feni an. m. i. bugloss. meliss. fu
miterre polipodii corticis [illegible]
an. m. s. Et hiis omnibus fiat
decoctio cui adde elect. indi elect.
aureeh an. ʒ. i. s. ierapigre sim
plicis cassie fistule [illegible] an. ʒ. s.
olei camomille ʒ. ii. salis communis

purgi medium fiat clistere Et si vis
fortius facere fac sic Rx bugloss.
meliss. fumiterre polip. an. m. i.
flore camomille melliloti pulegii
calamenti origani flore sticados
arab. an. m. s. anisi feniculi an.
ʒ. s. Ex hiis fiat decoctio cum a
qua pluviali Deinde pone hanc
medicinam Rx agarici optimi ʒ. i.
salis gemme ʒ. i. s. ierapigre cassie
fistule [illegible] an. ʒ. s. Post cliste
ria clisteres digeratur materia cum
[illegible] Rx flore sticados arab.
maiorane pulegii calamenti origani
corticis citri an. m. i. bugloss. meliss.
fumiterre polip. thimi epithimi an
m. s. radicis brusci sparagi feni
petros. an. ʒ. [illegible]
Ex hiis omnibus fiat decoctio cum
aqua fluviali usque ad consum
pcionem tercie partis et cum zuccaro
[illegible] fiat sirupus vel iulep Et si
vis facere sir. fortiorem fiat sic
Rx ellebori nigri polip. fumiterre cetrac
i. scolopendrie [illegible] thimi
epithimi an. m. s. radicis feni
petros. apii an. m. ii. brusci
sparagi bugloss. meliss. flore
sticados arab. maiorane pulegii
calamenti origani corticis [illegible] mente
an. m. i. Et cum optimo zuccaro
fiat iulep ut supra Digesta materia
fiat talis evacuatio Rx elect. indi
ʒ. ii. [illegible] ʒ. i. s. cassie fistule ʒ. s.
distemperentur cum decoctione supra
dictorum sirupi Vel sic Rx dia
cassie fistule ʒ. s. agarici albissimi
ʒ. i. elect. aureeh elect. indi dya
senne an. ʒ. s. Vel sic Rx pillularum
aggregativarum pillularum de la
pide armeno an. ʒ. s. informen
tur pille vii cum sir. de sticados
et dentur in aurora Et si vis
fortius solvere potes dare istas
pillulas Rx pillularum de agarico
pillularum de turbith [illegible]
pillularum de lapide lazuli an. ʒ.
s. informentur pille ix cum sir.
de sticados Vel sic Rx pillularum
de fumiterre pillularum fetidarum
an. ʒ. ii. informentur pille vii
vel ix cum sir. de sticados et
postea detur cum aqua vite vel
vino montano in aurora Et simi
les medicine plures fieri possunt
Facta diligenti purgatione potes
facere gargarismos supra dicta et

maxime de mane accessionis vel epilentie
Item invenciones odoramenta sternutatoria capitis purgationes suffumigia supra narrata contra maniam flegmaticam facere potest. Fiat tamen hec embrocatio confortativa et resolutiva. Recipe fumi terre florum sticados anthos maiorane pulegii bethonice thimi epithimi calamenti foliorum lauri salvie roris marini buglosse melisse ana m. ii s. Ex his omnibus fiat decoctio in vino montano et embrocetur caput.
Item utatur vino montano albo et aliquando malvatico. Item utatur electuario laudabili carminativo ut supra narratum est. Confectionibus vero debet uti appropriatis ut sunt electuarium letificans almansoris quod est tale. Recipe melisse corticis citri gallie muscate masticis croci orientalis cinamomi macis cardamomi peonie been albi et rubei zedoarie doronici ozimi ana ℥ et seminis garyophillorum ana partes equales misti ozimi x partes vini. Deinde scindantur kebuli xx emblici xxx et terantur in libris iii aque et coquantur donec ad eam unam redeant et colentur et in colatura mittatur mellis lb. i. Deinde bulliat iterum donec aqua sit consumpta. Et postea ex hoc melle conficiantur dicte species quod tamen in pondere sit triplum ad species predictas. Post sumpcionem electuarii sumat cum vino anthos. Hoc medicamen letificat et colorem pulcritudinem et digestionis fortitudinem operatur et corpus retineat. Si vero ista frenesis talem passionem inducit sive inducta nascatur in capite inducta vel propter eam fuerit adusta tunc mollis cibi fiant diversitates cum frictionibus ligaturis clisteribus suprascriptis et etiam ventosis primo post si humidus sit. Deinde fiat clistere dignum. Recipe scolopendrie ... fumiterre polipodii buglosse melisse ana m. i thimi epithimi bethonice capilli veneris cuscute corticis capparis florum sticados anthos maiorane ana m. s. Ex his omnibus fiat decoctio cum aqua fluviali et fiat syrupus. Alius syrupus fortior illo. Recipe succi pomorum silvestrium acetosorum ℥ vi radicis brusci sparagi petrosilini radicis capparorum ana m. ii s. mirabolanorum kebulorum indorum nigrorum ana numero x.

alii nigri polipodii fumiterre ceterach thimi epithimi florum sticados anthos maiorane corticis citri ana m. i. Ex his omnibus fiat decoctio cum aqua fluviali preter succum pomorum et thimum et epithimum quod ponitur in fine decoctionis. Et facta decoctione colentur et colature mittatur predictum succum pomorum cum zuccari albe et fiat syrupus secundum artem. Et possunt apponi alie medicine appropriate pectori stomacho epati vel ... secundum quod a tali vel tali membro talis inducta sit dependencia. Facta digestione materie inducte tunc fiat evacuatio talis. Recipe elebori nigri ℥ ii elebori ameti ℥ i et s. ... trite cum predicta decoctione ... ℥ ii. Et distemperetur hec medicina etiam cum dicta decoctione et detur calida in aurora. Vel Recipe succi polipodii recentis ana ℥ i s. elebori nigri elebori ameti ana ℥ i s. pulveris sene preparate ℥ ii. distemperentur omnia cum dictis succis et decoctione supradicta. Et detur dicta medicina in matutinis calida. Vel pro non potentibus sumere medicinam liquidam sic fiat. Recipe pillularum indarum pillularum de fumoterre pillularum fetidarum ana ℥ i. et informentur pillule vii cum succo de fumo terre vel de sticados. Et dentur in aurora. Vel Recipe pillularum de lapide armeno pillularum de lapide lazuli ana ℥ s. informentur pillule vii et dentur ut supra. Facta evacuatione sufficienti debet conversari cum rebus non stabilibus semper cum letitia et gaudio se confortando insipientem. Ultimo potest dare tyriacam et ... simul cum aqua vite vel vino montano in matutinis vel tertiis mixtam cum tyriaca et continue v diebus aut vi successive. Et si hec non sufficiant fiat hoc balneum. Recipe aque fluvialis quantitatem quam vis. Deinde intus fac bullire omnes herbas. Recipe buglosse melisse fumiterre maiorane florum sticados anthos florum roris marini florum camomille ana m. i. Et tunc calefacto balneo ponatur intus paciens stomacho ieiuno et dimittatur stare per i horam et post exsiccetur

et ponatur ad lectum et detur de
supradicto electuario vel de confectione
solida ex eisdem medicinis composita
et postea detur modicum vini
montani odoriferi. Postea permittatur
dormire ad iii vel iiii horas
Et postea possunt fieri suffumigia
odoramenta emplastra et alia me-
dicamenta appropriata et localia ut
plenius dictum est supra
Unde catarrus capitur dupliciter
Uno modo pro fluxu alicuius materie
fluente ad nares a capite Et
dicitur coriza ab isto esse quod
coza vocatur Secundo capitur pro fluxu
alicuius materie fluentis a capite
ad fauces Et vocatur brancus
per quamdam similitudinem ossium man-
dibularum que ossa sunt dimulgata
ad modum duorum brachiorum Tertio
capitur pro fluxu alicuius materie
fluentis ad pectus Et hii catarri
sumunt denominationem a loco membro
ad quod transit quod tamen non
facit ad propositum Et iste tribus
modis sumendo catarrum prediffi-
nitur Est enim fluens a capite
ad nares fauces et ad pectus Et
ille catarrus potest quadrupliciter causari
seu generari Primo a materia san-
guinea ut si sanguis in multa
quantitate a capite flueret ad ali-
quod predictorum membrorum Et quamvis
tamen raro hoc accidat Secundo potest
causari a materia colerica Tertio a materia
melancolica Et quamvis tamen etiam hii duo
modi raro eveniant Et quia hii
tres modi raro eveniunt ideo curam
eorum pretermittam Quarto causatur
catarrus a fluxu materie flegmatice flu-
entis ad dicta membra Qui ca-
tarrus plures contingit et spe-
cialiter in hyeme Cuius cura ta-
lis est Primo imponatur pati-
enti dieta multum subtilis in prin-
cipio que est nisi tertia si virtus
est fortis aut dare debes pti-
sanam colatam ordeaceam cum
zuccaro si virtus est constans vel
privata vel brunen Item loco vi-
ni bibat paciens istam aquam ℞
iniubarum sebesten ana x ficuum
siccarum pinguium dactilorum ana
vii liquiricie rase ʒ s uvarum passe
mundatarum ab acinis ʒ i ysopi
scabiose capilli veneris rusticte be-
thonice flore sticados ana m i

Ex istis fiat decoctio cum penidiis
vel zuccaro optimo et dimittatur pro
pauperibus cum melle Et si vos fa-
cessisset in tali catarro qui se plu-
rimum accidit fiat ista alia decoctio
temperata ℞ ordei ve. rusticte viol
rosarum lactuce endivie ana m i iniubarum
sebesten ficuum pinguium siccarum dactilo-
rum ana numero viii radicis feniculi petrosillini
ana numero iii Ex hiis fiat decoctio cum
optimo zuccaro de quo utatur infir-
mus loco vini Item utatur tali cli-
stere ℞ ysopi scabiose ordei flor
camomille meliloti ana m i furfuris
tritici in sacculo agarici flore sticados mal-
ve foliorum violarum mercurialis blite
ana m s Ex hiis fiat decoctio et
coletur Cui addas turbith subtiliter
pulverizati ʒ s yerapigre cassiefistule
zuccari rubei ana ʒ s salis gemme
ʒ i s fiat clistere Item fiat tale
digestivum ℞ sirupi de liquiricia sirupi de
ysopo ana ʒ vi sirupi de sticados oxi-
melli compositi ana ʒ ii misce et
iste sirupus distemperetur cum predicta
decoctione Vel fiat talis sirupus ma-
gistralis scilicet sic fit ℞ bethonica
rute citri flor sticados arab ysopi
siccati pulegii ana m i viol ro. rad
lactuce rusticte capilli veneris ana
m s passularum enucleatarum ʒ i s
liquiricie rase ʒ s iniubarum sebesten
ficuum pinguium siccarum dactilo-
rum ana numero x radicis apii feni-
culi petrosillini ana numero ii fiat decoctio
et postea cum optimo zuccaro fiat
sirupus vel iulep Digesta autem materia
fiat evacuatio hoc modo ℞ pillularum de
agarico pillularum de turbith ana ʒ
s incorporentur pillule vii cum sirupo
de sticados vel fiat evacuatio cum pillulis
cochiis vel aggregativis vel simi-
libus vel ex illis compositis Vel
fiat talis medicina solutiva ℞
manne vel cassie tracte cum pre-
dicta decoctione ana ʒ s turbith
boni et gummosi agarici albissimi
ana ʒ s salis gemme zinziberis ana ʒ
ʒ s pul. gere ʒ i misce et
distemperetur cum predicta et detur
calida in matutino Facta purgatione
sufficienti fiant suffumigia cum
frote odoramenta stimulativa
ventose et alie medicine locales
contra talem morbum flaccam

Obtalmia est duplex vera et non
vera Non vera fit cum ...

ʒ iii vocatur gencbaro et sarille.
Et ad hec obtalmia causatur a cau-
sis extrinsecis et a sole pulvere fumo
cum similibus percussione et a pluribus
aliis causis Et vera causatur a
causis intrinsecis Et hec diffinitur
sic est apostema causatum in coniunctiva
oculi Quibusdam tamen alii dicunt obtalmi-
am esse apostema calidum in coniunctiva
oculi causatum Et hec vera ob-
talmia est quadruplex quedam
generatur a sanguine quedam ex fle-
gmate quedam a colera Cum ob-
talmia vera a colera raro generatur
quia talis humor raro fluit ad
coniunctivam oculi Verumptamen potest
ad ipsum fluere et ipsam apostemare
Et in hoc casu debemus digerere
istam colericam materiam cum me-
dicinis supra dictis in cura ca. intre
nalis Aut preter naturam et
similiter cum aliis medicinis evacu-
ativis et localibus ibi narrat
Inter cetera potest fieri hoc collirium
Recipe thimi masticis ana ʒ s. tutie
preparate cum aqua feni ʒ ii vini
montani aque rute aque feni ana
ʒ i aque eufrasie ʒ s. et fiat colli-
rium Vel Recipe antimonium prepa-
rati cum aqua rosarum tutie prepa-
rate cum aqua feni ana ʒ i aque
eufrasie ʒ i aque feni aque ruthe
ana ʒ s. misce fiat collirium Et
si vero obtalmia fuerit a materia
flegmatica quibus hoc etiam raro con-
tingit tunc in hoc casu fiant
digestiones cum clisteribus supra
dictis huius materie apparatur sca-
rificationibus ventosis et aliis me-
dicinis a capite dictis Quibus
sufficienter factis fiat hec dige-
stiva Recipe syr de sticados arab.
ʒ i syr viol syr rosarum ana ʒ s.
aque ros. aque ruthe ana ʒ s.
misce Vel fiat tale iulep ma-
gistrale Recipe florum sticados arab
bethonice maiorane ana m. i
crista galli eufrasie ro. ru feni
verbene ana m. s. Et postmodum fiat
decoctio et cum optimo zuccaro fiat
iulep etc. De aliis pluribus facta
digestione materie tunc evacuetur dicta
materia hoc modo Recipe pilladeu co-
chiarum pillarum in[...] sim quest
et ..ot ana ʒ s. Et informentur
pille vii cum syr de sticad ut
laxum syr ros vel violarum ut tibi

videtur Vel potest fieri evacuatio
cum hac medicina liquida solu-
tiva Recipe mirabolanorum bellirici et chebuli
ʒ i ʒ ʒ i salis gemme ℥ iiii aga-
rici optimi ʒ i cassiefistule cum aqua
rute cum feni ʒ s. Et distempe-
rentur cocta cum aqua feni et aqua
eufrasie Et detur in aurora
Et similes medicine fieri possunt
facta evacuatione bona vel tercia suffi-
ciente sicut est necesse tunc fiat
hoc collirium Recipe mirre sarco-
colle ana ʒ ii tutie preparate cum
aqua ruthe et feni ana ʒ i s. a-
que celidonie aque feni aque ruthe
aque eufrasie ana ʒ s. misce et
fiat collirium Et si vis fortius fa-
cere fac sic Recipe viridis eris ʒ s.
piperis longi ʒ i thuris mirre sar-
cocolle ana ʒ i athimoni tutie prepa-
ratorum cum aqua feni et eufrasie
ana ʒ ii terantur omnia subtiliter
super marmore et fiat collirium
cum aqua rosarum rute feni celidonie
et eufrasie Item in hac obtalmi-
a facta purgatione ut supra dictum
est valet mica panis infusa in
... ... de
... ... et ... po-
no vini montani optimi Et
valet hoc remedium secundum ... ...
3 .. ... de cura obtalmie fere
Item valet etiam balneum et
maxime tale Recipe aque pluvialis
quantitatem sufficientem ut tibi vi-
detur Deinde impone herbas ...
Recipe eufrasie ruthe florum sticad
arab bethonice ana m. i feni
verbene maiorane ros ana m. s.
et fiat decoctio Et tunc facta
decoctione patiens obtalmicus
recipiat fumum ad caput bene
cooperto et postea intret balneum
et stet ibi donec sudet Et postea
sudore sufficienti exiccetur cum
panno lineo calido et postea bibat
haustum ... vini montani cum
quo etiam commendat modicum tiriace
grosse vel ... vel similem
confectionem Nam tunc illa
materia ... resolvitur et multum
subtiliabitur et sic puto opportunum
esse loco superius allegato quoniam
in obtalmia calida omnia et ...
neu possent plus nocere quam prodesse
nisi in casu in quo materia esset
subtilis et pauca et apta re-

solutionem. Plures autem et fortiores huius valent in obtalmia a causa frigida quam a causa calida. Item valet etiam in hoc casu potus tyriace antique cum vino montano vel potus metridati antiquioris temporis et aliorum electuariorum capiti appropriatorum. Item valet suffumigacio facta ex thure vernice mastice mirra et sarcocolla iuniperi et suffumigacio ex istis mixtis et similibus. Et si vero obtalmia causata fuerit a materia calida colerica. Et quia ut plurimum propter subtiliacionem colere sanguinis cum colera misceatur. Ideo primus facto clistere et evacuacione lenitiva ventris et maxime inferiorum fervium tunc fiat flebotomia ex cephalica. Et postea detur pacienti hoc digestivum. Recipe violarum [illegible] capilli veneris ana m. i. bethonice endivie lactuce eufragie verbene criste galli ana m. s. seminis endivie scariole lactuce citrulli cucurbite ana ʒ s. Ex hiis omnibus fiat decoctio cui adde vini granatorum ʒ vi et cum optimo zuccaro fiat iulep. Vel Recipe syrupi acetosi simplicis ʒ i. mellis rosarum colati syrupi de endivia syrupi violarum ana ʒ s. et distemperetur cum decoctione iam dicta. Vel Recipe syrupi rosarum syrupi violarum oxizacre ana ʒ vi et distemperetur totum cum decoctione supra dicta et fiat iulep sufficiens ad digestionem materie. Fiat talis evacuacio et primo cum pillulis hoc modo Recipe pillularum de reubarbaro pillularum lucis ana ʒ s. et incorporetur pillule vii cum syrupo rosarum et dentur in aurora. Vel sic Recipe pillularum cochiarum pillularum aggregativarum ana ℈ i. informentur pillule vii cum syrupo violato ut supra dentur. Post fiat evacuacio cum medicinis liquidis Recipe infusionis reubarbari in aqua rosarum ʒ i. agarici optimi infusi in aqua endivie ℈ ii. manne electe cum aqua endivie ʒ s. et distemperetur cum supra dicta decoctione et detur calida in matutinis. Vel sic Recipe dyaprunis ʒ s. electuarii de succo rosarum ʒ ii. dyasinnonis ʒ i. misce et distemperentur omnia ut supra. Et multe alie similes medicine possunt in hoc casu exhiberi. Post

evacuacione fiant huiusmodi collirea. Recipe thutie preparate cum aqua rosarum ʒ i. antimonii lapidis ematitis preparatorum cum aqua eufragie ana ʒ i s. pulverizentur omnia subtiliter et cum aqua rosarum et eufragie fiat collirium quod guttatim ponatur in oculis. Vel sic Recipe camphore ℈ i. antimonii lapidis ematitis thutie preparatorum cum aqua rosarum ana ʒ i. opii ℈ s. pulverizentur omnia super marmore subtiliter et cum aqua rosarum eufragie verbene et feniculi fiat collirium. Vel secundum Rasim fiat tale sief album. Recipe cerusse ablute ʒ x. sarcocolle grosse ʒ vi. dragaganti ʒ i. opii ʒ s. fiat ex hiis forme lenticularis similes et tunc cum aqua rosarum et eufragie fiat collirium. Vel secundum eundem fiat talis pulvis [illegible] Recipe sarcocolle ʒ x. aloes ʒ ii. croci ʒ ii. mirre ʒ i. [illegible] ʒ ii. ex eis optime teratur [illegible] cum opus fuerit. Vel fiat talis pulvis al[illegible] Recipe sarcocolla al[illegible] et mittatur in lacte mulieris quod melius erat cum aliquis [illegible] fuerit et dimittatur in umbra donec exsiccetur. Et postea accipiatur et teratur optime. Et omnibus ʒ x. ipsi addantur de [illegible] ʒ ii. que iterum optime terantur reponantur in aliquo vase vitreo. Et cum opus fuerit in oculo mittatur. Et plures alie medicine et collirea fieri possunt. Si vero obtalmia fuerit causata a materia sanguinea que ut plurimum accidit cum facto clistere infrigidativo superius dicto fiat flebotomia de saphena si ibi est magna repletio sanguinis. Deinde cephalica prout notum est. Qua sufficienter facta fiat tale emagogum vel sanguinis mundificativum. Recipe rosarum violarum endivie lactuce [illegible] ana m. i. [illegible] eufragie verbene feniculi bethonice ana m. s. seminum 4or frigidorum maiorum et minorum ana ʒ ii. zuccari quantum sufficit. Et fiat syrupus vel iulep et sumatur in matutinis ʒ ii vel iii quod tibi videtur. Vel sic Recipe eufragie verbene rosarum violarum [illegible] ana m. s. buglosse [illegible] lactuce [illegible] Et est lactuca [illegible] flore [illegible] endivie

ulcerum. Et ista albedo dicitur vestigium
ulceris. Et ista suscipit curam pro-
go fiant duo collyria. Item dragaganta
et sarcocolla et alie medicine cora-
les que omnia dicta sunt in cap(itulo)
de cura obtalmie causate a materia fleu(matica).
Et si contingat aliquam materiam insisti-
tam digerere et euacuare ut supra
dictum est. Deinde fiat thuris
collirium. Rx stercoris hyrundinis
subtiliter pulverisati ʒ. i. sanguinis mellis quantum
sufficit ad incorporandum misce et
distemperetur cum aqua rute et eu-
frasie et fiat collirium. Et si vesti-
gium hic non remouetur propter eius
duriciem tunc mollificetur hoc
modo. Rx radicis altee seminis fe-
niculi an. ʒ. ii. bethonice eufrasie
feni malue an. m. i. bulliant
in aqua pluuiali. Item suffumi-
getur oculus patientis et cum
spongia embrocetur. Et similes
medicine fieri possunt. Mollifi-
cato autem bene vestigio illo tunc
fiat hic collirium forte. Rx corticum
testarum ouorum recentium madi-
ficatorum combustorum stercoris lacerte
viridis spume maris stercoris
imitate in aqua celid(onie) tercuse
lote an. ʒ. i. lapis ematites tutie
bene preparate cum aqua feni-
serapini galbani an. ʒ. i. s. osse
sepie cipreis an. ʒ. i. fellis vul-
turis ʒ. ii. pulverisentur omnia
subtiliter et misce cum aqua ce-
lidonie feni et eufrasie et fiat col-
lirium. Aliud remedium quod est
secretum Giraldi de solo de quo
dicit quod vidit mirabilia et est a-
qua roris marini facta sub terra.
Et fiet hoc modo. Accipiatur vas
de vitro mundum et impleatur
floribus roris marini tempore
magni estus. Et postea hoc vas
bene reclusum reponatur per mor-
dies sub terra et postea accipe
illud vas quia ibi erit aqua
et utere ea in talibus passionibus.
Ultimo vero fiat collirium optimum
Rasis tale. Rx massatine et est ter-
ra que remanet ex vitreatorum
spume maris stercoris lacerti
magni i. legiri kamach
nigri omnium an. partes equales. Item
simul terantur celidonie ʒ. ʒ. an.
ʒ. x. coquantur in [illegible]
donec ad tertiam redeant et coletur

et in hac aqua imbibantur. Postquam
supra diximus ita quod [illegible] ex
ea et exsiccentur pluries quantum sum-
fuerit siccentur et terantur sub-
tiliter. Et quando necesse fuerit fiat
collirium cum predictis aquis
et oculo mittatur guttatim. Hoc
enim medicamen ut dicit Rasis nullum com-
parem existit in remouendo albugi-
nem oculorum. Et remouet etiam
grossitiem albuginem oculorum [illegible]
[illegible]. Et hec cura non
solum valet pro cura albedinis et
albuginis oculorum immo etiam pro
cura macule et nubis valet etiam
pro cura tele panni et vngule. Capitulum
Vndecimum de sebel et scabie oculorum
Sebel sicut dicit est panniculus
adherens oculo ex inflatione vena-
rum eius apparentium in superficie coniuncti-
ue et cornee. Vel aliter est mor-
bus affinat causatus morbo et ma-
xime in coniunctiua ex repletione vena-
rum ipsarum coniunctiue. Secundo notandum quod
in hoc casu Rasis determinat de cura
scabiei. Item tamen omnia scabies
sunt pustule parue apparentes in pal-
pebris cum pruritu. Ideo a cura
sebel incipiam. Vnde in hoc casu primo
fiat flobotomia de cephalica. Et si hoc non
sufficit fiat flobotomia de venis que sunt
locum in angulis exterioribus aut
prouocetur fluxus sanguinis narium
cum sanguinaria supradicta aut
cum ventosis ut dictum est in capitulo de
cura sode causate a sanguine. Se-
cundo si esset alia materia sanguini admixta
replens dictas venas tunc dige-
ratur mundificetur et euacuetur ut
dictum est in capitulo de cura obtalmie.
Deinde facto [illegible] bibat vinum
[illegible] aliquas res euaporantes
[illegible] ad caput ut dictum est supra.
Et postea fiat ista fomentatio. Rx
[illegible] integri [illegible] m. i. mal-
ue [illegible] eufrasie feni an. m.
s. Ex hiis fiat decoctio in aqua
pluuiali et postea caput patientis
cooperiatur et fumum illum recipiat
in oculo leso. Et postea post [illegible] la-
uare oculum lesum cum dicta aqua.
Item [illegible] cum [illegible]
[illegible] imponatur oculo leso
collirium [illegible]. Rx corticum ouorum
recentium m. s. stercoris [illegible]
ʒ. ii. armoniaci ʒ. i. s. [illegible]
albissimi ʒ. i. [illegible]

in arcto fortissimo ix diebus et
exurentur et pulverizentur subtiliter
et cum lacte mulieris fiat colli
rium Et si hoc non sufficit fi
at collirium Rasis quod est factum
isto Rx lapidis ematitis calcatar
combusti ana ʒ iii eris usti
ʒ ii mirre tucie ana ʒ i pi. lon.
ʒ s. Et confrigantur omnia cum vino
veteri et fiat collirium Et si ista
non sufficerent tunc removeat se
bel cum ferro per medicum expertum
scilicet incidendo item panniculum Capitulum
Unde de lacrimali cum pruritu
lacrimale est duplex
quoddam maius et quoddam minus
lacrimale maius est angulus ma
ior oculi. et sic sunt duo lacrimales
maiores Et lacrimale minus est
alter angulus oculi sinistri. et
etiam isti sunt duo Et quamvis ab
omnibus angulis possint fluere
lacrime cum pruritu tamen Rasis hic
intellexit de lacrimis exeuntibus
a lacrimali maiori quia propter lati
tudinem viarum angulorum maiorum
maxime possint fluere lacrime
cum pruritu Item notandum quod ta
les lacrime cum pruritu communiter cau
santur ab humore colerico Et ut
plurimum causantur ab humore fla
salso quamvis etiam raro a simplici
itatibus aliorum humorum contingere
possint Et ideo primo digeratur
materia peccans cum digestivis appropri
atis Et similiter etiam evacuetur
cum solutivis appropriatis ut dictum
est in capitulo de cura obtalmie quod
cumque materia sit illa Si vero esset
sanguinea fiat flobotomia ut supra Et
similiter possunt fieri collirua su
pra dicta restringentia fluxum
lacrime et confortativa oculi Etiam
dieta et alie medicine locales pos
sunt fieri ut dictum est supra Et
possumus ponere trociscos Rasis super
lacrimales oculorum de eis et
ola viol Item ad hoc multum valet
trociscus de terra sigillata trociscus de
spodio trociscus de camphora arsenici
vel auri vel nitrat. cum aqua
rapata Capitulum de ungula
Unde ungula est excrescentia
facta in coniunctiva vel est panni
culus factus partim ex nervis et par
tim ex carne prope angulum dex
trum sive maiorem Et quamvis nondum

quod tela sive pannus curatur eadem cu
ra que ungula quamvis tamen pannus
sive tela sit facta ex subtiliori materia
quam ungula Et ideo dicendum quod ungula
hoc modo curari debet Primo di
geratur materia flacida quia a tali
materia ut plurimum generatur Deinde
evacuetur cum medicinis supradictis
contra materiam flacam capitulo de cura
obtalmie Et similiter possunt fieri
alie medicine locales supradicte
abstersive mundificative et incisive
Et in speciali fiant hec collirua Rasis
Rx zinziber i. calibis pulverisati
ʒ iii. cotatur i. vitreoli usti ʒ
vi arsenici rubei baucarith spu
me maris ana ʒ i salis armoniaci
ʒ s. et armoniacum in succo rute
dissolvatur et species ex eo confrigantur
et fiat ex eis collirium Et hoc colli
rium valet etiam contra sebel et albugi
nem oculorum scabiem ungulam
et pannum et contra similes passiones
que sunt difficilis eradicationis et mi
rabilem operationem efficit Item
fiat aliud Rasis de calamito Rx
eris usti calamini ana ʒ v. remar
arsenici sublimati ana ʒ i zinziber ca
libis ʒ ii salis armoniaci ʒ i
terantur et per ebdomadam unctum
dimittatur et postea fiat collirium cum
aqua feni rute et eufragie Vel
fiat tale Rx fellis vaccini ʒ ii fellis
accipitris fellis gruis fellis galli
ana ʒ i antimonii tucie prepa
ratorum in aqua feni et rute ana
ʒ i s. lapidis ematitis intrinsece prepa
ratorum cum aqua eufragie et bri
ttatorum super marmore ana ʒ
i et ʒ i. florum eris usti ceru
se de plumbo auri salis gemme
ana ʒ i et ʒ ii piperis albi et nigri
ana ʒ ii et s. terantur omnia sub
tiliter et cum aqua vite et pre
dictis aquis fiat collirium quod mira
bilem operationem efficit in remo
vendo panniculos oculorum Et si un
gula fuerit antiqua et grossa
tunc mollificetur cum medicinis mol
lificativis supra dictis Deinde capiatur
talis panniculus cum uncino sub
tili circa medium et postea incida
tur cum rasorio usque ad angulum
sinistrum Capitulum de macula rubea
Unde macula rubea est sanguinis
coagulatus exiens in coniunctiva
Et hec macula est duplex quedam

est que causatur a causa extrinseca
quedam intrinseca Prima causatur
a percussione vel incisione vel punc
tura Ex quibus sequitur apertio ve
ne et defluit sanguis ad coniunc
tivam Secunda causatur ab habundantia san
guinis calidi vel propter multitudi
nem eius fluentem extra venas per
orificia vel per porositates Capiendo
ergo ungulam quocumque modo cu
rari potest hoc modo Nam in
principio ponatur albumen ovi cum oleo
rosarum simul mixtum et bene conquassatum
Et si fluxus propter hoc remedium non
restringatur tunc fiat hoc fortius re
percussivum Recipe aque plantaginis aque
rosarum ana ʒ i albuminis ovi ʒ ii olei
rosarum olei violarum ana ʒ s boli ar
meniaci terre sigillate ana ʒ i misce et bene
incorpora Et cum pecia de lino
balneetur et ponatur super oculum
Facta igitur repercussione et cas
sato fluxu sanguinis tunc appo
netur epithima apparata resolutiva
illam materiam fluxam hoc modo Recipe
maiorane florum sticados camille
florum meliloti ana ʒ i eufragie
rute feni verbene ana ʒ s Ex
hiis fiat decoctio Et suffumigetur
oculus valde bene cooperto capite
Post suffumigio fiat emplastrum et po
natur super oculum Recipe unum
pomum acetosum bene coctum
in igne cineri ʒ i mirre thuris
oppoponacis ana ʒ i dissolvantur
gumma in vino et oleo de ruta
et fiat emplastrum quod patiens conti
nue teneat super oculum Et si
hec macula non recederet tunc
fiat emplastrum fortius Rasis et est ut
de forte et est tale Recipe aceti
rubei albuminis mirre ana [illegible] ana partes
quod in succo coriandri fregentur et
in oculum distilletur Et si macula
causaretur propter multitudinem san
guinis tunc fiat flebotomia de cephalica
et postea fiant repercussiva su
pra dicta vel eis similia Et finaliter
fiant medicine abstersive et re
solutive dicte in capitulo precedenti Ca
Est notandum quod de lacrimis
lacrime sunt duplices quedam
facte in gaudio et ille fiunt propter
dilatationem cerebri seu vapor
extremum per nares que lacri
me exeunt quedam forte sunt propter
tristitiam Et hec lacrime causantur
propter compressionem seu constrictionem
illarum viarum sicut fit in passio
gia et lacrime exeunt involuntarie
Et sunt duplices quia quedam
fiunt propter debilitatem virtutis
continentie et digestive ut in propinquis
morti de quibus loquitur ypocras
primo pronosticorum Et si in morte
fluxerint lacrime Et quedam
sunt lacrime involuntarie causa
te a superfluitatibus capitis et maxi
me flegmaticis quia lacrime a su
perfluitatibus flatis generantur quia
a superfluitatibus aliquando humiditatum
generari [illegible] Secundum ergo quod Rasis
loquitur hic de cura lacrimarum
involuntariarum hic ultimo modo dictarum
Et ille lacrime ut plurimum fiunt
in pueris et senibus propter humiditates
multas flatam [illegible] Item
notandum quod Rasis ponit curam per
medicinas locales [illegible]
debemus intelligere quod materia fla[illegible] talis
primo digeratur 2o evacuatur 3o
debemus applicare medicinas locales
digeratur igitur materia et evacuatur ut
dictum est in capitulo de cura obtalmie
Quibus factis fiant hec medicine
locales Et primo fiat hoc reper
cussivum et restrictivum lacrimarum Recipe
olei rosarum olei [illegible] ana ʒ i
boli ar terre sigillate sandali [illegible] ana ʒ
[illegible] lapidis ematitis
ana ʒ ii misce et applicetur hoc
remedium super supercilia Deinde ponatur
in angulis oculorum hoc collirium
optimum Recipe [illegible] anthimonii
ana ʒ ii boli ar terre sigillate san
dali ana ʒ i terantur simul et cum
aqua rosarum fiat collirium quod appo
natur in angulis oculorum quando
necesse erit Vel fiat tale collirium
Rasis Recipe tutie ʒ x corallorum
rubeorum [illegible]
aloes ana ʒ ii piperis ʒ s Et
ex hiis fiat pulvis qui assidue
ponatur in oculo quando erit necesse
et maxime cum aqua rosarum Capitulum de debilitate visus
Et causatur debilitas visus
primo diminute 2o corrupte
3o ablate Et causatur debilitas visus
possit multis aliis modis causari
[illegible] hic Rasis loquitur de diminuta
seu corrupta visione que causatur
propter vapores seu fumos elevatos
a toto corpore et specialiter a stomacho
qui fumi seu vapores sunt fla[illegible]

Predicto primo fiant dieta diminuen
cia et euacuancia a capite Et maxi
me fit tale clistere Rx ana fen.
flor. camomille ana m. i. pulegi flo
r. sticados arab. maiorane ireos
eufrag. ana m. s. Ex istis omnibus
fiat decoctio et de hac decoctione
recipe quantitatem sufficientem et appone
hanc medicinam Rx yerapigre cass.
zuk. rubee ana ℥ s. agarici albissi
mi ℥ i. salis gemme ʒ s. et fiat cli
stere et multa similia fieri possunt
Cum fuerit digesta materia cum su
pradicto digestivo dicto in cura ob
talmie cause a materia flata Deinde
euacuetur materia cum pillulis cochiis
et aliis pillulis materiam flatiuam
euacuantibus Si vero debilis virtus
causaretur ab alia materia tunc
digeratur et euacuetur cum aliis me
dicinis ut supra dictum est Dili
genti vero euacuacione facta materie
flate prius dicte fiat collirium
et medicine appriate debilitati
oculorum Et primo fiat hoc
remedium Geraldi de solo quod
multum laudat Rx unam pica
cum plumma decollatam et ponatur
in fimo donec exsiccetur et fiat
pulvis Deinde ponatur huius pulveris magis
feni eufrag. et rute et fiat Rx
fiat collirium tale Rx succi eu
frag. succi verbene celidonie
feni rute succi ros. ana ʒ ii ma
iorane serpilli basiliconis ana
ʒ i. s. tutie antimonii sub
tiliter terenda lapidis emathites ana
ʒ ii et s. pulverisentur omnia sub
tiliter et ponantur in dictis succis
per diem et noctem et fiat colli
rium Item valet album balsamum
et similiter kasma in oculis posita
Item valet hoc remedium Geral
di de solo Rx unum epar hirci
et in ipso sic caldo fiant foramina
in quibus ponatur piperis longi et
exsiccetur in fumo et fiat pulvis
et postea dictus pulvis misceatur cum
aqua celidonie et eufrag. et
fiat collirium Et si vis fortiorem
facere fac collirium Rasis quod
est tale Rx tutie ablute et ex
iccate ʒ x Deinde extrahatur succus
feniculi i. maiorane viridis et per
mittatur residere per noctem et co
letur Deinde sumatur ʒʒ piperis longi
mg. macropiperis celidonie omnium ana

ʒ ii sal armoniaci ʒ i. tutie ʒ xx
piperis hec omnia terantur et ex succo
feni terreni i. malt. conspergantur
et exsiccantur Iterum terantur
et reponantur in vase et fiat colli
rium Ultimo vero utatur talis
patiens omni die electuario Geraldi
de solo quod sarracenum sive appellat
Rx sethemere verbene celidonie
eufrag. yposi pol. omnium succorum
ana ʒ i. s. se. feni siler montani
ana coriandri preparati se. maio
rane se. basiliconis mar. carda
momi ana ʒ s. miroballorum omnium
galange ana ʒ i. piperis lon. xilaloes
mastic. foli. pilosella sponte nardi
ana ʒ s. cortic. citri conditi ʒ in
conserve borag. conserve anthos ana ʒ
ii aque ros. de damasco quantum suffi
cit ad incorporandum aque feni ʒ v.
zuk. quantum sufficit et fiat electuarium
Si vero contingeret debilitatem visus
ex inanitione tunc adhibeat dieta
restaurans deperditum per cibum et
potum et per administracionem aliarum
rerum 6 non naturalium ut supra dictum
est sepe. De pilis qui sunt contra na

Est notandum [turam] nascuntur in palpebris
quod pili prava inversionis duplicatur
primo a causa primitiva 2° a causa
corporali et intrinseca Primo a
causa primitiva inversantur pili et fle
ctuntur versus partem interiorem
oculi ut puta propter fricationem
palpebre pili aliquando inversantur
et inducunt lacrimas et magnum
nocumentum oculis ut pluries vi
di in experientia Aliquando etiam incro
pantur pili propter percussionem aut
propter aliquem alium modum superfluitate
in oculo Et tunc isto casu stan
te Rx buglenariam parvam et subti
lem et capias pilum et extrahe
et erige ipsum versus partem supe
riorem ipsius palpebre Et si
non posses aliquo modo capere
pilum propter lippitudinem aut la
crimam tunc in isto casu eneruetur
tota palpebra et tunc mundetur
palpebra a talibus superfluitatibus
et postea erigitur pilus ad suum lo
cum naturalem 2° propter pilos
inversatos a causa corporali et hec
duplicatur aut propter porositatem tor
tuosam quia pori palpebre sunt
tortuosi et pili nascuntur aut
quia pili non nascuntur in loco

suo naturali primo infra in parte interiori supra palpebram. Et primo tunc talis pilus trahatur superius cum mogleta et tunc coagulentur et inviscetur cum aliquo glutinoso et tenaci seu viscoso pulvis primo et super mastice gummi arabici cola piscium et similibus medicinis. Vel aliter radicitus extrahatur pilus ille et postea cum acu de auro cauterizetur porositas radicis adhuc ut non possit talis pilus generari. Alius modus est evellere pilum cum tota sua radice et postea pone medicinam aliquam prohibentem ortum pilorum a forinseca parte aut quantitate ut infra dicetur et pone ipsam in loco radicis. Si 2° generentur pili tunc pili eradicentur et fiat quod dictum est supra. Vel aliter Recipe unam acum auream puram et subtilem et perfora palpebram in parte interiori usque ad locum naturalem aliorum pilorum et reduc pilum per illud foramen aut cum mogleta aut ponendo eum in foramine acus et tunc extrahe acum cum pilo ad suum locum naturalem. Medicine vero prohibentes ortum pilorum sunt iste. Primo Recipe ova formicarum ℥ s. [illegible] fecis ℥ ii misce omnia cum saliva hominis ieiuni. Alia medicina fortior Recipe fellis [illegible] ℥ ii sanguinis [illegible] ℥ i [illegible] fecis ℥ i s. castorei ℥ ii misceantur simul cum saliva hominis ieiuni. Vel similiter [illegible] Recipe sanguinem rane aut pediculi aut catuli canis aut mucillaginem psillii et supponatur. Vel fiat tale medicamen. Recipe spuma maris salis armoniaci unguentum asinini adustarum partes equales et misceantur simul cum mucillagine psillii et inungantur loci. Item etiam reperio ab auctoribus quod oculi cum sanguine vespertilionis prohibet ortum pilorum. Et vero pili decrescunt multi. Et Rasis quod necesse est incidere carnem palpebre. Credo tamen quod melius esset eradicare omnes pilos singillatim ne aliquis nervus incidatur aut vena et fluxus sanguinis magnus sequatur aut aliquod aliud accidens et postea facere ut supra dictum est. Et hec de cura pilorum etc.

Nunc ergo de aqua descendente in oculum sive de cataracta. Primo est notandum quod cataracta sic describitur. Cataracta est egritudo causata propter materiam opilantem foramen uvee inter humidum albugineum et corneam prohibentem species visibiles exteriores ad cristallinum humorem penetrare. Secundo est notandum quod cataracta est duplex quedam non est completa quedam vero completa. Non completa est multiplex quia quedam est superficialis in parte superiori alia est in parte inferiori alia est lateralis et alia in medio. Et iste cataracte dicuntur actiones diminute et corrupte. Nam si materia opilet in parte superiori aut inferiori aut laterali tunc ut plurimum fit visio diminuta vel magis corrupta. Sed si materia opilans sit in medio tunc fit visio corrupta eo quia tunc visibile videtur perforatum. Ratio quia species visibilium multiplicantur circulariter et non in medio pupille propter materiam ibi existentem etc. Tertio notandum quia cataracte diversificantur ratione coloris quia quedam est alba aeris coloris id est tendens ad modum aeris. Alia est alba margaritalis ad colorem margaritarum seu placum. Alia est alba gipsei. Alia est alba declinans ad viriditatem et quedam ad citrinitatem et quedam est citrina et quedam nigra et quedam cinerea. Et inter omnes cataractas alba aurea et margaritalis primo et que est alba declinans ad viriditatem parumper sunt curabiles. Alie vero cataracte predicte aliorum colorum non suscipiunt curam cum acu propter duritiem earum. Quarto notandum ut percipere possitis notitiam cataracte quia cataracta est triplex scilicet grossa subtilis et media concurrit quantum ad colorem. Subtilis vero non potest curari cum acu. Ratio quia talis cataracta cedit acui. Et ideo non potest premi inferius sed extra cum medicinis abstersivis resolutivis et mundificativis curari potest. Et maxime hoc accidit in principio. Grossa vero etiam curari non potest cum acu quia propter suam duritiem et viscositatem non potest separari materia infra adherens partibus ipsius oculi ut etiam potest

curari cum medicinis abstersivis
et resolutivis propter duriciem ma
teriei et eius viscositatem Sed ca
taracta media bene potest curari
cum acu preparatis quia hec non est
nimis subtilis nec nimis grossa
Ideo bene ponuntur infra cum acu
et ad cognoscendum hanc cataractam
quor debent esse signa Primum est
ex parte coloris quia debet esse colo
ris albi ut dictum est Secundum signum
est quia ille eger videt clari
tatem solis aut magni luminis
3m signum est si clauditur oculus
egri et fricetur palpebra illius
oculi cum digitto secundum unamquamque
partem positionis et postea aperiatur
oculus et si cathracta tunc move
atur versus partem interiorem ac etiam
dilatetur et postea redeat ad locum
suum naturalem quem primo habe
bat et signum quod cathracta est me
dia quia si esset multum subtilis
rederet compressioni et non rediret
ad suum locum immo sua subtilitate
flueret ad alias partes oculi
Et si esset multum grossa non dila
taretur propter suam duriciem et vi
scositatem Quartum signum est
quod si clauditur oculus sanus et com
primatur cum digitto Et pupilla
oculi indicatur dilatari est signum
quod cathracta est mediocris Et ratio
est quia est signum quod spiritus visivi
moventur ab oculo sano libere
ad oculum egrum qui spiritus mo
vent pupillam cum illa aqua
medie substantie Et sic illi spiritus
non possent movere aquam nimis
subtilem nec nimis grossam propter
causas supra dictas quere etc Vi
so igitur et cognito quid sit cataracta
ita poni debet Modo restat videre
quo modo hee cataracte curantur Di
co ergo primo quod cataracta sub
tilis et aquea curari potest cum
medicinis abstersivis intrinsecus o
culo apponatur tam ab extra quam
ab intra approximata que medicine
supra dicte sunt scilicet de albugine
scilicet macula et ungula que col
lucia dicta sunt multum apta
huic passioni que ibi vide Sed
pro cura aut aliquali remedio cata
racte grosse possumus uti eisdem
collirijs supra dictis factis prius
purgationibus sufficientibus Cura medica

Item von meiantaroz Item
imere thigme guldyn wydtat
maus wydtat braman wydtat
vnd des heylgeysts wyrchn in
fohia heylgeysts notzn gerveits
wars vnd gerechtin tzwinn por
ta terum stib brachio et egre
serinus sit omne temptatione dya
bolicam et humanam sed opportet quod
omnia illa celebrentur ix misse
Item sex ving gegeabn am newn
suntage ee dy sune awf geet
an dem selbn tag laz iii messn
dar ob lesn in treitn weys haygs
bey dir so mag dich nimgt ob
wydn in rechte auch ynmat gesthadn etc

Curatio Cura de cura cataracte :

Circa curam de vera cataracte me
dicus sic procedere debemus Primo
fiant purgationes dicte modo suffi
cientes sicut dictum est Quibus fa
ctis tunc ponatur paciens in lo
co temperati aeris scilicet tempore hye
mis in stupha sicca aere tamen
sufficiente illuminato Deinde pre
cipiatur infirmo ut iaceat supinus
super lecto dicti aeris temperati
Et tunc paciens volvat oculum
lesum versus nasum Quo facto
incipiat peritus medicus cum ma
gna diligentia perforare tuniculam
a parte silvestri cum acu argen
tea vel aurea quod melius est
recte procedendo cum subtilitate tamen
usque ad pupillam et gravitatem
inter albuginem humidum et uve
am vel inter corneam et pupillam
et specialiter usque medicus attin
gat illam aquam existentem in fo
ramine uvee cum dicta acu et post
ea deponat sed premat illam aquam
infra adeo quod pupilla videatur
bene munda et clara a tali aqua
et cum dicta acu teneatur bene
pressa dictam aquam semper ad
se trahendo modicum ad hoc ut
non possit iterum redire ad
pupillam Vel aliter fiat hic mo
dus inquirendus quem ego iam du
dum ymaginatus sum Primo ergo
accipiatur una acus aurea per
totum subtiliter granata et ipse
cuspidem dicta acus sit perforata
ut ad gravitatem illam foraminibus
parvis plenius Quo facto perfora
oculum ut supra dictum est Et cum
apposuisti acum intra illam aquam

tunc valde dictam acum bis vel ter et postea trahe flatum a superficie acus supra fortiter ad hoc ut dicta aqua ingrediatur gravitatem acus Et si tota aqua ingredi non possit una vice attrahe flatum pluribus vicibus Et si adhuc non posset ingredi tunc preme ipsam aquam remanentem bene inferius ut dictum est Nam sic extrahendo totam aquam extra totum oculum est curatus cum cautionibus perfectis quod talis materia amplius reverti non potest ad pupillam Dico tamen quod hec cura fieri debet per medicum valde peritum in hac arte Et quamvis hanc curam hoc modo non fieri viderim Ipsam tamen posui quia michi possibilis videtur Facta igitur cura omni alia materie facientis cataractam extrahendo ipsam ad extra sine pmendo ipsam infra corneam et uveam tunc accipiatur albumen ovi cum vitello et misceatur cum oleo rosarum bene ad invicem Et tunc accipiantur due vel tres falde de stupa vel de coto bene carminato et balneentur in aqua et bene exprimantur ab aqua postea dilatantur falde et imbibantur bene illa mixtura ovi cum oleo rosarum et ponantur supra oculum lesum Et sic dietatur patiens per tres dies aut per duos adminus Demum infirmus stet continue in camera obscura Et quando medicus sibi medetur accendatur lumen magnum ut medicus bene videre possit et infirmo mederi Et post tercium diem dissolvatur et abluatur oculus leniter et cum hac aqua Rx rosarum viol. balaustiarum nucum cypressi ana ʒ s decoquantur omnia in aqua rosarum et sic tepida cum panno de serico nigro oculus abluatur Et postea iterum dicte falde cum predicta mixtura iterum supra oculum reponatur donec velamina oculi consolidentur et oculus fortificetur Item utatur hac dieta Primo continue comedat pinnatam in brodio pulli pui ptisanam ordeaceam vel aliquid simile et dimittat omnes carnes donec facta fuerit consolidatio Item bibat ydromel vel aquam coctam zuccaratam et nullo modo vinum nisi post consolidacionem

generatur dupliciter. Vno modo propter opi-
lationem factam in via que est ab
epate ad splenem. 2o causatur
propter opilationem factam in via que
est a splene ad os stomachi. Sed vi-
ridis ictericia causatur tantum propter ge-
nerationem multe quantitatis colere
prassime transmisse ad cutim et ad
coniunctiuam oculorum. 4o notandum
quod ictericia potest etiam causari a
causa primitiua ut a veneno ab
aere pestifero a labore et exer-
citio superfluo a cibo et potu super-
flue calidis a medicina venено-
sa et ab aliis rebus superflue
calefacientibus. Si non causaretur ab
opilatione que multociens acci-
dit tunc consideretur an talis materia
opilans sit flegmatica grossa vel
ca uel mixta. Et postea digeratur et
euacuetur materia peccans ut dictum
est supra in capitulo precedenti et
postea detur uti medicinis aperiti-
uis calidis et aliquando mixtis cum
frigidis in causa calida et cum se. et
maxime cum medicinis appropriatis
membris in quibus sunt opila-
tiones. Et in speciali detur hic
species aperitiuus digestiuus in-
flate ℞ syrupi de radicibus ʒ i

oximell. squillitici mell. ro. co. ana
ʒ ß aque feni ʒ i aque sparagi
aque kaplham ana ʒ ß misce
et detur calidus in aurora. Vel
detur hec decoctio fortior ℞
radicum brusci sparagi apii rubi
ana m. i apii ʒ ß endivie lactuce
radicis eupatorii cicoree ana
m. ß radicis petrosilini apii feni
ana uncia m. rubee tinctorum ʒ i
Ex hiis omnibus fiat decoctio in
optimo melle et panniculis propter
diureticos cum apii rubi et
arctosetur cum aceto squillitico
uel cum oximelle squillitico composito
et cum multis medicinis similibus
predictis. Si uero ictericia citrina cau-
saretur propter supercalefactionem epatis
tunc primo detur iste syrupus ℞
syrupi de endivia ʒ i syrupi nenufaris
syrupi violarum ana ʒ ß aque endivie ʒ
i vini granatorum ʒ ii misce et
detur calidus in matutino. Et si
esset peccans in colera uel in sanguine
tunc fiat euacuatio ut dictum est et
postea fiat epithima male com-
plexionis calide remotum super dictum
in capitulo precedenti de cura debi-
litatis epatis. Item paciens vta-
tur endivia lactuca cum aceto vino gra-
natorum aranciorum limonibus agresta
vino de berberis et cum alio
regimine sex rerum non naturalium.
Si uero ictericia citrina generetur
propter apostema tunc consideretur an ipsa
sit in epate uel in splene uel
in vesica coris uel in membris propinquis.
Si uero sint in epate tunc
primo cura ipsum apostema cum me-
dicinis appropriatis epati ut dictum
est superius et similiter fiat in
aliis. Si uero generetur ictericia
nigra tunc consideretur generatur
prima digeratur materia hoc modo ℞
syrupi fumiterre ʒ i syrupi de eupa-
torio oximell. compositi uel squil-
litici ana ʒ ß aque fumiterre ʒ i
aque absinthii aque feni ana
ʒ ß misce et detur calidus in
matutino. Vel detur hic ℞ fumi-
terre buglosse melisse ceterac
et scolopendrie florum polipodii ad-
anti ana m. i thimi epithimi ra-
dicis polipodii capparis ra. ve-
neris cuscute eupatorii ana m.
ß radicis brusci sparagi lupuli
ana m. i radicis feni petrosilini apii

ana modicum asari rubee tinctorum ana
ʒ j et cum aqua pluuiali fiat decoc
tio et in fine decoctionis ponatur
thimi et epithimi et cum optimo
melle uel zuk. et aceto squillitico
uel oximelle squillitico uel composi
ta decoctio de qua sumat paciens
omni mane unum ciatum ante diem
bene calidum Deinde materia dirigetur
cum medicinis supra dictis tali hu
mori appropriatis Et post fiat talis
unctio aperitiua et confortatiua
splenis Recipe olei capparorum ʒ j olei
anetini olei [illegible] olei liliorum
al. ana ʒ s. olei de euforbio olei de
piretro olei de croco olei laurini
al. ʒ ij pulueris polipodii ceterac
scolopendrie thimi epithimi ana ʒ j
aceti modicum et cum modica cera
al. fiat unguentum molle Et hoc unguentum
valet in omni duricie splenis et
omni opilatione et in omni ventositate
Similiter emplastra ex pulueribus me
dicinis confortationibus [illegible] et similia
fieri possunt Si uero generetur
yctericia viridis tunc quia colera
viridis generatur radicaliter ex co.
et ex flate Ideo digeratur materia
hoc modo Recipe oxizacre sir. de
empatorio mell. ros. co. ana ʒ s.
aque absinthii aque endiuie ana
ʒ j misce Vel Recipe oximell. com
positi sir. ros. sir. de bisantiis
ana ʒ s. misce et detur calidus
in matutinis Et similes sir. et de
coctiones habentes intentionem ad
co. et ad fla fieri possunt Deinde
materia euacuetur hoc modo Recipe pillularum
de reubarbaro pillularum aggrega
tiuarum ana ʒ s. informentur
pill. vii cum elect. de succo ros.
et detur in matutinis Vel sic Recipe
elect. de succo ros. ʒ ij turbith
ʒ s. zz ʒ s. cassie uel manne
ʒ s. misce et distemperetur cum
aqua lactis uel sero caprino Sed
hec yctericia raro aduenit Si uero
yctericia aliqua causatur uel a
veneno uel a medicina venenosa
primo statim a principio fiat
vomitus et post ponatur epithima
super cor factum calidum uel temperatum
secundum complexionem veneni Et postea
procedatur cum medicinis cordia
libus supra dictis et de tiriaca et [illegible]
ias cordis Si uero ab aere malo
uel pestifero fiet yctericia aliqua

tunc rectificetur aer cum rebus
odoriferis notis intelligenti Et
post purgetur corpus si est necesse
et postea confortetur virtus cum
medicinis appropriatis supra dictis
et cum cibis et potibus et aliis nu
trimentis laudabilibus [illegible] Si uero
prouenerit a superfluo exercitio uel
labore tunc fiat cura secundum naturam
deinde quies et sompnus proueniens
Et debita administratione aliorum
vi rerum non naturalium Si uero
prouenerit a cibo et potu yctericia uel
ab aliqua alia re simili tunc
primo fiat vomitus et postea fi
at cura si est aliquis humor peccans
et post confortetur totum corpus cum
rebus contrariis illi rei facienti ycte
riciam Si uero aliqua predictarum
passionum fieret cum febre tunc
temperentur omnes medicine supra
dicte cum medicinis frigidis ut su
pra patet Si uero procederet ab alia
causa calida uel frigida tunc fiat
ut dictum est

Circa curam de ydropisi. Primo
notandum quod ydropis sic descri
bitur / ydropis est tumor preter
naturam factus in ventre uel inmirach
et sifac propter debilitatem virtutis
epatis / Secundo notandum quod triplex
dicitur esse species ydropisis scilicet asscli
tes tympanites et yposarcha Tym
panites est tumor ventris preter
naturam factus a ventositate
propter defectum epatis Asclites uero
est tumor ventris preter naturam
causatus ab aquositate propter
defectum epatis Yposarcha est
tumor ventris preter naturam
causatus a sanguine [illegible] propter
defectum epatis / Tertio notandum quod
signa tympanitis sunt color fa
ciei malus et sonus in ventre
ad modum tympani .i. ventris ple
ni vento ut apparet in tympanis
Nam si cum manu percutiatur ven
ter fit ille sonus tympano similis
Et hec ydropisis duplicem causam
potest [illegible] aliquando a causa calida su
perflua exeunte in epate transmitten
te sanguinem quod in ventositatem
aliquando coleram aliquando melancoliam
et ut plurimum flegma in ventositate
que transmittitur in ventrem uel
inmirach et sifac Et aliquando cau
satur a causa frigida debilitante

virtutem epatis. que virtus sua de-
bilitate non potest transmittere chilum
in 4or humores sed convertit ipsum
in ventositatem Et causa huius
debilitatis virtutis est duplex scilicet
primitiva et corporea. Primitiva est
multiplex scilicet aer frigidus aqua fri-
gida potata aut approximata ut
balnea cibi frigidi medicine fri-
gide venenum et similes cause
frigide vel calide Corporea etiam est
multiplex scilicet debilitas virtutis dige-
stive epatis, debilitas stomachi causa-
ta propter frigiditatem unde stomachus non bene
digerit. Si vero chilum indigestum
epar convertit in ventositatem et
similiter multis aliis modis propter ma-
lam complexionem frigidam vel calidam
existentem in epate aut in membris
sibi vicinis que membra per lesa
inducunt malam complexionem in epa-
te et debilitatem virtutis et ma-
xime digestive epatis unde talis y-
dropisis causari potest. Sed signa
asclites et cause dicuntur ab istis. Nam
primo si percutiatur venter in asclite
non sentitur sonus tympani ymo
sentitur sonus utris pleni aqua
2m signum est gravitas in toto cor-
pore maior quam in tympanite Et
aliquando inflatio sive tumor in ca-
villis pedum. Alia vero signa
sunt communia. Similiter dicuntur de causis
causarum continentium quia causa
coniuncta asclites est aquositas. ty-
panites vero est ventositas. Alie
cause antecedentes possunt esse eedem
vel diverse et consimiles que tacte
sunt. Signa yposarche sunt
maior gravitas quam in asclite et
corpus magis tumescit ymo
apparet corpus pinguescere et
venter eorum est durior et in ex-
perientia vidi et si premitur caro
aut venter digitus vestigium
amplius tempore durat quam in
asclite vel tympanite et plu-
rimum sentitur yposarcham flu-
xus sanguinolentus ventris et ali-
quando levitas nature tendens ad
crudeitatem sine cura Et addit
Avicenna ipse sit mollities in facie
vel manu sinistra et in principio
nasi
moritur eger in 2o vel 3o die Cause
vero yposarche ut complendo effici-
entes sunt plures inducentes

debilitatem virtutis et maxime di-
gestive epatis Et causa mihi videtur
meo est sanguinis indigestus vel cru-
dus coagulatus ad modum carnis
epatis in dicta gravitate inter
mirach et siphac Et per causas
hec ydropisis a causa calida et a frigida
debilitante virtutem epatis ut supra
patet. Sed vero causantes tympanites a
causa frigida causata propter stomachum et
intestinum vel splenem vel aliud
membrum quod membrum gene-
rat malam complexionem frigidam
in epate aut aliquid aliquando fieri
Cura primo purgetur corpus hoc
modo Recipe syrupi de eupatorio mell-
osi ro. oximell. compositi ana
ʒ ß aque absinthii aque feniculi
ana ʒ i misce Vel fiat talis ma-
gdaleo Recipe eupatorii cuscute ca-
pillorum veneris ana ℥ i mente bethonice
sticados arabici lupuli camepitheos
ana ℥ ß radicis feniculi petroselini apii
ana unc. i in brusci sparagi ana ʒ
i ß et cum optimo melle fiat
syrupus ut dictum est Digesta materia
evacuetur cum medicinis et pillulis
supra dictis apparatus sed mihi fuit
facta sive inlita facta etiam de-
fiat epithima supra epar et
totum corpus Recipe pulveris calami
absinthii eupatorii ana ℥ i florum
camomille meliloti cuscute ana ℥
ß semen feniculi anisi ameos cimini
ana ʒ i piperis albi et nigri ana ʒ
i bulliant omnia in vino malvatico
vel montano potentissimo preco
pulveribus in bravia Et postea
accipiatur unus pannus de grana
et madefiat cum dicta aqua
ponatur super epar et totum
ventrem bene calidus Et post
fiat talis unctio Recipe olei de ab-
sinthio ʒ i olei de spica olei li-
liorum olei anethi ana ʒ
ß olei de piperibus olei de cro-
co olei de euforbio olei laurini
ana ʒ ii cere modicum et fiat
unguentum molle Et post unctio-
nem ponatur tale ceratum super
epar et totum ventrem Recipe
unam partem dictorum oleorum
et unam partem dictarum her-
barum et pulverizentur dicte her-
be et cum pice navali fiat ceratum
Et ponatur bene calidum supra
epar et ventrem Item ex dictis

herbis fiat sacculus recipiens totum
corpus sive ventrem Item omnes de-
cociones calide ventositatem consumi-
native in hoc casu sunt optime
ut sunt dyacimiinum dyaciminum dya-
cerua dyalacca tyriaca antiqua me-
tridatum antiquum cum aqua vite
vel vino montano Et breviter admi-
strando debet potus calidus et cum a-
liquantum recta non naturalis Et si pa-
ciens non haberet bonum ventre-
fiant clisteria consumativa de supradictis
herbis et medicinis vel similia vel
forciora Si vero tympanites causa-
retur calida a quocumque membro contin-
git sive a quacumque causa primitiva
tunc considera an talis mala com-
plexio sit cum materia sanguinea vel co-
lerica Si vero esset sanguinea tunc si vir-
tus est fortis et in corpore sanguineo
robusto multo sanguine peccante
fiat flebotomia de basilica Et similiter
fiessi(?) fiet Et si materia colerica tunc
esset tunc fiat evacuacio ut dictum est
in capitulo de cura doloris epatis cum
medicinis que appropriat Et facta eva-
cuacione tunc fiat epithima et de
medicine ibi narrate Et in spe-
ciali fiet hec embrocacio Recipe violarum
nenufaris rosarum solatri vite ana
manipulum I endivie lactuce scariole cicho-
ree portulace acetose ana manipulum semis
bulliant omnia in aqua endivie
et postea fiat embrocacio cum duabus
spongiis vel pannis de lino et
eciam unctiones et cerota facta
supradicta in capitulo predicto Et si tunc
si hydropisis esset cum febre est precaven-
dum Et nota quod hec remedia
frigida approximanda sunt tantum super
epar ut rectificetur complexio epa-
tis Sed remedia calida sunt ap-
proximanda supra totum ventrem
ad resolvendum illam materiam vento-
sam frigidam que per frigida non re-
movetur immo potius intumaret
illam materiam Nam materia ven-
tosa calida vel frigida per resolutiva
calida removetur Consulo tamen hec prius
a causa calida de difficili curatur
Item ventose igne posite supra
umbilicum et ventrem multum iu-
vant in evacuando ventositatem Si
vero aschites esset generata tunc con-
sidera an proveniat a causa frigida
vel calida an propter defectum epatis
vel renis vel splenis vel alterius

membri Si vero proveniret ex defectu
epatis ex causa frigida tunc consi-
deres sine materia vel cum materia aut ca-
lida Si vero esset a materia frigida cum materia
digeratur et evacuetur materia ut supra
patet Et postea fiant remedia supradicta
contra malam complexionem frigidam
causantem tympanitem Et in hoc
casu mirabiliter aqua rute valet et
capitis facta ad alembicum vel non
Et similiter sicut radix ebuli et ra-
dix cucumeris agrestis evacuat aquam citrinam Et
sic radix yreos hoc idem facit
sicut radix aschitem a causa frigida
Item emplastrum secundum Avicennam conferens ydro-
pisi secundum quod dicitur sicut carnose cum aqua
et infrigidantur cum oleo masticino quod sit
I et II partes II uncie et I et semis recipe
camepitheos Aliud valde forte
secundum eundem Recipe cum primum edere ypo-
pa humide piris nanat cum albo
et terebentina ana dragmam
III storacis mastici aloes croci
cinamomi ana dragmam II absinthii ana ana
dragmam I castorei pilfiris(?)
amomi astarahoz(?) babilonarum
stercus maris ana dragmam III
lily celesti dragmam III kan-
kar XII dragmam I et fiat
emplastrum cum oleo de camemilla
Si vero aschites esset sine materia
a quocumque membro fiat tunc
fiat consimiliter ut dictum est preter
evacuacionem ulcerum et digestionem
Si vero fieret a causa calida cum
materia tunc ea que preditur ut supra
contra talem materiam primo frigido
evacuanti ulcerum Et postea dentur
sicut supra dicti cum aqua endi-
vie et cum vino granatorum
et ulcerum vel infusio Et si fiat a ma-
la complexione sine materia tunc
fiant similia remedia evacuancia
materiam citrinam et ipsam resolven-
cia ut supra patet Et si dicta reme-
dia non ex toto removeant tunc
fiat incisio hoc modo Recipe pellem
infra umbilicum per II digitos et
preme ipsam inferius et postea inde
faciendo foramen parvum ut
possit intrare cannula enea et
postea evacua aquam illam in par-
va quantitate ita ut virtus non
debilitetur et sic successive cotti-
die donec tota evacuetur propter hoc
confortando ipsam epar cum me-
dicinis appropriatis et alia membra

lesa et membra pu[ri]a Et p[ost] fiat con
solidatio cum medicinis consolidativis
supra dictis in c[apitul]o de cura ulcerum
oculorum et in alijs locis pluribus
Si no[n] causaret ypostrecha tunc con
sidera an ipsa causetur a causa fri
gida an a calida Si a causa frigida
tunc conpetunt eadem reme[dia] que in asthate
p[ate]t dum in sanguinis magis exitus in
ypostrecha Item oportet etiam ut
venter semper solvatur cum medicina
temperata et temperetur maxime cum
aqua endivie Item maxime conpetunt
vomitus et gargarisma mundifi
cativa cerebri Et dicit avicenna quod pilule
de reubarbaro maxime valent in
curando materiam ypostrechie et spe
cialiter diasmia[?] sylacta tyriaca antiqua
metridatum et omnia dyaetica et
resolutiva conpetunt Si non fiat a causa
calida tunc flebotomia semper con
reditur et postea fiant reme[dia] supra
dicta temperando ea plus cum aqua
endivie vel similibus Et nota tamen secundum
avicennam quod omnis ydropicus vitare
debet flebotomiam nisi sit ydropisis ex
retentione sanguinis aut sit ex
multa repletione

Cura cum de dolore
[S]plenis est primo notandum quod
splen est membrum spongiosum
oblongum in sinistra parte corporis
collocatum ex venis arteriis et pellibus
compositum factum propter mundificare san
guinem a melancolia; 2o notandum quod do
lor splenis propter duplicem causam
unus a causa primitiva, 2us a causa
corporali Si non causaretur a causa
primitiva tunc dico quod talis dolor
quandoque causatur a causa calida ut
ab aere calido inducente ma
lam complexionem calidam. quandoque
a cibis et potibus calidis malam
complexionem generantibus. quandoque
a superfluo labore, aliquando ab
aere frigido malam complexionem fri
gidam generante, et aliquando a cibis
et potibus frigidis aliquando a casu
et percussione et similibus Si non
causaretur ab aere calido tunc con
sidera si corpus est mundum vel non
Si corpus non est mundum tunc evacua
tur ipsum ut infra dicetur Et post
ea fac inunctionem Recipe olei rosarum ℥
i olei nenufaris olei violarum ana ℥
ß aceti ℥ i ß misce Vel fiat
tale epithima Recipe aque nenufaris

℥ i aque endivie aque rosarum aque solat
rum ana ℥ i ß pulveris corallorum amborum
ana ℥ i misce Si non corpus est mun
dum tunc eadem remedia conpetunt Si
non causaretur a causa frigida tunc
si corpus non est mundum purgetur
secundum humorem peccantem ut infra
dicetur Et post fiat talis inunctio
Recipe olei capparorum ℥ i olei camomille
aneti liliorum al. ana ℥ ß pulveris
scolopendrie radicis capparorum tama
risci ana ℥ i ß cere modicum et
fiat unguentum molle Vel fiat tale epi
thima Recipe aque absinthii aque feni
culi ana ℥ i aque buglosse aque
melisse aque ruthe ana ℥ i ß
et cum supra dicto pulvere fiat epi
thima Et ex istis medicinis potest
fieri recepta Si non proveniret a
cibis et potibus tunc primo fiat
vomitus et postea si a potibus cibis
esset et potibus generata mala
complexio calida vel frigida tunc
curetur ut supra Si non cau
saretur a casu et percussione tunc
vide si ibi est fluxus sanguinis
vel aliorum humorum Si non san
guinis fiat flebotomia de basilica
sinistra Si non essent alij hu
mores fluxi tunc curentur ut
statim dicetur. fiat tamen prius re
percussio an curationem circa locum
lesum et non supra Et postea fiat
inunctio calida supra dicta Si
vero dolor splenis fieret a causa
corporali tunc considera an cau
setur a mala complexione calida
cum materia vel sine materia, aut
a mala complexione frigida cum
materia vel sine materia. aut a
ventositate. aut ab opilatione
aut ex debilitate virtutis aut
ex apostemate, aut ex repletione
stomachi, aut ex causis similibus
Si non a mala complexione calida
cum materia tunc vel illa materia
est sanguinea vel colerica Si est
sanguinea fiat flebotomia de ramo sal
vatelle qui dicitur sede Et post
fiant remedia supra dicta
Si non esset colerica tunc pre
cedente digestione hoc modo Recipe
syrupi rosarum ℥ i syrupi de fumo terre
syrupi violarum ana ℥ i ß aque endivie
℥ i aque fumi terre aque
solatri ana ℥ ß misce Vel
sic Recipe endivie ℥ i ß solatri violarum

neruisfaz an̄ ʒ. i. fumi terre po-
lipodii reteras capilli veneris an̄ ʒ.
s. seminis maioris feniculi a(nisi) et mo-
rum an̄ ʒ. s. Extrahis omnibus fi-
at decoctio cum aqua fluuiali
et fiat syr(upus) vel iulep et detur
vi vicibus in matutino. Et postquam dige-
ratur ma(teria) hoc modo ℞ pillularum
de reubarbaro pillularum de fumo
terre an̄ ʒ. s. informentur pille
vii cum electuario de succo ros(arum).
Vel sic ℞ diaprassii ʒ. s. dya-
penidion ʒ. s. dyacissif ʒ. iii.
electuarii de succo ros(arum) [illegible] an̄
ʒ. i. s. distemperentur calida cum
aqua [illegible] et dentur in ma-
tutino. Si vero esset digesta talis
ma(teria) tunc evacuetur similiter et postea
fiant remedia facta supra dicta.
Si vero esset mala complexio calida
sine materia eodem modo procedatur. Si
vero esset mala complexio frigida
sine materia tunc fiant reme(dia)
calida supra dicta. Et si talis
dolor fieret a mala complexione
frigida cum ma(teria) sic fla(tulenta) digeratur
sic ℞ thimi epithimi polipo-
dii an̄ ʒ. s. cuscute capilli
veneris eupatorii an̄ ʒ. i. radi-
cis petrosilini feni(culi) apii an̄ m(anipulum)
i. decoquatur omnia in aqua
fluuiali et fiat syr(upus) acetosus
cum melle squillitico et detur
vi diebus successive. Vel sic ℞
syr(upi) de [illegible] ʒ. i. syr(upi) de
bisanciis oximell(is) squillitici an̄
ʒ. s. aque absinthii ʒ. i. misce
et detur ut supra. Digesta
ma(teria) evacuetur de turbith pilla-
rum de agarico an̄ ʒ. s. infor-
mentur pille vii cum syr(upo) de
fumo terre. Vel sic ℞ dyasi(ne)
ʒ. ii turbith electi [illegible] ʒ. s.
cassie ʒ. s. [illegible] ʒ. s. distempe-
retur totum cum aqua absinthii
feni(culi) et sero caprino. Si vero do-
lor splenis proveniret a materia
tunc digeratur ut ma(teria) fla(tulenta).
Vel sic ℞ syr(upi) de [illegible] terre
ʒ. i. syr(upi) de epithimo oximell(is)
squillitici an̄ ʒ. s. aque feni(culi)
aque absinthii an̄ ʒ. s. aque
fu(mi) t(erre) ʒ. s. misce. Et postquam pre-
paratur ma(teria) ℞ pillularum de
lapide lazuli vel de lapide armeno
pillularum de fumo terre an̄ ʒ.
s. informentur pille vii cum syr(upo)

de fumo terre. Vel sic ℞ electuarii ameth
vel indi ʒ. ii. dyasinu ʒ. i. s. dya-
cassie ʒ. s. et distemperentur cum
sero caprino et aqua fumi terre
et detur calida in matutino. Si vero
dolor proveniret a ventositate ab
opilatione vel a debilitate virtutis
vel ab acuitate vel a solutione con-
tinui vel ab aliis causis tunc
eodem modo procedatur ut dictum est in c(apitulo)
de cura doloris epatis [illegible]
medicinis appropriatis splenis que
[illegible] sunt in hoc ca(pitulo) et [illegible]

Circa de yliaca et colica pass-
ionibus est primo notandum quod inte-
stina corporis humani recepta ab
auctoribus sunt vi scilicet duodenum.
Et dicitur duodenum ad longitu-
dinem xii digitorum. et hoc intesti-
num est contiguum fundo stomachi et
vocatur pylorum. Secundum vero intestinum
dicitur ieiunum quia veniente ma-
teria continue fugiunt [illegible]
ab eo et quasi continue stat vacuum
sive ieiunum. Tertium vero vocatur lon-
gum sive subtile vel involutum.
Et dicitur longum propter eius
longitudinem nam habet plures
revolutiones et per hoc longum est.
Et dicitur etiam subtile propter eius
subtilitatem. Et ista tria vocantur
subtilia superiora vel gracilia.
Quartum vero intestinum vocatur
intestinum monoculum sive saccus
sive orbum. Et dicitur tale quia
non habet nisi unum orificium ad
modum unius sacci. Quintum vero
vocatur colon quia in eo pri-
mo [illegible] colica [illegible] fecit de-
[illegible] vel quia in eo primo
colica generatur. Sextum vocatur
longaon sive rectum vel asca-
le. Et dicitur tale propter eius recti-
tudinem. Et ista tria vocantur
intestina grossa inferiora. Est
notandum quod dolor causatus in istis
intestinis est duplex scilicet yliacus
aut yliaca passio appellatur
quando dolor causatur in tribus
intestinis gracilibus et maxime
in ieiuno involuto vel longo.
Et iste causatur ut plurimum
dolor stomachi aut vomitus propter
colligantiam quam habent cum
stomacho. Et alius est dolor co-
licus sive colica passio vocatus

qui causatur in intestinis inferioribus et maxime in colon vel in monoculo. Si non causaret dolor yliacus tunc dico quod talis dolor potest causari a materia sanguinea vel colerica. Cuius racio hec fiat et ut plurimum generatur a materia flatuosa et colerica et hec conprimitur dolor stomachi et vomitus propter continuacionem sive conglutinacionem ipsorum intestinorum cum stomacho. Si vero causaretur dolor yliacus a materia sanguinea tunc fiat flebotomia de vena communi et removebitur dolor. Si non proveniret a materia colerica tunc evacuetur materia cum pillulis et aliis medicinis appropriatis supra dictis. Et post confortetur stomachus cum medicinis stomacho appropriatis et dictis. Si non dolor proveniret a materia colerica tunc evacuetur materia cum pillulis de reubarbaro et aliis medicinis supra dictis quia materia evacuata cito removebitur dolor. Si non proveniret a materia flatuosa que ut plurimum advenit tunc considera an hic dolor proveniat a ventositate illarum fumositatum an ab humore illo. Cuius etiam talis dolor possit provenire ab apposite stercore retento et colligacione talium intestinorum. Si non proveniret a flatu tunc digeratur hoc modo: Recipe oximellis squillitici ℥ s. syrupi de sticados mellis rosarum rosati ana ℥ vi aque absinthii ℥ i. aque mente feniculi ana ℥ s. misce. Vel fiat sic: Recipe mente florum sticados calamenti pulegii origani ana ℈ i. maiorane nasturcii calamenti ana ℈ s. dauci petrosilii macedonici melanopiperis ana ℥ s. anisi feniculi ana ℥ i. Ex hiis omnibus fiat decoctio et cum aceto et melle fiat syrupus acetosus cum modico oximellis squillitici vel aceti squillitici et multum valet in hoc casu. Et si esset cum febre tunc temperetur cum syrupo acetoso simplici vel oxizacchara vel similibus. Digesta materia evacuetur sic: Recipe pillularum de turbith pillularum de agarico ana ℥ s. informentur pillule cum syrupo de sticados. Et si vis fortius solvere da hec pillulas: Recipe pillularum de euforbio pillularum fetidarum sine aceto ana ℥ s. informentur pillule vii. Vel des hoc solutivum liquidum: Recipe manne bone et pinguis tracte cum aqua ... ℥ i. turbith boni et gummosi ℥ i. agarici albissimi ℈ i. ʒ ʒ ℈ s. salis gemme gr. iii. misce et distemperetur hec medicina cum decoctione supra dicta et detur calida in matutino. Et semper confortetur stomachus cum medicinis supradictis in capitulo de cura doloris stomachi. Et post conmittetur omni die hic clistere: Recipe rute sicce centauree ... et ... pulegii origani calamenti ana ℈ s. florum camomille ana ... feniculi anisi ana ℥ s. centaurii ℥ i. cortic. agarici turbith ana ℥ ii. bulliat mane usque ad consumpcionem tercie partis et post recipe lb. i. s. dicte decoctionis cui adde ... cassie ... ana ℥ s. olei rutacei ℥ i. olei camomille olei anetini ana ℥ s. salis communis ℥ ii. misce et fiat clistere. Item ex predictis medicinis possunt fieri embroca cum spongia vel vesica plena predicta decoctione super ventrem et ylia. Et caveas tamen ne nimis calefiant et maxime calidi. Item fiat talis inunctio supra ventrem et supra ylia: Recipe olei de ruta olei camomille ana ℥ i. olei aliliorum olei anetini ana ℥ s. olei euforbii olei de piperibus olei de croco olei laurini ana ℥ ii. pulveris piperis albi et nigri ℥ ana ℥ i. cere modicum et fiat unguentum molle. Item in vehementi dolore yliacorum et stomachi et etiam colica detur hec medicina doloris sedativa que mirabiliter removet dolorem: Recipe tyriace antique ℥ i. filonii ℈ ii. ... de baccis lauri ℥ s. et detur calida cum vino montano quod dolor maxime infestat. Item balneum usque ad pectus fiat cum aqua decoctionis ex predictis medicinis multum confert. Item sacculi et emplastra ex predictis medicinis fieri possunt. Item fiat hoc calefactivum: Recipe ... scutellas duas florum camomille rute sicce florum aneti absinthii pulegii calamenti ana ℈ s. misce et calefiant omnia cum bono

vino montano in una olla et postea
bene calida ponatur in sacculo
qui bene calidus ponatur super
dolorem et similia fieri possunt
Et si adesset febris primo curetur
dolor magis molestans deinde febris
Si vero talis dolor proveniret a
ventositate tunc talia remedia
conveniunt et maxime iste confectiones
calide scilicet dyaciminum dyagalanga dya
ciminum tragea grossa et similes
medicine Si vero a stercore in
durato fiant predicta remedia similia
Si vero fieret ab apostemate tunc primo
curetur apostema ut dictum est cum
medicinis digestivis ab intra et ab
extra et postea cum medicinis con
solidativis et curativis quia re
mota apostemate removebitur do
lor Si vero proveniret a solucione
continui facta ab aliqua re frigida
acuta ut cibo vel potu vel me
dicina vel humore vel ab aliquo
alio simili tunc procuretur primo
vomitus et evacuetur materia ut dictum
est postea consolidetur locus quantum
possibile est Si vero esset dolor
colicus tunc consulendum quia etiam
a predictis causis fieri potest et ma
xime a ventositate stercore in
durato et ex flatu et ab aliis cau
sis dictis Et sic consimiliter omnia
remedia conveniunt predicta et maxime
clisteria que magis et citius eva
cuant illam materiam

Circa curam
Quia de cura fluxus ventris est
primo notandum quod triplex dicitur
esse fluxus ventris scilicet dyarria
lienteria et dissinteria. lienteria
est fluxus cibalis in eadem qua
litate et quantitate Dyarria est
fluxus humoralis sine excoria
tione intestinorum Dissinteria
est fluxus humoralis cum excori
atione intestinorum et maxime
intestini recti. 2o notandum quod lien
teria multipliciter causatur quia a causa
primitiva quia a causa corporea
Si a causa primitiva tunc aliquando
causatur ab aere frigido aliquando ab ae
re nimis humido ut est aer cav
ernarum aut corruptus ut est pesti
lencialis A causa autem calida a
sicca non causatur lienteria ut
plurimum et per maxime de ipse de
facionis posset causari a calidi[illegible]

et siccitate inducentibus debilitatem
virtutis Item aliquando causatur
a mala assumpcione cibi et po
tus aliquando a mala quantitate et
qualitate corporis aliquando propter
indebitum ordinem aliquando propter
saltum casum vel percussionem
aliquando propter medicinas et similes
causas Si vero lienteria causaretur
a causa corporea tunc etiam mul
tiplex potest causari quia propter de
bilitatem virtutis digestive stomachi
que non potest transmutare cibum
aliquando propter debilitatem virtutis
retentive que non potest re
tinere cibum ut digeratur Ali
quando propter debilitatem virtutis
expulsive sive propter eius defectum
irritantem ab aliqua re pungi
tiva et aliquando propter catarrum veni
entem a capite ad stomachum aliquando
propter humores nimios existentes in stomacho
qui sunt causa lubricitatis
cibi et maxime propter materiam flegmaticam
aliquando propter defectum membrorum
circumstantium et aliquando propter apostema
quod impedit digestionem Si vero
lienteria causaretur ab aere frigido
tunc remedia talia supra dicta
sunt stomacho applicanda capitulo de cura
doloris stomachi Si vero ab aere
humido tunc sicca sunt appro
manda et siropica stomachi confortativa
supra etiam tacta Si vero
ab aere pestilenciali vel corrupto
tunc rectificetur aer cum igne
facto de lignis odoriferis et stomachus
purgetur ut dictum est supra
et similiter confortetur etiam cor
Si vero a nimia assumpcione cibi
tunc minuetur quantitas ciborum
Et si a mala qualitate tunc
corrigatur cum bonis speciebus
stomachi confortativis Si vero lienteria
causaretur propter indebitum ordinem
aut saltum casum vel percussi
onem vel propter medicinas et alias
res primitivas tunc circa lienteriam
si causaretur a dictis causis con
dictis causis primitive totaliter
et stomachum confortare ut supra patet
Si vero lienteria causaretur a cau
sa corporea aut a debilitate
virtutis digestive stomachi tunc con
fortetur stomachus cum medicinis ca
lidis et maxime quia talis de
bilitas provenit a causa frigida

Et si propter debilitatem virtutis re-
tentiue tunc fiat embrocacio hoc
modo R menthe absinthij balaustiarum
ana dr. j. rosarum mirti sumac balau-
stiarum nucis cupressi ana dr. s. mi-
sce et bulliant omnia in vino nigro
stiptico et fiant embrocaciones et alie
medicine supra dicte Et si propter de-
fectum virtutis expulsiue tunc eua-
cuetur ille humor acutus seu
remoueatur causa irritans ipsam vir-
tutem et postea fortificetur virtus
stomachi ut supra Si vero causa-
retur propter catarrum tunc digeratur
et euacuetur catarrus ut dictum est supra
de catarro Si vero propter nimios hu-
mores tunc considera quis humor
sit ille et euacuetur et postea confortan-
do stomachum ab intus et ab extra Et
vomitus etiam confert in consuetis
facere vomitum in hoc casu Si
uero causaretur propter defectum
membrorum continentium tunc re-
moueatur mala complexio illorum Et
si esset cum materia tunc euacuetur illa
materia deinde confortentur illa membra
et stomachus Si vero propter aquam tunc
digeratur aqua ab intra et ab
extra et educatur aqua cum me-
dicinis sepe dictis et postea confor-
tetur stomachus Si vero causaretur dyar-
ria tunc considera quod hic fluxus
quinque modis potest causari Primo a
cerebro per viam catarri et in isto
fluxu apparet saliua 2o fluxus
talis potest prouenire a stomacho
et ab intestinis Cuius signum est
grauitas stomachi et intestinorum 3o
talis fluxus potest prouenire a sple-
ne cuius signum est grauitas sple-
nis et color humoris tendit ad
nigredinem Et vocatur fluxus
splenetic(us) Quarto potest dyarria
prouenire ab epate Cuius signum
est quia color est sanguinolentus
et aliquando colericus cum aliqua ru-
bedine Et apparet etiam gra-
uitas siue debilitas in epate et
talis fluxus per loturam carnium
apparet Quinto potest dyarria pro-
uenire a toto corpore et hic fluxus
tripliciter prouenire potest Primo in
morbo acuto et hic duplex Primo
in bona crisi quando natura euacuat de-
bite humorem nociuum ita quod sani-
tas consequitur et tunc est bonum
signum 2o in mala crisi quando natura
euacuat similiter quia ita euacuat bo-
num sicut malum et non sequitur
sanitas ymmo oppositum 2o potest
prouenire dyarria a toto corpore
ex debilitate retentiue membrorum
ut in ethicis et pthisicis qui dicta
operatur 7a particula amforismorum Om-
nibus pthisicis etc. Cuius signum
est quia in tali fluxu apparet
pinguedo et similia in urina
3o potest prouenire talis fluxus hu-
moralis a toto corpore propter opi-
lacionem porrorum extremorum quia ma-
terie non potentes exire per poro-
sitates redeunt ad interiora et
sic causatur dyarria Si vero cau-
saretur fluxus a cerebro tunc
euacuetur tota materia et confortetur ca-
put et stomachus cum medicinis supra
dictis Si vero proueniret a stomacho
tunc etiam euacuetur tota materia
et postea confortetur stomachus ut supra
Si vero proueniret a splene tunc
conuenienter digeratur et euacuetur
tota materia et confortetur splen cum
medicinis appropriatis ut supra capitulo
de dolore splenis Si vero proueni-
ret ab epate tunc confortetur cum
medicinis appropriatis epati quia
caliditas et siccitas sunt contra
malam complexionem frigidam Et si ma-
la complexio epatis esset calida tunc cure-
tur cum frigidis et stipticis ut supra
capitulo ipsius de dolore epatis et
in hoc casu etiam confortetur stomachus
Si vero dyarria proueniret a toto
ut in bona crisi tunc debemus
naturam permittere euacuare et si non
compleret euacuacionem tunc debemus
ipsam adiuuare et talem euacuacionem
perficere Et postea debemus conforta-
re omnia membra et maxime
cor epar et stomachum et caput et
magis debilitata Si vero pro-
ueniret in mala crisi tunc pro-
hibere debemus fluxum cum sompno
et medicinis stipticis in quantum
potes et cum tyriaca noua fi-
lonio et similibus Et postea iu-
ua naturam confortando membra
lassa et generaliter principalia Et postea
digerere debes humorem nociuum
et ipsum euacuare secundum quod patet
ut supra Si vero proueniret a
toto corpore ex virtute debilitata
retentiue membrorum tunc si
predicti essent conforti nullo

curari possunt sed prolongari. Sed
si sunt in principio tunc fiant re-
media supra narrata ca.° de ru-
ra ptisis. Si vero veniret propter opila-
tionem precordiorum extrinsecus tunc
appropriantur stuphe vel balnea
in quibus sit medicine calide et
maxime mediocres iste Rx pulegii
origani calamenti ana m. s. maio-
rane flores sticados arabici flores
camomille melliloti foliorum lauri ana
m. s. misce et bulliant omnia in
aqua et fiant stupha vel balne-
a et similiter cum medicinis ape-
ritiuis tam calidis quam abextra
procedere potes. Si vero causares
dissinteria tunc consydera an pue-
niat a causa primitiua an a causa
corporea. Si a primitiua tunc p-
hibe illam rem dicens infirmo
vino potum oppositum Et postea
fiat clistere Rx rosarum balaustie
mirti ana m. s. flores camomille
melliloti cicadi ana m. i. decoquan-
tur omnia in aqua pluuiali
decoctionis Rx lb. i. s. cui adde olei rosarum
℥ ii. san. dra. boli ar. terre sig-
ana ʒ i. et fiat clistere an prandium
dium et ante cenam sine sale
Et si dissinteria esset sine febre
digeratur materia peccantis cum me-
dicinis non gerentibus dissinterie Et
postea euacuetur materia cum diacassia
℥ i. diaprunis ℥ iii. misce et detur
cum solutum in aqua. Facta euacuatione
fiat hoc clistere abundans et
fortius Rx succi portulace succi
plantaginis succi virge pastoris
ana ℥ s. summac mitellorum ci-
trullorum glandium cicere ana ℥ ii.
sepi renum capre ℥ iii. vitellorum
ouorum numero iii. et fiat decoctio
sine ouis in aqua pluuiali vel
plantaginis vel endiuie. Cui adde olei
rosarum dia. viol. ana ℥ i. et fiat clistere
Item nota quod coagulum leporis
potatum cum succo plantaginis mi-
rabiliter curat dissinteriam et eti-
am omnem fluxum. Si vero dis-
sinteria procederet ex vigiliis su-
perfluis ut sepe contingit tunc
fiat hoc linimentum prouocans sompnum
et consolidatiuum excoriacionis et
maxime iuuat infirmum a tali
dolore Rx mirre storacis ca-
lamite ana ℥ s. rasure ʒ s. opii
℈ ii. sarcocolle ʒ ii. incorporentur
omnia cum succo plantaginis et al-
bumine oui et fiant linimenta in filo
suspensa et dicta fiant. Vel fi-
at tale fomentum et magis appropriatum
Rx corticis lactuce seminis endiuie
melonis ana ℥ s. papaueris albi. misce
cortice mandragore ana ʒ i. san-
dra. boli ar. thuris mastic sar-
cocolle ana ʒ i. s. nenufaris rosarum
viol. ana ʒ ii. opii ʒ i. s. incorpo-
rentur omnia cum oleo nenufaris
et mandragore et fiant linimenta
ut supra. Item supra questiones
electuaria recepta et similes medicine
fieri possunt. Si vero dissinteria
proueniret a causa corporea tunc
considera an talis humor faciens
dissinteriam sit sanguineus acutus
an colericus aut flaumaticus salsus
an melancolicus acutus an adustus.
Si vero esset sanguineus tunc fiat
flebotomia de vena communi. Si vero est
colericus tunc si non est digestus
digeratur hoc modo Rx sirupi de
endiuia ℥ i. sirupi nenufaris sirupi rosarum
ana ℥ s. aque endiuie aque rosarum
ana ℥ i. misce. Vel digeratur cum
similibus medicinis supradictis
et postea euacuetur hoc modo Rx palla-
cium de reubarbaro ʒ i. informentur
pille vii. cum sirupo rosarum vel viol.
Vel detur hec medicina soluta
Rx manne tracte cum aqua
rosarum ℥ i. diaprunis solutiui ℥ iii.
distemperentur omnia cum aqua
rosarum ℥ i. s. endiuie et detur calida in
mane. Facta euacuatione fiant
clisteria supra scripta et alie
medicine. Si est necessarium et con-
fortetur cor stomachus et epar et a-
lia membra lesa quia quandoque
hic humor proueniret et corrum-
peret epar. Et similiter omnibus
aliis et potus sint insipidi sine
sale et sine acuitate. Si vero
dissinteria proueniret ab humore
flaumatico salso tunc potes digerere
eodem modo aliquid permiscendo de
sirupo acetoso composito vel oxi-
zacara vel similibus. Et postea euacua
hoc modo Rx pillularum de tur-
bith et de reubarbaro ana ʒ s.
informentur pille vii. cum sirupo
rosarum. Et similes medicine fi-
eri possunt. Si vero dissinteria cau-
saretur ab humore melancolico tunc
digeratur eodem modo permiscendo sir-

de fumo terre vel de epithimo vel aliud simile et postea characterizetur modo. Recipe pillularum de fumo terre pillularum aggregativarum ana ʒ ß. informentur pille cum succo de fumo terre et dentur in aurora. Vel sic Recipe dyacassie ʒ i. electuarii ameth (?) solutivi secundum Mesue ʒ iii. distemperetur cum aqua ciceris et detur calida in matutino. Et nota tamen quod nichil valet tenendo continue clisteria supra dicta ad removendum dolorem et ad consolidandum. Multe tamen medicine consimiles utuntur eorum suffragia inventionis balnea confectiones fieri possunt quas gratia brevitatis obmitto melli (?)

Circa

Quam de difficultate urine est primo notandum quod in ipsis urinalibus triplex nocumentum provenire potest scilicet diminute corrupte et ablate. Quod declaro. Nam quandoque provenit nocumentum actionis seu operationis diminute quia homo diminute mingit ut puta per intervalla quia mingit modicum modicum et post alia vice mingit aliud modicum et continuat et tamen appetit continue mingere et non potest tunc homo passus dicitur dissuria. Et si totaliter aufferetur operatio mingendi ut plures in practica vidi homo passus dicitur iscuria de quo vocabulo non faciunt mentionem autores communiter. Et si operatio mingendi corrumpatur ita quod guttatim emittatur urina et non libere dicitur stranguiria. Secundo notandum quod causa istarum passionum est duplex scilicet extrinseca et intrinseca. Causa extrinseca est multiplex scilicet frigiditas aeris aque aut alicuius medicine exterius applicate vel rei frigide frigiditas vehemens constringens meatus urine et ligatura vel compressio illarum viarum et alie similes medicine. Causa vero intrinseca est etiam multiplex quia difficultas mingendi quandoque provenit propter extensionem intestinorum multiplicem constringentem meatum urine. Aliquando propter ydropisim quia aqua que debebat ire (?) in urinam facit ydropisim aut etiam

quia talis humor ydropisis comprimit vias urinales. Aliquando propter defectum virtutis sensibilis sicut propter litargiam quod est apta (?) ... non advertunt (?) mingere. Aliquando difficultas mingendi causatur propter debilitatem virtutis expulsive ... vesice et renum et aliquando propter opilationem humoris aut lapidis. Si vero aliqua dictarum passionum causetur propter malam complexionem frigidam tunc primo fiat digestio et evacuatio secundum materiam peccantem quia sit flegma que ut plurimum dominatur. Digeratur et evacuetur cum medicinis appropriatis supra dictis et similiter de colica (?). Et post fiat talis unctio Recipe olei de scorpionibus ʒ i. olei anethi olei camomille ana ʒ ß. pulveris absinthii urtice pulegii ana ʒ i. ʒ ß. ... ana ʒ i. cere modicum et fiat unguentum molle. Item fiat talis sacculus Recipe camomille florum rosmarini (?) mellilote ana m. i. absinthii pulegii ana m. ß. misce et calefiant omnia cum modico vini in una olla et bene calida in uno sacculo qui ponatur bene calidus supra femur. Et fiat hic etiam super femur per modum emplastri. Recipe parietarie florum petroselini urtice ana m. i. pulegii scolopendrie seu calamenti (?) ana m. ß. bulliant omnia in vino montano et fiat embrocatio cum spongia pluribus vicibus. Et postea ponantur ille herbe bene calide per modum emplastri super femur. Etiam ex hac medicina magnum iuvamentum ex me (?) vidi consequi. Si vero esset frigiditas inducens difficultatem urine tunc removeatur cum medicinis calidis ut supra. Si vero talis passio proveniat ex litargia vel compressione tunc removeantur dicte cause et post confortetur locus cum unctionibus et embrocatione supra dictis. Si vero talis passio proveniat propter extensionem intestinorum inter considera que est causa faciens extensionem an sint feces (?) indurate an humor vel ventositas et tunc remove dictas causas quantum potes quia ipsis remotis removetur effectus

Et p'ea confortetur femur cum medicis
supradictis Si vero pervenerit propter
apostema testiculorum vel dorsi spasmum vel
quamcumque aliam causam tunc stu
de in removendo dictas causas
Et postea semper conforta dictum locum
lesum Si vero pervenerit propter debili
tatem virtutis expulsive tunc con
fortetur virtus expulsiva et ma
xime cum hac confectione ℞ ciclami
de herbe radicis ruberis hedugrarii i
spine vel car' vet' custute an' ʒ s
asari se feni an' carui anisi
an' ʒ ii nucis muscate gariofilorum cy
namomi ligni aloes an' ʒ i pul
verisentur omnia et cum aqua zuk
fiat confectio solida pro divitibus
pro pauperibus cum melle et con
ficiatur cum aliis medicis supra
dictis Si vero aliqua dictarum passi
onum pervenerit propter opilationem fa
ctam in viis urinalibus tunc
considera a quo humore opilatio
generetur Et quia ut plurimum ma
teria inviscata grossa est causa o
pilationis Ideo primo detur hic
sirupus digestivus aperitivus et
incisivus ℞ sirupi de bisantiis
vel de radicibus ʒ i oximell' compositi
mell' ro' ro' an' ʒ s aq' spargi
aque rapharni aque feni an'
ʒ i misce et detur calidus in
aurora Vel fiat talis medicina
valde bona in hoc casu quam plu
ries expertus sum ℞ asari ʒ
iii cub' centaurii ʒ s radicis feni
apii petrosilli an' unc' iii radicis
spargi bruschi custute car' pere
pulegii calami an' ʒ i bulliat
omnia in aqua fluviali et cum
aqua zuk vel melle fiat sirupus
acetosus vel oximell' simpliciter
digesta materia evacuetur hoc modo ℞
pillularum de turbith vel de agarico
pillularum aggregativarum an' ʒ
s informentur pille vii cum sirupo
vel ℞ turbith boni electi ʒ i
de bisantiis et dentur in aurora
vel sic ℞ diacassie ʒ i vel ℞
turbith boni electi ʒ i agarici
albissimi ʒ i ʒʒ ʒ s salis gem
me ʒ iii incorporentur omnia cum
sero caprino et aqua spargi et
feni Et detur in matutina calida
Facta evacuatione fiant alie me
dicine superdicte supra femur et
ex dictis medicinis fiant etiam

clisteria quia etiam multum iuvat
Item cum decoctione dictarum her
barum possumus fumigare et re
movere dictam opilationem Et
fiant reme' Rasis

Q[u]estio nunc de
lapide in vesica et renibus
Primo notandum quod duplex est causa la
pidis in vesica et renibus Una
est causa materialis alia est causa effi
ciens Causa materialis est humor grossus
et viscosus existens in renibus
et in vesica mixtus vel flatus
et maxime flatus Causa efficiens vero
est duplex quedam interna et quedam
externa Interna est cali
ditas renum vel vesice fortis exsiccans
et manens illam materiam Causa
efficiens interna est duplex scilicet extrinseca
et intrinseca Intrinseca est debilitas
stomachi et epatis generantium humores
grossos et viscosos flatuosos et
indigestos et maxime generantur
tales humores in gulosis qui cum
sunt in comestione et
male digerunt Causa vero ex
trinseca est multiplex scilicet nimia ca
liditas vel frigiditas adveniens et
cibi grossi et viscosi et crudi
debitus et bibere indebitum re
gimen aliarum rerum sex non
naturalium 2o notandum quod signa
significativa et distinguentia lapidis
esse in vesica vel in renibus sunt
primo ex parte doloris quia do
lor causatus a lapide vesice est
super femur et dolor a lapide re
num est supra renes Secundo ex parte
lapidis primo lapis vesice est
albus et lapis in renibus est
rubeus aut tendens ad rube
dinem Si vero esset mala com
plexio calida cum materia exsiccans
et indurans materiam existentem in
renibus vel in vesica tunc primo
detur hic sirupus ℞ sirupi viol
sirupi nenufaris oxizacre vel
oximell' compositi an' ʒ s aq'
endivie ʒ i aque nenufaris aq'
feni an' ʒ s misce Vel fiat
talis medicina ℞ seminis endi
varum portulace scariole semi
num cucurbite citrulli melonis
an' ʒ s alkekengi unc' i
liquiricie passule an' ʒ i radicis
feni unc' ii conquassentur omnia cum
sufficienti quantitate aque

fluunt et cum opus sub fiat suf
ficienti digestione materie purgetur hoc
modo ℞ pillularum aggregativarum
pillularum de turbith uel de aga
rico ana ʒ . ii . informentur pillule
vii cum succo de nenufaro sufficienti
purgatione sic notetur fiant hec
pillule que secundum mentem Rasis fran
gunt lapidem in renibus et in
vesica in modico spacio quod dicit
℞ tripoliat se tassum dictum
allex . i . apii cortex radicis oppoponacis
corticis radicis cappariorum amigdalarum
amare lilii lauri casie ligni
saxifrage acimel gentiane ari
stologie rotunde aspar sedumeri
amomati serapini bdelli pretaf
arcei ana preter qualiter dissoluatur
que in sufficienti quantitate balsami
te et ex istis et aliis speciebus infor
mentur pillule et sumantur ex eis
pillule vi uel vii cum aqua spe
cierum raphani saxifrage omni die in
mane uel fiant trociscos et de
auentur et sumatur quolibet die
unus cum aqua vini et sic fran
gitur lapis Item omnis de scor
pione positus a Rasi in capitulo de la
pidibus vesice et renum multum va
let olim ab ante de scorpionibus
a Rasi etiam multum conveniunt in hoc
casu Et plures medicine similes
fieri possunt Si vero esset ma
la complexio facta cum materia uel
sine materia primo remoueatur
taliter mala complexio cum predictis
pillulis uel medicinis Marcii pil
lularum ex quibus fiant pilule et
euacuetur materia illa cum predictis
pillulis solutiuis quia euacuant
materiam mixtam uel cum aliis me
dicinis similibus Et postea fiant
alia remedia supra dicta Et si
aliqui humores essent causa ge
nerationis lapidis digerantur
et euacuentur ut supra et postea fiant
alia remedia dicta Si vero isti
humores ex quibus generantur lapides
peruenirent propter debilitatem stomachi aut
epatis uel alterius membri tunc
digerantur et euacuentur cum me
dicinis appropriatis illis membris
ut supra patet et postea fortificentur di
cta membra cum appropriatis me
dicinis supra dictis Et eodem mo
do procedendum est de lapide renum

vero tamen de appropriatis renum
et vesice Primo est notandum
quod signa distinctiua apostematis re
num et vesice sunt quia in apostemate
vesice apparet tumor paruus
Item a quacumque causa generetur
apostema vesice est magnus dolor
et specialiter a materia calida et ma
xime colerica Sed in renibus non
est magnus dolor nisi in princi
pio renum quia substantia renum non
sentit nisi per particulam Secundo non
dum quod apostema renum sine vesice potest
causari a quacumque materia sed tamen ra
ro fit nisi tamen ex calida apostematibus cal...
Secundo notandum quod apostema renum potest
causari tribus modis Uno per
resolutionem siue euacuationem insen
sibilem et hoc quando materia est paulatim
subtilis Secundo potest causari per eua
cuationem sensibilem ut per flobotomiam
per scarificationem uel diureticam non
euacuantur per urinam uel per secessum
rem Secundo potest causari apostema per
... materie in saniem et hoc
... est magis periculosum Si uero
apostema vesice perueniret a sangui
ne tunc fiat flebotomia de saphena
Et si apostema renum perueniret a san
guine fiat flebotomia de basilica
... etiam fieri posset de
saphena Si vero apostema esset co
lericum vesice et renum tunc di
geratur materia cum medicinis dictis
in capitulo primo et etiam euacuetur Et
postea fiat talis unguentum ℞ olei
violati nenufaris ... ...
ana ʒ . i . et si vis plus infrigidare
appone camphore ʒ . ii . et postea
fiat hoc emplastrum ℞ malue in
uiscalis maluauisci ana m . i . viol
rosarum nenufaris ana m . i . fe... por
tulace endiuie semperviue ana ʒ .
i . farine ordei ʒ ii . flores ca
momille ʒ i . decoquantur decoqua
et corrosioni inferiorum intestinorum
et corrosionibus provenientibus ex fri-
giditate et occidit vermes et lumbricos
Assa fetida valet doloribus intesti-
norum et excoriationi eorum
Semen lini qui decoquitur radix
eius et cum bibitur decoctio eius
valet plage intestinorum [illegible]
Virga pastoris valet idem operatur
Barba hircina valet eisdem Et in-
tum valet oleum et similiter succus
eius qui bibitur cum vino
Semper viva bibita valet fluxui et
plage intestinorum Et bibita cum
vino interficit vermes
Plantago fri. et sic. in 2o clistere
de semine et succo eius valet plage
intestinorum et fluxui colere
Balaustia fri. et sic. in 2o qui
bibitur valet eisdem plagis
Bolus vel terra sigillata fri.
et sic. valet excoriationem intestino-
rum qui bibitur vel qui fit cli[stere]
Bolus armenicus fri. [et] sic. ex eo
in primo sic. in 2o bibitum valet plage
intestinorum et valet fluxui antiquum

Ferrum ca. et sic. in ii. Distor. ex
quo calefit et ferrea extinguitur in a
qua valet fluxui antiquo et plagis
Aurum ca. et sic. in . intestino
3o quod ponitur super stomachum eorum
et intestina valet excoriationibus
Dysteleg. Ca. 2. 3 de egritudine eorum
quod bibitum apparat super 6 renum
bibitur valet dolori renum provenienti
ex frigiditate et plagis et ulceribus
eorum et est de medicinis appropria-
tis renibus
Cinamomum valet opilationibus renum
et doloribus eorum
Eteoleum ca. et sic. in 3o est bonum
doloribus renum provenientibus ex fri-
giditate et sunt apetatiis et aperit
Camepitheos valet do . opilationis eo
doloribus renum
Amigdale amare aperiunt mun-
dificant et provocant urinam
Lana succida cum . ii . bibita
cum aqua calida extrahit sanguinem
congelatum a renibus et vesica
Spica nardi decoctio eius valet
doloribus provenientibus ex frigiditate
et mundificat renes et provocat urinam
Cassia fistula bibita valet doloribus re-
num provenientibus ex calore et humiditate
Armoniacum quod bibitur decoctio
eius valet dolori renum frigido
Spatula fetida bibita mundificat
renes aperit opilationes et pro-
vocat urinam
Radix pionie mundificat similiter
Item radix sparagi
Plantago succus eius bibitus
valet dolori provenienti ex caliditate
Dragagantum fri. et sic. in 2o decoc-
tio eius facit idem
Semen urtice asinine facit idem
Semen melonum fri. et sic. in
primo bibitum valet ut plantago
Semen citrulorum ortorum fri. et sic.
in 3o quod bibitur valet dolori re-
num et siccitatibus eorum Ca.
aliud 2 q de menstruis apparat ad mensi-
confert a stagiolibus ver . vermes
Et ole ora cum calida interfrimit.
Absinthium armenicum vermes
et alia sunt huiusmodi
Electuarium contra vermes Rx
lupinorum absinthii corum centauri
nucleorum persicorum cortices malagranati
ana 3 ii ad 3 vi cinamomi cu-
minis ana 3 i zucari quantum sufficit
fiat electuarium

Nasturcium aut sinapis tritum in vi-
no vel in aceto cum ipsa stranguria
statim solvit Ca. 2. 1 de simplicibus ne
Cinamomum valent passionibus matricis
valet passionibus frigidis matricis
et doloribus eius quod bibitur cum
aloe et vitellis ovorum vel cum
vino decoctum provocat urinam et men-
strua et quod bibitur et ponitur
in matrice eicit fetum et quod
commiscetur oleo supradicto valet
dolori matricis
Calamus aromaticus ca. et sic. in 3o
quod mulier sedet in eius decoctione
valet dolori matricis et provocat urinam
et menstrua et quod bibitur cum semine
apii valet apatibus eius
Cassia fistula provocat urinam et menstrua
et quod mulier sedet in eius decoctio-
ne confortat matricem et mundificat
eam et valet dolori eius et aperit
opilationes eius
Mirra quod mulier sedet in eius de-
coctione et supponit ea matrici
confecta cum aqua mirre valet fetorem
ei suo cum absinthio
Crocus mixtus cum aliquo em-
plastro et sumptum in matrice valet
Spica nardi mis. / dolori eius
sa in matrice stringit fluxum men-
strualem et humiditatem et quod mulier
sedet in aqua decoctionis eius
sanat apostemata matricis et quod suffu-
migatur ex ea aperit eius opilationes
Amomum ca. et sic. in 2o valet
dolori matricis decoctio eius et
quod mulier supponit sibi provocat
menstrua et urinam
Costus ca. et sic. in 3o valet
dolori matricis suppositum et et suf-
fumigatio cum eo provocat menstrua
Milium quod mulier sedet in eius
decoctione valet tumoribus et duritiei
matricis et provenienti dolori ex
frigiditate et quod de eo bibitur pon-
dus . ii . aureorum cum succo squille pro-
vocat menstrua et cum supponitur radix
eius cum melle extrahit infantem
extra et frigiditatem
Aristologia longa bibita cum pipere
et aliud mundificat humores super-
fluos remanentes in matrice et
in partibus eius et provocat menstrua
et extrahit infantem ex matrice
Castoreum ex eo bibitum aureorum ii
cum mastice et melle extrahit secundinam
Balsamum xilobalsamum carpobalsamum

gnitalibus coeu provocat menstrua et
valet dolori matricis Et qui balsa
mo ministratur cum oleo rosarum et ce
ra valet matrici Et valet doloribus fre
gidis eius Et suffumigatio eius
ad matricem extrahit fetum mortuum
Apponatur quod ministratur cum melle
et supponatur matrici provocat menstrua et
interficit fetum in matrice Et cu
rat inflationem et ventositatem
et auffert eius duritiem Et quod in
fans est mortuus per tres vel 4or
dies Recipe oppoponacum et ex eo ma
gdaleones et suppone matrici et
extrahit fetum mortuum
Anabulum ca in 3o sic in 2o provocat
menstrua multum et quod in matrice
suffumigatur extrahit infantem
Et quod cum vino bibitur valet
suffocationem matricis
Centaurea fetida folium eius bibi
tum cum vino provocat menstrua et
oleum eius positum in matrice si
militer et curat opilationem et duritiem
Ruta bibita vel pessaria eius
cum vel clistere ex ea aperit os
matricis et facit recipere semina in ma
trice Idem facit quod decoquitur
cum melica et bibitur decoctio eius
Abrotanum in eius decoctione
sedeat mulier provocat menstrua ext
rahit infantem et secundinam
Viola siccis maxima ca et sic in 2o
et quod desiccatur et coquitur et mulier
sedet in eius decoctione curat
lapsus calidos que sunt in ea
Calamus ethanus ca in 3o sic in 2o
quod supponitur matrici mundificat et
iuvat impregnationem et provocat
Camepitheos aperit opilationes ma
tricis et quod bibitur de eius decocti
one provocat menstrua etc.
Camepitheos sive commedreos et
et sic in 2o similis est cum virtute
commedree etiam genula maior etc.
In fine veris cum flores producunt
colligi debent cum floribus et foris
abiectis radicibus in umbra de
siccetur per an. ser. Electuarium quod
conficitur ex melle prout utriusque her
be vel alterius et pro 1 lapid. fiunt
et saxifrage non est quod licent
Vel electuarium duc hic habitum ge
nerale est ad stringendum dysenterie
et contra lapidem et arenam re
nis et epatis similiter decoctio pul
veris utriusque in vino melius est

supponitur pessarium Quamvis sicut cera
capitis facimus lupinorum et inde
coquatur in aqua sal addito ace
to in colatura pulv. utriusque ibi altius
ponitur primo sanctur caput
Aliud semen ca et sic in 2o de
coctio eius bibita provocat menstrua
impregnantibus et extrahit infan
tem Idem suffumigatio eius et
provocat menstrua magna virtute
Coagulum leporis maximum ca et
sic in 2o bibitum cum aceto per tres
dies prohibet impregnationem et
constringit matricis humiditatem
Storax ca in primo sic in 2o quod
bibitur vel ponitur in matrice vel
inungatur provocat menstrua et a
perit opilationem et os matricis
et valet duritiei eius
Mirta quod mulier sedet in eius
decoctione valet exitui matricis
et curat humiditates antiquas eius
Acacia frigida in 4to sic in 2o strin
git humiditates matricis et reborat
eam interius quando ex emanat
Iusquiamus frigidum et sic in 3o succus
eius valet doloribus matricis
Galliterium ca et sic alio nomine
centrum galli fomentum ex aqua
decoctio eius matricem optime
mundificat menstrua provocat Se
men eius tritum et confectum
cum succo feniculi valet oculis Ca.
26 De simplicibus aptatis vesice
Marrubium triangularis ca et sic
in 3o bibitur valet debiliti vesice
et frigiditati sue et valet dysenterie
Mirta quod bibitur de ea et
emplastratur vesica valet doloribus
et humiditatibus suis
Trifolium ca et sic in 2o quod bi
bitur de mutanis cum vino valet
dolori vesice et frigiditati sue et
provocat urinam
Camomilla quod decoquitur de
coctio eius sic vesica valet dolori eius
Cinnamomum est mediocris int
sicitatem et humiditatem Succus
eius bibitus valet scabiei vesice
Centaurea fetida bibita cum mel
licrato destruit apostema conge
lata in vesica et valet dolori eius
Quod bibitur flos eius cum vino
frangit lapidem in vesica po
Lignum aloes bibitum potenter
curat fluxum urine premia
tem ex debilitate vesice

Q[u]ater mixtura succus eius bi-
bitus valet non potenti mingere
et frangit lapidem ·
S emen melonum provocat urinam
et valet lapidi vesice et renum
...pis limarie fer et sic in ...
qui accipit ex eo unum ... et pul...
in uncia cum vino et bene inclau-
ditur et intromittitur per virgam
in vesicam frangit lapidem eius
et renum · Et nota quod res que
provocant urinam provocant men-
strua et ... et sunt calide nature
et subtile ... me · Ca · 2 · 11 · de me-
dicinis appropriatis passionibus et eg[ritudinibus]
M ellilotum ca · et ... ani
M ... in primo vz passionibus ani
Emplm cum ... de vino fit idem
[I] ndica est arbor de qua fit assa
fetida ... et est calidum
et sic in 3° qui ... cum ...
... malignati et emplastrata curat
emorroidas ... vesice
M alvaviscus est calidus medio-
cr quando decoquitur eius ra-
dix vel folium in vino et bibit
eius decoctio vz apostematibus ani
T erus est ca · et sic in p° qui fit
de ea magdaleon et supponitur
apostematibus ani et fluxui sanguinis
Idem facit emplastrat ut qui tera-
tur et ponitur super aposta ani
I reus ca · et sic in 2° similis ...
similis in effectibus ... pur-
pureum florem ... album radi-
ce ... in fine veris colligi-
tur desiccatur per · ii · annos ser-
vatur · Una ... pomi ...
... et ... splenis
et ... renum vesice et dolo-
rem ... ex ventositate valet ...
... decoctio ... pul · eius le-
vat ... concedit superfluam
ad ... colorum fit collirium
ex pulvere eius et aqua rosacea
T hus qui de ea fit magdaleon
et supponitur similiter ... facit
M astix decoctio radicis eius
valet exitui ani sicut ...
F enugrecum ca · et sic in 2° oleum
eius vz apostematibus ani et emorro-
ydibus ani
F los eius qui ... in ...
mediocriter facit desiccare emor-
roydas et vz exitui ani Et em-
plastratus vz emorroydibus ...
Et ... eius eisdem et fissur[is]

ani // inferius
A rtemisia qui ... cum ...
P lantago succus eius vz emorroydibus
P erba ... ca · et sic in 2° vz
relaxationi et exitui ani et flu-
xui sanguinis eius · ex eius succo fit
P ... frigida et sicca // ...
in 2° folia eius super emorroydibus
posita ... et destruunt et
curant tumorem earum et vz fissur[as]
ani et fluxui sanguinis eius
G alla fri et sic in 3° quando decoquitur
in vino et ponitur supra locum
suum super intestinum inferius
... confortat et prohibet ut
non exeat extra
O leum rosarum vz doloribus ani et
inflationibus vel calefactionibus eius
P lumbum est fri et hu · in 2° com-
bustum et mixtum cum vino et oleo
vel cum alio succo frigido positum super
emorroydas ... qui ex ... san-
guis fluit et non potest restringi vz
S coria ferri fri et // multum
sic in 3° quando ... vel molle
fit ad ... sive ... hu-
... et bibitur de ea curat emor-
roydas et ... calefactum ... restrin-
git fluxum sanguinis earum · Ca · 28
valentibus passionibus testiculorum et virge
C amomilla qui fit emplastrum ex ea
et decoquitur cum farina ordei
curat tumores testiculorum et desiccat
M ellilotum dicit ... quando
decoquitur cum ... de vino et
emplastrantur testiculi curat aposta
eorum et mixta cum farina ordei
restringit et ... vel vitellis
ovorum valet melius
M alvaviscus qui accipitur de eo
Et teritur ... cum farina
... et cum aceto et em-
plastratur ... aposta testiculorum
C ipressus qui fit unguentum ex eo et
ponitur super testiculos in quibus
descendit intestinum et super ...
... valet et desiccat membra
laxata et confortat et indurat
... est desiccare pla-
gas et vz descensioni intestinorum
A ffodilli sunt · // testiculos
ca · et sic · Radix eius decocta
et ... cum ... vini vz apo-
stematibus intestinorum
B dellium qui distemperatur cum aceto
et fiat unguentum et ponatur supra
herniam valent · Et ...

cum rosis de vino et terra sigillata. Et po-
situm super testiculos destruit et
posita super apta dura curat ea.
Oleum cathapucie acoris et
lilii et radille omnia sunt ca-
lida et valent frigidis apostematibus te-
sticulorum et virge.
Mirta cuius folia eius terantur
cum oleo rosarum et cum ponantur ad aquam
et decoquuntur et ponantur super apostemate
testiculos inflatos valet multum.
Viole cuius folia eius teruntur
cum farina fabarum et farina or-
dei et cum ponuntur et emplastrantur
super testiculos valent dolori calido
eorum et maxime cum componitur
aliquis succus frigidus cum eis
sicut iusquiamus plantago.
Hemorroidarum cum distemperatur cum
aceto et fit emplastrum destruit apo-
stemata dura et inflationem.
Farina ordei fit et fit inde
valet apostematibus frigidis testiculorum.
Oleum fabarum declinat ad
caliditatem et siccitatem et valet predictis.
Oleum rosarum valet apostematibus calidis
et declinat ad frigiditatem et sic-
citatem et valet supra dictis.

Explicit Tractatus de simplicibus
Excellentissimi viri et doctoris
Magistri Arnoldi de villa no-
va cancellarii medicorum felicis
Studii montis pessullani moder-
norum columna et princeps

Incipiunt Cantica canticorum
Avicenne i. Avicenne cum
commento Averoys i. Averroys
et est prologus Averoys.
Inquit Abolulith Averoys. Po-
stquam prius gratias egero deo rogan-
ti vitam perpetuam animarum et sani-
tatem corporum et medicanti mor-
bos magnos per gratiam quam con-
tulit omnibus ex virtutibus sanita-
te conservantibus et protegentibus a lan-
guore dandi intelligi artem
medicine et ingenium sanitatis
domus animosis et intelligentibus
dedi operam ad emendandum li-
brum rithmatum qui intitulatur liber
Avicenne de partibus medicine. Ipse
enim universaliter concludit et com-
prehendit eas. Est etiam cum hoc me-
lior valde pluribus ex aliis intro-
ductoriis et summis in medicina
compilatis. Est etiam cum hoc com-
pilatus ordine valde convenienti
ad tenendum mente ut memoria
dilatandi et delectandi animam. Fui
autem valde attentus ad expositio-
nem eius dicta expositione qua eius
intentio recta comprehendatur et
intelligatur vocum confusione et
multitudine preponendo. Quia au-
ctores sermonum rithmatorum maxi-
me sermonum indigent cum diminu-
tione et truncatione sermonis
et non etiam mutatione eius loco
alterius explicando sicut nobile
intentionem. Et nunc imploro divi-
num auxilium ad perficiendum nobile
intentionem horum dictorum et ex-
imiam speculationem et laudabilem
coram nostris etiam ut me per-
ducat cum omnibus fidelibus servis
ad quod dixit deus sui gratia et
bonitate eius similiter atque timor

Diffinitio medicine et initium Avicenne

Medicina est conser-
vatio sanitatis et cu-
ratio egritudinis
que accidit ex acci-
dentibus in corpo-
re. Medicina que accidit
ex causa que exi-
stit in corpore. Medicina
est conservatio sanitatis etc. et
hec est diffinitio medicine. Sum-
ma eius aut. Positio est
quod dicimus quod medicina est
ars. Cuius actus est ex ratione

et experimento sanitatem conservans
et curans egritudinem. Cum autem
dixit ex accidentibus in corpore intel
lexit quod actus medicine est con
servatio sanitatis et curatio egritu
dinis generate in corpore ex eo quod
accidit ei tunc temporis. Verbi
exempli gratia apostema accidit in
aliquo membro corporis ab ali
qua causa et est illud infusio san
guinis ad membrum quod quando apo
stema generatur eo tempore quo quando
sanguis infunditur ad ipsum et in qui
busdam a libris. Et quod accidit ex
causa in corpore existente. et hec
est regula melior. Vult enim quod
morbus accidit corpori ex causa
aliqua et etiam tolerabile est quod
sit hec res in corpore ex aliquo
accidente. Omnes res egredientes
a natura existentes in corpore sunt 3.
scilicet causa. morbus et accidens. sicut
in sequentibus patefiet. Nos ponimus
in hac diffinitione quod ars curativa
et operativa ex ratione et experimen
to existat. Quia non sufficit
in hac arte ratio sine experimento
nec experimentum sine ratione. sed
utrumque exigitur in simul. Et autem
diffiniens hanc artem dicit eam
esse scientiam rerum proportionatarum et
attinuatarum sanitati et egritudini
et dispositioni medicine quia non per
sistitur in homine sanitas nec e
gritudo. Et hec ars docet et no
tificat ea. scilicet que proportionantur egri
tudini et uniuntur sanitati. et
ea que proportionantur omni spe
ciei mediante inter sanitatem et egri
tudinem. Intellexit autem per res
proportionatas sanitati ipsius causas
et signa et illud intellexit per
res proportionatas egritudini et neu
tralitati. Vide ergo qualiter patet
quod in hac diffinitione deserit deca(?)
(?)quam deca separatur per artes
ab ea parte sue nature que
contemplatur et speculatur etiam sani
tatem et egritudinem. Cum ars
medicine docet principaliter quid
sit sanitas et egritudo et earum
causas et signa ad conservandam sa
nitatem et curandam egritudinem. Et
ideo pervenit ex eis scientia sanitatis
et egritudinis ad ianuam et in
troitum conferentem in operatione. in
tentio autem in scientia naturali est

solum scire quid sit sanitas et e
gritudo et per consequens docet et sufficit
divisio scientie. Vel quod ex inten
tione doctorum scilicet sanitatis et egri
tudinis adipiscatur finem eorum
quorum dispositio est natura cum posse
scire vel scientie. Neutralitas autem
quam ponit medicina inter sani
tatem et egritudinem non est vera
neutralitas. Divisit autem eam in
tres modos. quorum unus est quasi
levamentum ab egritudine et similiter
2um autem est in eo qui patitur egri
tudinem in aliquo membro solum
Et tercius est ille qui est aliter
tempore aliquo morbo et in aliqua
egritudine. Cum ergo huius diffi
nitio sit nocumentum operationis patet
quod inter nocumentum et non nocumentum
non est medium. Nocumentum autem de
bile supponit quoniam egritudinis. Et
et operatio debilis supponit generi
sanitatis. quoniam dispositionis sanitatis
et dispositio qua sit certitudo opera
tionis. Hec autem sermones egent
maiori expositione. sed intentio
mea in hoc tractatu est compendium
et abreviatio etc. Divisio medicine
in theoricam et practicam

Cuius prima divisio est in the
oricam et practicam et the
orica ex tribus constituitur et
completur. Intendit dicere quod
medicina dividitur primo in duas
magnas partes. quarum altera
theorica. altera practica sive pra
ctica appellatur. Et intellexit ex
dicto suo. et theorica ex tribus con
stituitur et completur. quoniam pars
eius speculativa et scientifica
perficitur ex tribus partibus quarum
mediate (?) fiunt memores. Hec
autem divisio artis medicine non
est vera. quoniam G. dicit in diffini
tione ipsius quod ipsa est scientia sani
tatis et egritudinis et rerum propor
tionatarum eius et dispositionis. Que
non est separatio neque egritudo. Si ergo
sit est. omnes partes eius erunt
scientifice et theorice. non ergo una
solum theorica et altera practica.
Et est ergo sciendum quod ex eo pro
ominibus rationabilibus sunt que
dam que dicuntur practice et
active quoniam scimus et adiscimus
principaliter operando sicut operatio
et ars carpentarie et sutorie

Et quedam etiam procul dubio di-
cuntur artes que consistunt sermoni-
bus demonstrationibus s. et diffinitionibus
quibus perfecte et ultimate adi-
piscitur aliquid et tale procul dubio
est ars geometrie. et talis est dispo-
sitio artis medicine scientie. ut
est longinquum seu impossibile esse ali-
quid ex artibus et operationibus. que
ambobus predictis modis adipiscatur
s. scientia et operatio. Qui tamen suppo-
nant talem artem et operationem
esse unicam. est an opinio quod ta-
lis sit ars medicine. et hic ideo
quia pars ipsius que manualiter
exercetur procul dubio utendo et
operando acquiritur secundum maio-
rem partem ipsius. Modum ergo
huius divisionis ponit ac si diceret
quod scientia artis medicine dividitur
in 2as scientias seu partes scienti-
ficas scilicet in scientiam cuius qui com-
gitur domus scientie medicine. et in
aliam remotam ab eo. hec dicit
tamen quod medicus speculatur in arte
sua duas scientias in simul. scilicet scientiam
qua speculatur sanitatem. et eius
causam et signa et morbum et cau-
sas ipsius et signa. Secunda autem
scientia quam in arte sua considerat
qualiter conservet sanitatem et cum
quibus curet egritudinem et hoc
est speciale in arte medicine. Prima
autem scilicet quam coniungitur huic scientie
scientie naturalis est vera vel vere et
prima et propria scientia talis scilicet quod philo-
sophus intendit. et que est solum scientie
et non operationis. Alia vero pars spe-
cialis in consideratione artis medi-
cine dicitur et dici potest scilicet praxis
et actus eo quod vult affinis et prin-
cipia operationi eius operatio et opus
habeatur et sciatur ut plurimum
operando. Preterea ex conditioni-
bus medici ut paginam steterit sub
scientia manifeste et opera intelle-
ctus quod est usitatum et excitatum in
operationibus eius manualis aut
operatio ipsius ut diximus dictis vel
sermonibus adquiritur excepta una
parte eius. Et similiter videtur de ma-
thematica. Nam medium est per eius ex-
positionibus ymaginariis. Propterea aut
quando expresse posuit hanc divisionem
medicine sunt Leonicus medicus
et aliquorum reddarguit et re-
prehendit. Nam ipse. Non opinatus

est quod radices dictorum. Et induxit
falsitatem divisionis predicte cui
ipse respondit Benedicat quia opi-
nati sunt se invenisse hanc di-
visionem in quibusdam libris attri-
butis et assertis. Et veritas at
in hoc est sicut nos diximus. Divisio
16 rerum necessariarum
Ex rebus autem sunt vii na-
les ex eis etiam sunt 6 alie
et omnes sunt necessarie
Cum ponat quod pars medicine the-
orica perficitur ex tribus rebus
ideo nunc inchoat a prima earum.
Unde inquit quod .i. sunt res na-
les. hec est prima pars prima partis the-
orice. dividitur in contemplationem septem
rerum naturalium. Hec autem .i. res na-
les sunt potissima causa sanitatis
corporis et exitus in corpore. et dicit
quod ex eis sunt 6 alie. et quod omnes
sunt necessarie. hec est quod pars secunda
s. partis theorice dividitur in scientiam vi
rerum non naturalium. et hoc quia non
perficitur esse naturale sine eis. ex hiis
vero rebus sunt quedam extrinsece
et quedam voluntate. et quedam ex eis
naturales que omnes ex necessitate con-
tingunt corpori.
Adhuc sunt alie res in libris
scripte scilicet morbi et cetera et accidentia
Tertia pars ex tribus partibus theorice
dividitur in tres partes et scientias scilicet
in scientiam accidentium morborum et causarum
quia id super quo debet esse medicinalis
contemplatio et tentatio sunt predicte res
tres. Unde est ac si diceretur quod the-
orica medicine dividitur in contemplationem vii
rerum naturalium. et rursus contemplationem
egritudinum dividitur in tres scientias
scilicet in scientiam morborum et accidentium notate
in hac facultate. Nos autem omnes
intentiones eius declarabimus in se-
quentibus. De divisione practice
Practica autem medicine dividitur
in duas species quarum una ma-
nibus exercetur. et alia cum me-
dicina necnon eo quod ex cibis ordinatur
Cum diviserat medicinam in duas
partes scilicet theoricam et practicam
theoricam subdiviserat in sex et decem
partes s. in 3 partes naturales et in 3
accidentales. Ideo subdividit nunc
practicam scientiam in duas partes
.ex quibus una est manualis sicut
sutura, collirium et depositio cathara-
cte et similia. Alia vero est

qua curatur morbus cum medicinis et conservatur sanitas cum cibis. Hec autem pars includit scientiam naturam medicinarum et modum faciendi medicinalia aut medicinas ex eis et usum eorum, et scientiam que est de natura ciborum et modum conservandi sanitatem cum eisdem. Esset autem melior divisio de qua sunt predicta. Dico igitur quod medicina dividitur in sex partes, scilicet in scientiam qua docetur quid sit sanitas, et in scientiam per quam cognoscuntur signa sanitatis, et in scientiam qua nature egritudinum cognoscuntur, et in scientiam per quam sciuntur eorum signa, et in scientiam qua scitur ingenium curationis egritudinum, et in scientiam per quam scitur ingenium conservandi sanitatis. Remembro rerum naturalium et primo de elementis et incipit [illegible]

Procul dubio prima ex rebus naturalibus sunt elementa ex quorum compilatione vel coniunctione corporea consistunt. Volunt per hoc dicere quod prima ex rebus quas naturales vocamus est scientia corporum ex quorum genere consistunt cetera corpora omnia. Dicuntur autem illa corpora elementa. Divisio autem est quod ipsum est simplicius quod in quarto reperitur, id est quod ipsum est illud ex quo aliud componitur et ipsum ex nullo diffinitur. Etiam aliter: ipsum enim est in quod resolvitur compositum cum corrumpitur, scilicet ipsum in nullum aliud resolvitur vel dissolvi potest. Et dicit absque dubio quod eorum compositione existunt corpora composita quo fiunt per [illegible]. Vel dicit quod corpora hominum componuntur variant ex elementis per viam commixtionis sicut oxymel ex melle et aceto. Simplices autem fuerunt valde varie et diverse opiniones, scilicet in uno et nulla elementorum ex quibus corpora hominum componuntur. Quidam enim dixerunt ea tria, et sicut dictum est quidam asserunt tantum ea solum duo et quidam unum solum. Quidam etiam eorum dixerunt ea esse corpora indivisibilia eiusdem nature, opinantes quod hec corpora et cetera essentia composita generentur ex eis. Sermo quod in ipsis est sermo verus, scilicet quod sunt in[illegible]

sicut aqua terra. Item idem in compositio. Probatio veritatis predicti sermonis est quod cum corpus corrumpitur revertitur in eisdem. Probatio veritatis, scilicet quod corpora mixta sunt composita ex his quatuor corporibus, ex eo quod videmus corpora animalium cum moriuntur dissolvi et resolvi in predicta elementa. Quod autem dissolvitur et resolvitur in aliquo videtur procul dubio compositum ex eo. Non aliud reperitur ad aliud in quod taliter dissolvatur et resolvatur. Cum autem animal moritur eius partes primo resolvuntur et convertuntur in terram et inde in aquam et deinde in aerem et ignem. Est autem hic notandum ad sensum et quod cum corpus attentius est ad videndum aliud patet autem ipsum compositum ex his quia ex eo quod est corpus formatum habens extremitates. Omne enim corpus tale componitur ex terra et aqua. Dico autem procul dubio corpus tale cum malaxatur terra cum aqua et postissime si locatur ad ignem tamdiu donec efficiatur corpus tale simile teste. Ergo sic est probatum in quo elementa existere, et hoc est quod dicitur: Deus cuius nomen superexaltetur creavit hominem ex luto sicut testes figuli. Hunc autem probationes perficiuntur in naturali facultate medicinis aut [illegible] humane quod verum est et [illegible] declarare supponunt hic et [illegible] et accipit a Deo scientie naturalis, ipse tamen declarat hoc in libro de [illegible] et [illegible] sicut fit hic in libro elementorum.

Si non esset nisi unum elementorum non esset aliquod animal cum morbo corruptibile. Probatio scilicet quod corpora animalium non componuntur ex particulis indivisibilibus et unius nature sicut componitur domus ex lapidibus et lignis. Nam si animal componeretur ex particulis indivisibilibus minime corrumperetur ex morbo. Corpora enim procul dubio corrumpuntur ex dominio contrarietatis in eo. Sed si corpora essent unius et eiusdem nature nulla contrarietas esset corrumpens ea nec ab extra nec in corporibus unum, quia corpora ex corporibus sunt contra[illegible]

corpus in suis partibus contrarietatem habet et etiam circumdans et extra est quod creatur eis. Cum ergo contraria sunt, sunt diversarum naturarum sequitur quod ipsa corpora non habeant unam naturam, sed sunt unius nature. Et hec precepta sunt in libro de humana natura ypocratis. h(oc) autem scientia est scientia de causis efficientibus vel finalibus. Commendatio etc.

Posthec etc. vel etiam comple(xi)o etc.

Autem scientia complexionis est extimabilis in medicina profitentibus. Principium medicus ponit elementa ex quibus componitur corpus per viam mixtionis. Docet ipsum scire et cognoscere speciem complexionis individui sui, cum homo confert in medicina. Et hoc quidem est manifestum: quoniam cum ipse cognoscit complexionem racionem, id est, corporis videtur esse calida vel frigida tunc quando si fuerit sanus erit conservatus eius medio in quo cum similibus similibus. Si vero fuit eger eo quod sit lapsus a qualitate naturali sibi ad contrariam eiecabilis, sit ducatur ad qualitatem sibi naturalem per viam medio existentem cum eo quod contrariat et opponitur qualitati facienti egritudinem. Exemplum autem huius est: quoniam si quis calide complexionis patiatur egritudinem per quam eius complexio infrigidetur, erit procul dubio eius cura si talis fiat donec ipsa redeat ad suam complexionem naturalem. De virtutibus seu potentiis scilicet ca(liditas) fri(giditas) hu(miditas) et s(iccitas).

Quatuor sunt virtutes seu potentie complexionis sicut diviserit vel composuerit eas ut consultius. Quatuor sunt virtutes quibus componitur et refertur complexio hominis cum una ex eis vel due dominantur in eo valde vel parum in composito vel in complexionato ex eis et sunt caliditas, frigiditas, humiditas et siccitas. Cum autem dixit sive diviserit vel composuerit eas ut consultius intellexit pro contestante quod complexio hominis referatur uni soli ex predictis virtutibus vel dualibus [?] binis vel coniugationibus possibilibus complexiones vero relate duobus unius ex predictis virtutibus sunt quatuor scilicet complexio ca(lida) vel super qua

siccitas dominatur aut dominabitur super complexionem. Caliditas et siccitas vel frigiditas et siccitas aut caliditas et humiditas aut frigiditas et humiditas. Hec ergo sunt octo complexiones que referuntur egressui unius vel duarum qualitatum a temperamento etc. De complexionibus in se.

Sensus tactus sentit et percipit caliditatem et frigiditatem et siccitatem et humiditatem. Summa precedentis est quod virtutes recepte in complexione sunt quatuor. Commendatio etc. cum vero complexionatum in quibus hee virtutes reperiuntur in elementis, id est, in quatuor corporalibus que sunt ignis etc. Et hoc ideo quia quodlibet ex istis compositum duarum ex istis quatuor virtutibus in qualibet. Hee tamen qualitates referuntur aliter elementis quam referatur animalibus mixtis ut sexui et loco, et intellexit per locum climata terre habitabilia. Et intellexit per illud quod augetur vegetabilia et animalia: horum complexiones ipsorum referuntur hiis quatuor virtutibus.

Elementum ponitur in ultimo simplicis complexionis. Volunt dicere quod cum inferantur elementa aliqua ex istis quatuor qualitatibus quod referantur ad ea in ultimo. Cum autem dixit simplicis complexionis volunt dicere quod elementum sit in ultimo simplicitatis qualitatum ex qualitatibus qualibus que sunt caliditas, frigiditas etc. Et ob hoc dicimus et dicimus quod ignis sit calidus vel quod aqua sit frigida. Intelligentes per ista quod hec dicimus de eis quoniam sunt in hoc ultimo, id est, quod non sit aliud contrarium ei eo quod est commixtum et componitur ab extremis in ultimo, id est, ex qualitatibus que sunt in elementis, et fuit medium inter ea in predictis qualitatibus ratione confectionis prius eorum admixtorum. Cum sit tamen in omnibus mixtis et mediis inter predicta sicut in colore brunum dicto medius ex albo scilicet et nigro composito quoniam non dicitur ut ymaginatur albus vel niger in parte et albus in parte. Unde sic est negotium

qualitatum in elementis et mixto et ex
eis generato non sunt in eis ultima
te in mixto vero et complexionato co
ficatur De qualitatibus omnium elementorum

Caliditas est in igne totum
et aere. frigiditas autem in terra
et aqua et siccitas inter igne
et terram et humiditas inter
aquam et nubem. Cum pre
dixerat quod elementa informata pre
dictis virtutibus informantur eis
dem in ultimo notificat nunc
quoniam ex hiis virtutibus referatur cui
libet ex elementis. Unde inquit ca
liditas est in igne et aere. et
intellexit quod que ex eis informantur
caliditate sunt duo scilicet ignis
et aer. et que ex eis informan
tur frigiditate sunt etiam duo
scilicet aqua et terra. Docet tamen sic
re aquam frigidiorem terre esse
et ignem calidiorem aere. hic
sensibilis est hic ignis et est
elementum sicut dicit alexander
quod ignis iste est causa corrum
pcionis non autem existit ut esse
aliquod. Ignis vero qui est ele
mentum et hoc esse causa esse et ge
nerationis est autem ignis ille
super aerem in concavo celi et or
bis lune hoc est calorem maxim
quoniam calor procul dubio est rebar
ticens huic igni sensibili. eo
quod in corpore terre sit existit
hic patet totum in naturali scientia. Cum
autem dicat siccitas est inter ignem
et terram. Voluit dicere quod duo
sunt elementa sicca scilicet ignis et
terra. terra tamen siccior est igne.
Et cum dixit quod humiditas est
inter aquam et nubem. intel
lexit per humiditatem et humiditate
et per nubem aerem. ut si diceret
quod duo elementa humida sunt
scilicet terra et aqua. oportet tamen
sicre aerem esse humiditatem
aque et quod aqua nihilominus
potentior in humectatione corporum
quibus obviat quam sit aer

Significatur nobis omne
et generatio inter species rero
rum non diversificetur ad inui
cem et uniantur seu coniugan
tur. Intellexit hic predicte
qualitates dividuntur in diver
sas species. quia variantur in
quibusdam. et in quibusdam

uniuntur et assimilantur. qui quidem
ratione harum rerum diversitate
nobis signant esse et genera
tionem et procul dubio diversifica
tur ad invicem. que et diversifica
tione generatur causa et uniun
tur seu coniugantur eo quod duo ex
eis uniuntur et associantur in
una et eadem qualitate. Volo
dicere sicut associatio ignis et
aeris in caliditate et aque et
terre in frigiditate etc. textus

Diversificata fuerunt ad invi
cem ne essent quid unum et
idem et fuerunt coniuncta et u
nita ne videantur omnino esse
contraria. Ratio etiam propter
quam etiam non fuerunt unum
et idem quoniam si fuissent unum quid
non reperiretur aliquid diversum
ab eis. Cum autem dixit et fuerunt
coniuncta ne videantur omnino contra
ria intellexit quod oportet ut as
sociarentur in qualitatibus ne
contrariarentur ex omnibus partibus
suis. et ex hoc fuisset difficilis
eorum commixtio. textus Et
imaginamur complexionem
in 4or ab elementis positam in
composito ex eis. qualitate predomi
nante. Intellexit quod non
imaginamur mixtum informari istis
qualitatibus eo quod in ipso ultime
sint sed quod imaginamur tale a ta
li qualitate predominante in ipso
cuius exemplum est de leone cum di
cimus quod calidus et siccus. non intelligentes
illud de eo in ultimo sicut fa
cimus de igne cum eum sic nomina
mus. Unde intelligimus quod cali
ditas et siccitas in eo conveniunt
amplius quam frigiditas et hu
miditas. Volo dicere quod hee
due partes sunt in eo maio
res et ampliores etc.

Omnino equale et temperatum
ad referendum ei eo quod habe
at 4 partes coniunctas. Omne
quod imaginatur informari do
minio unius vel duarum ex istis
qualitatibus intendit procul dubio
esse tale in comparatione ad tem
peramentum et equale in quo scilicet
reperiuntur quatuor qualitates
equaliter. Volo dicere quod re
periuntur in eo tantum ex siccitate
quantum ex humiditate. Sunt autem

quidam opinati sunt hanc complexio-
nem secundum opinionem G. Com-
plexio hominis temperata comple-
xionem habentis, id est quia quatuor
qualitates complectantur in eo e-
qualiter vel prope equalitatem et
maxime ut dicit in cute manus
signanter in cute digiti medii.
Ex sermone suo nichilominus in-
telligitur quod sit et dicatur in
eo temperatum et equale me-
dium in specie. Cuius exemplum
est. Alia complexio caliditas et
siccitas dicantur dominari super leo-
nem cuius tamen quoniam habet duo ex-
trema dicitur equale et temperatum
et ex ista quod exerceret leo ope-
rationes suas meliori modo
quo posset inveniri in leo. Compa-
rantur etiam extrema huius equa-
lis vel egredientia ab equalitate
eius in hiis que sunt artificia-
liter. Unde exempli gratia. Oxi-
mel dicitur equale et temperatum
cum ponitur in eo mel et acetum
in tali quantitate et proportione quod
reparatur ex eis oxizacara oximell
perfectior et laudabilior que posset
et dicere egritudines ab equalita-
tem predicte quantitates recipiunt
in eo augmentum vel diminutionem. Tale
autem equale reperitur et debet
intelligi in qualibet specie. Et
tale etiam debet intelligi in homine
temperato et equali. Ostensum est
autem in naturalibus quod equale in
quo partes elementorum et compa-
tiuntur equaliter sit prohibitum et impos-
sibile invenire. Cum ergo erit
in homine equales predicta po-
terit quod intelligi quod dicatur
equalitas de eo per comparationem
ad extrema sue speciei. Et quod
extrema eius dicantur egredi
ab equalitate in comparatione ad i-
psum. Assumemus etiam intendere
equale predictum ex operatione
et comparatione eius ad quantitates
seu partes elementorum referendo quod
quidam ex eis quibusdam excedunt
Cum autem intelligitur in eo hoc
proportio reperitur in eo quantum est
maior caliditas et fortior fri-
giditate et humiditas siccitate. Si
ergo sit tamen erit quoniam homines in
generali ca. et hu. huius duo ex-
trema multa et magis diversitate

distant ad invicem. Unde homo-
rum caliditas reperitur minor
caliditate predicta dicitur frigidus
per comparationem ad hanc complexi-
onem hominis equalem predictam.
Et similiter eius humiditas reperi-
tur minor humiditate predicta dicitur
siccus per comparationem ad pre-
dictam complexionem et ille in quo
predicte qualitates sic se habent
dicitur frigidus et siccus. Et in quo
caliditas et humiditas ampliora
sunt et fortiora quam in predicta dici-
tur ca. et humidus. Ratione autem huius
complexionis vituperat et redarguit
G. dicentem complexionem temperatam ca. et
hu. esse. Nisi intelligat quod caliditas
et humiditas intelligatur de duabus
complexionibus predictis egredientibus. Unde
qui ex antiquis dixit equalem et
temperatam complexionem hominis esse
ca. et hu. dixit. Unde dum intellexit
hoc de calido et humido temperato.
Non autem de calido et humido egredi-
ente ab equalitate et temperie predicta.
Fuerunt autem in eo predicta re-
mixte et complete secundum estimati-
onem ut essent pondus et me-
sura elementa quibus fuerunt mix-
ta in hac complexione equali sint
estimationem equalem et sint hec
complexio sicut ferrum quod recte
res ponderant. Cum autem reperitur
complexio diversa ab ista ymaginata
per informationem qualitatum qua di-
versificatur ab ipsa quoniam si sint ca. di-
cimus eam esse sicut. Si ergo
fiunt complexio inequalis per equalem
et ob hoc nominavit eam ponderis et
Si ad ex eis declinata mensura
tenuerit ad aliquod extremo-
rum non tamen inde expoliabitur
vel elongabitur a virtutibus
predictis erunt nichilominus
in eo absque equalitate et tem-
perie predicta. Quecumque ex a-
liquibus complexionibus declinent
ab equali ad aliquod extremorum
non evacuabitur tamen inde a quatuor vir-
tutibus scilicet calide et frigide etc. Non
tamen erunt in ea equaliter et temperate
sicut in complexionibus temperatis.
Nominatur autem aliud no-
mine predominantis ut igneum
terreum aqueum. Complexio
egritudines et declinans ab
equalitate denominatur a nomine

igneus i. cali. et sicca. 2ª/6

Sunt etiam ex eis que com
parantur aeri omnes autem dicun
tur per modum similitudinis et mi
nus proprie. Intellexit com
dixit Sunt etiam ex eis que
comparantur aeri que sunt calida
et humida in complexione et pro
certo dixit hic propterea secundum opi
nionem meam qua causa et qua
litates quibus appreciantur et refe
runtur complexiones sint vincte et
quinte sicut etiam sunt in electu
et in medicinis et sic essent 4 com
plexiones solum s. ut et sic re
lata igni et caloris et cc et hu
relata sanguini et aeri et frigida et
humida comparata aque et frigide flatui
et sicca et sicca que refertur melie
et sicce et procul dubio possibile est in
venire complexionem calidam solum
et per se aut frigidam aut humidam
aut siccam verbo et dictione sed
in effectu non est inveniens eam in
veniri Si autem omnes opinentur
possibile esse quod electa compleantur unde
secundum equalitatem sicut esse in na
turalibus degeneratis in esse et ponitur
fiat in qualitates active ut forte
caliditas et frigiditas dominan
tur super passivas s. super sicci
tatem et humiditatem et quod certe
potest fiat ex 4 humoribus s. in qua
litates passive super activas dominen
Noua sunt speciebus complexionis

Nam quod perfecte sunt 9 spe
cies complexionis nec ex nunc accedam
ad dictionem novam Inter
has 9 et Et intellexit complexio
nem equalem et 8 egredientes
ab equalitate 4 s. compositas
super quas due dominantur qua
litates et quatuor simplices
et super quas unica solum ex
quatuor qualitatibus dominatur
Si sunt dixi nunc minime reperi
untur et hic tamen procul dubio opina
bile est Et eo quod peccatum dicitur
et imperfectum erat in scientia na
turali Oportet etiam scire quod species
complexionis sunt species simi
litudinis reperte in membris simi
libus quorum s. totius et partis est
idem nomen sicut caro . cuius
partes etiam vocantur caro sicut
ipsa tota . non sic tamen est de manu
et pede que membra organica

nominantur Remedium de comple
Nunc autem xionibus temporum
loquar de tempore secundum opini
onem et estimationem non enim
cessit in eo stilus et modus
investigandi subtilis hyemis
autem secundum vim et naturam flatus
et ver excitat sanguinem . estas
coleram . et autumnus colera
nigram Quia locutus est
de speciebus complexionis hominis vo
luit nunc loqui de speciebus comple
xionis temporum Cum autem dixit quod hy
emis secundum vim et naturam flatus . in
tellexit quod complexio hyemis est fri
gida et humida sicut est flatus Et ob
hoc multiplicatur flatus in eo Et cum
inquit ver excitat sanguinem in
tellexit quod sanguis generatur in eo
Cum autem dixit et estas coleram
voluit etiam dicere quod eo . in eo ge
neratur . eo quod sit ca et sic Et cum
dixit . autumnus coleram nigram
voluit dicere quod autumnus simile
est nigre s. in frigiditate et siccitate
in eo Nota quod ver est calidum
et humidum . quod est tamen contra Ga
lienum est sequendum quod de vere
dixit s. quod sit ca et hu Est tamen contra
intentionem G. in quibusdam complexionibus
Dicit enim ibi quod ver sit temperatum
et equale in quo reperiuntur qua
tuor qualitates cum equalitate
Constat autem quod si essent reperte
in eo quatuor qualitates cum equa
litate quod in eo corpora vite mi
nime essent decentius corrupte
quorum causa est frigiditas et sicci
tas Si ergo sic fuisset equate in
eo qualitates et virtutes per me
nime fuisset in eo corrupta quoniam
nec etiam augmentans alicuius hu
moris in homine nec in aliis . cum
etiam generatio et cura alicuius
rei Oportet ergo necessario ut ver
sit calidum et humidum Est in
du... equale et temperatum eo
quod sit inter estatem et hyemem
4or mensium Et cum non reperiatur
nisi 4or tempora nec etiam nisi 4or
humores . cuique quorum est manifesta
significatio quod non sunt etiam nisi 4
tempora s. 4or complexione et ine
quales Etenim si posset inveni
ri complexio equalis caliditatis secundum
quod est scripta in ea equaliter deroga
tur minime inveniret aliqua

operatio in hac commixtione primarum qualitatibus appreciata est quoniam necesse ne haberent formam unam. Quia locuti sunt de complexione hominis volunt etiam nunc loqui de complexionibus medicinarum secundum eos. In hoc autem negocio precavat G. tractatu 3° sui libri de complexionibus cuius pars investigationis sue in hac opinione sit secundum in complexione hominis preter quod speculetur in complexione medicinarum. Quoniam speculatio et investigatio de complexione hominis est speculatio super naturam sanitatis eius. Speculatio autem eius et consideratio de complexione medicinarum cum contemplatione instrumentorum et organorum quibus sanitas efficitur. Unde quia ambo conveniunt et vincuntur in commixtione. possunt tractari cum ambobus.

Rememoratio premissorum et eius quod augetur et vegetatur.

Quod augetur et vegetatur dividitur in species mineralium et plantarum et animalium complexiones habentium. Dicit primo quod augetur. De quo fit hic mentio dividitur in tres species scilicet in speciem mineralium plantarum et animalium et specierum ipsarum. hoc est quod hec sunt 3 species medicinarum et nominat minerale animal et vegetale tristitie et mors ipse. sed hic ideo quod vegetale habet animam proculdubio. minerale vero non habet eam et hic est in stabili sua perfectione.

Quod vincit et superat corpus est medicina. quod vero nutrit et auget ipsum est cibus. Notum quidem est omnibus quod illud quod vincit corpus est medicina. et illud quod convertitur non vincit corpus est cibus. Intellexit autem cum dixit medicina vincit corpus quod ipsi immutet corpus aut ad caliditatem si fuerit calida aut ad frigiditatem si fuerit frigida et similiter ad alias qualitates. alie ab istis. Hoc autem fit tunc cum corpus alterat et immutat eas ad sui similitudinem. Et hic ideo. Nam corpus immutat et alterat ad sui naturam quod ingreditur ipsum. si tamen perfecta non fuerit illa medicina tunc immutabit eam cum aliqua immutatione. Si vero corpus solum immutat ipsum preter quod immutatur

ab eo. Nam cum cibus convertitur in partem alicuius membri non convertitur ad similitudinem illius membri. sed cum medicina convertitur in partem vel humiditatem alicuius membri non convertitur ad similitudinem eius. et ratione huius medicine curant egritudines secundum rationem contrarietatis. quas habent ad malam commixtionem corporis. Nam cum generatur in corpore mala complexio causans et efficiens egritudinem. exit quidem eius cura cum medicina generante in corpore complexionem contrariam efficienti egritudinem predictam. Est autem sciendum quod eodem numero specierum complexionum medicinarum et specierum complexionum hominis scilicet calidi et humidi frigidi et sicci. Et alia ab istis ex quatuor speciebus complexionum primarum. Quia autem liquidum harum generum medicinarum operatio primo manifestatur in corporibus convertere ideo dicimus quod sit calida sic frigida et humida ipsarum. Intelligentes quod calefaciunt aut corpus infrigidant et humectant et exsiccant ipsum in potentia. Non autem quod calefaciat vel humectant ipsum in actu. Alia vero reperiuntur species taliter proculdubio facientia humectantia infrigidantia et desiccantia per contactum dicimus quod sint actu calida. Et quia cognitiones harum specierum medicinarum scilicet mineralium et plantarum et animalium propriorum fit diximus post ingressum earum in corpore. ideo proculdubio rectus modus cognoscendi operationem earum et experimentum medicine in corpore. Et hic quoniam operatio est quod operatio medicine in corpore dicitur similis esse ut plurimum commixtioni sue. ut si gradus medicine fuerit calidi et sicci. Debet esse operatio eius in corpore calefaciendo et desiccando. Et similiter est de frigiditate et aliis qualitatibus esse eorum. Unde ex quo proveniunt demonstrationes et rationes sillogisticae super complexione medicinarum exit quidem possibile medicis invenire modos sillogizandi super operationibus earum in corporibus. hic est quod ex quo steterunt super complexionem medicine rationibus sillogisticis. percipimus quod operatio eius in corpore similis illi commixtioni. Dicit autem quoniam

modi quorum fecerunt rememora-
tionem ad sciendum complexiones me-
dicinarum scilicet ex veloci et subita
immutatione medicine ad ignem
et ex veloci abluatione sui aut
inclinatione sapore odore et co-
lore. Sunt enim adhuc multo
plures modi quos alibi reme-
moravimus ex quibus sunt 16 quorum
rememorationem fecimus scilicet de signis
signorum in 4° metheororum. Ca-
vero perfectius et fortius ex hiis
similiter et sapore sit contentus iste
vir ex rememoratione saporis so-
lius et non curans de aliis in hoc
loco. **Qualiter complexio cognoscitur ex sapore**
Complexio **odore et coloratione**
habetur et cognoscitur ex sa-
pore et hoc sillogismo vero
et iusto. Voluit quod complexio
medicinarum cognoscatur per saporem
et hoc quia gustus percipit sapo-
rem et sapor signat complexionem
medicine et hic sillogismo vero
et iusto ut ipse dicit etc.
Dulcis salsus et amarus
siccitatem. acutus autem calo-
3 rem. Hec est species saporis que
venit et vincitur in significati-
one quod predominatur super comple-
xionem medicine sit siccitas et
non solum siccitas sed etiam caliditas
signat etiam caliditatem. et sic
sapor acutus. Dulcis enim est si-
gnum inter caliditatem et siccitatem
adeo quod ut plurimum convenit
nostre nature seu complexioni simili-
tudine. Et propter ipsum est in caliditate
et siccitate salsus. et hoc quoniam in
salso est aliqua substantia humida
usta. Et propter salsum est minus ama-
rus. ipse enim est fortioris cali-
ditatis et siccitatis. Et hoc quoniam
visum est etc. quod amarus sapor
est ex substantia sicca usta. Nos autem
videmus plures species earum qua-
rum natura sicca est et sicca et ni-
chilominus habent saporem amarum.
Unde fructus vegetabilium qui dul-
corantur in fine sunt ut plurimum
amari saporis etc. textus.
Omne liquidum aquosum
non habens saporem mani-
festum et equalis et tempe-
rate complexionis etc. Concor-
dati sunt quod habens saporem ma-
nifestum sit inequalis complexionis

Pharum ergo contenti sumus cum
quod diximus de sapore manifesto
et hinc ipsum sequitur noticia quod
non habens saporem sit equa-
lis et temperate complexionis.
Omnis sapor anticus et a-
cetosus frigidi sunt et sicci nec
non et omnis stipticus. Hoc
est quoniam opinatum est quod sapor pon-
ticus et stipticus generetur ex
substantia terrea frigida scilicet subtili et
grossa et acetosus ex substantia terrea
frigida scilicet subtili et terrea.
Omne habens dominium pin-
guedinis et unctuositatis est
calidum et humidum et pure
insipidum est frigidum et
humidum. Omne unctuosum
est propterea calidum et humidum
et hoc quoniam unctuosum secundum medi-
cos est compositum ex substantia aerea.
Aer autem est calidum et humidum.
sic ergo sunt in generali sapores
quorum hic premisit rememorationem.
Et insipidum carens omni sapore
dicatur nonus medicine. aut sunt
opiniones legum scilicet quod cause sapo-
rum sunt subtilitas substantie et
grossitudo et mediocritas inter
ipsa. Dicemus ergo quod nisi grossities
excedat vincitur frigiditate causabitur
sapor ponticus. sed cum grossities
excedat in caliditate amarus. Si vero
grossities sit equalis erit dulcis.
Cum autem substantia erit subtilis aut
vincetur frigiditate erit sapor a-
cetosus. aut vincetur caliditate et
erit acutus ad grossitudinem
et subtilitatem. aut hec substantia
subtilis erit equalis inter ca-
liditatem et frigiditatem et
causabitur sapor unctuosus. Cum
autem substantia fecerit saporem erit
mediocris inter grossam et sub-
tilem. aut tunc vincetur cali-
ditate et generatur sapor salsus
aut vincetur frigiditate et gene-
rabitur et erit stipticus. aut
substantia mediocris est equalis in-
ter caliditatem et frigiditatem. et
generabitur sapor insipidus. Vi-
detur tamen quod referatur ad grossiti-
em et subtilitatem procedens
quoniam causa cuiusque generabilis
et corruptibilis sunt quatuor
qualitates vere et quod sapor dul-
cis et amarus sit tenuis duo

extrema contraria inter istos sapores
ab istis sicut medii inter album et
nigrum. Est etiam sciendum quod significatio
sumpta ex odore est debilior quam
sit sumpta ex sapore. Quamvis o-
dor significet, ut plurimum in saporem
conveniunt autem significatio sumpta ex odore
debilior. Quia pars super qua
dominatur odor in medicina non
extenditur semper per eam totam
sed in quadam parte eius existit.
Sapor vero dispergitur et exivit
per totum saporabile sit. Odor
quidem aromaticorum significat caliditatem
in generali paucis exceptis ex quibus
manifeste sunt res a mixta nemi-
far et viole quorum ipse rememo-
rationem faciet mater. Et proculdubio
dubio signum sumptum ex colore
est debilius in significando super
complexione medicine. Cum unus
et idem color sequitur semper
ad caliditatem et frigiditatem. Cuius
exemplum color niger quandoque ex ca-
liditate generatur et etiam quandoque
ex frigiditate. Accipitur tamen
signum a colore super diversis
speciebus unius et eiusdem rei. Cuius
exemplum est quoniam vinum rubeum
est calidius vino citrino. et citri-
num calidius albo. Iam autem
dixit de modo accendendi signum
super complexionem medicine ex
sui celeri et cita immutatione et
conversione ad ignem est necessa-
ria et cito dirigitur. Et proculdubio
posuit seu ex dictione aliud di-
dicit quod sit subtilis quoniam huius
dominium viscose unctuositatis
quod arabes lazg. nominant re-
vertitur celeriter ad calorem
naturalem et per constantiam adduxit
ex conditione non spongiosa quoniam
accendo festinatur et inflammatur
ex igne. non tamen celeriter convertitur
ad calorem. Et proculdubio cum
sint duo corpora equalis subtili-
tatis: quod quidem ex eis citius
coagulatur est frigidius in com-
plexione. Si tamen esset diversa in
subtilitate non esset conveniens
vel necessarium. Hii ergo sunt mo-
di manifesti per quos potest cogno-
sci complexio medicine per mo-
dum illum. Abeluit tamen est
et tutius iuvari in hoc negocio
experimento quoniam ieiuni et potissime

me quoniam pluries reperitur aliquid
in medicina ex forma ipsarum
resultante vel resultans ex pre-
dictis quantitatibus qualitatum in
mixtione. Volo dicere ex proportione
existente inter quosdam ex eis per
comparationem et formam generatam
in illo ente ex proportione quantita-
tum quandam qualitatem acqui-
sita in eodem ente. Hec autem opera-
tio composita est proportio existens inter
ambas formas nominatur thesau-
rus. Invenit translatione constat
quod in latine dicitur proprietas. G. autem
nominat eam operationem medi-
cine ex totalitate sue substantie pro-
cedente. Est autem verum quod impossibile
est cognoscere proprietates per medium
sillogisticum nisi sciremus quan-
titates proprias elementorum in quolibet
ente. Et nisi etiam sciremus
compositum a qualibet proportione ge-
nerata in quolibet ente scilicet secundum
quantitates elementorum in eis existentium.
Hoc autem nobis est etiam ignotum
nec est possibile invenire. Est enim
indeterminatum nisi sit infinitum et sine
carens. Hec ergo causa est proprietas et
est incognita nobis ignota in
quolibet ente cum careat fine
intellectus aut sui actus quoniam
libere non potest invenire quod careat fi-
ne. Sic ergo debet intelligi negamus
in proprietatibus. Nos autem sumus
appropinquantur multi ex fatuis
et fantasticis fatue loquentes
et in naturalibus laborantes ad
sciendum causam specialem proprietatum.
Verum quia medicine necantes
et venenose plurimum ex operibus
quas efficiunt habent a proprietatibus
et ob hoc quidem experimentum in me-
dicinis periculosum est. Pro quan-
to deceret medicum esse contentum
medicinis notis suo tempore super
quas testificati sunt omnes et non
dubitantes ex eis. Cum reperi-
untur quedam ex rebus quibusdam
calidiores in se et nichilominus
per relationem ad corporis humani
erit calidior. Cuius exemplum
est oleum novum et vetus sive
antiquum. Nam oleum novum in sua
complexione est calidius quam vetus
et antiquum. Vetus enim oleum
est potens calefacere amplius
corpus hominis. Cuius tibi ratio

procul dubio et mutavit ex totalitate
sue substantie Et proinde est intoxica-
mentum et idem cibus alicui animali
et medicina aliud ab ipso sicut ele-
mentum quod est cibus quorumdam animalium
et medicina necans homines et sicut
napellus fertur esse cibus porcorum
et est manifesta medicina necans
hominem Propterea ergo delicate
sunt radices huius cum redibimus
ad id in quo eramus prius

Animal remedium complexionum etatibus

Animal per complexiones diversi-
ficatur in etatibus erit tamen
sermo in homine solum Com-
plexio in qualibet specie animalium
diversificatur in qualibet etate Est
enim diversa nimium per relaxationem
ad exeuntem in alia Ipse autem
innuit nunc sermonem super complexiones
etatum hominis solum.

Calor puerorum approximat
calori iuvenum in complexione
Calor puerorum et iuvenum sunt
in qualitate propinqui et in quantita-
te Iuvenes tamen calores
declinant versus siccitatem
Puer vero est dives humidita-
tis sensibilis Voluit dicere
quod differentia que est inter ambos
predictos est quod calor iuvenum
est siccior calore puerorum. calor
vero puerorum velatur humiditate
et ob hoc calor iuvenum reperitur
secundum tactum siccior et acutior calo-
re puerorum Proinde opinati
sunt quod plures iuvenes sunt ca-
lidiores non tamen est ista ymo
quia calor puerorum est velatus
a corpore ipsorum aut est ma-
ior et potior aut saltem equa-
lis calori iuvenum Nam puero-
rum dignitas est fortior Virtus autem
augmentativa reperitur in iuvenibus
sicut in pueris Unde G. com-
paravit et assimilavit calorem iu-
venum et puerorum unum et eidem
calori Si tamen ymaginarentur
ipsum in aliqua et aere existente Na
existente in aere equaliter fortio-
rem Antiqui autem certaverunt
et contenderunt super hanc questionem
hec est tamen ita quod G. mea intel-
lexit

Senectus autem frigida et
non ponderabis ipsam est si-
cut ipsa decrepitus et adhuc
est etiam amplius in comple-
xione sicut et cum ex eis est siccitas
manifesta existit nihilominus
et frigiditas in humoribus
Decrepiti Cuilibet ex ambobus
predictis senex et decrepitus
est frigide complexionis. decrepi-
tus tamen frigidioris. et quilibet
est sicce complexionis. sed in decre-
pitis augmentatur humiditas accidentalis

In masculis existit calididitas
et siccitas in feminis frigi-
ditas et humiditas Posuerunt
complexionem masculorum relatam ad
complexionem feminarum esse ca. et
sic. et complexionem feminarum frig.
et humidam Per complexionem ad com-
plexionem masculorum Firmatus sit
super hoc ex operibus et motibus
predictorum considerando tamen simpliciter
ab eo quod est propter se ex menstru-
is est homini possibile. hec enim si-
gnat multitudinem superfluitatum
in sanguine ipsarum collectarum
quarum collectio signat super fri-
giditatem et humiditatem comple-
xionis earum Debet autem medicus
scire et cognoscere mas. et fe. com-
plexionem tempore egritudinis ambo-
rum quantitates elongationum quibus
ex eis alicorum complexione naturali ut
ut scit qualiter conservet in eis
qualitatem scilicet sanitate et remove-
at egritudinem eorum quod fere
erit remedicationem specierum com-
plexionum Accedit nunc ad facien-
dum remedicationem signorum
super questiones signantium Scientia
naturalis complexionis dividitur in hac
arte in has duas scientias scilicet
in scientiam specierum complexionum et scien-
tiam signorum super quibus ex specie-
bus et diversificationibus ex hoc autem sunt
quedam universalia et sunt illa
que super complexione corporum sunt
signa. et quedam sunt specialia
et propria que scilicet signant super com-
plexione singulis ex membris eius
Ipse autem non facit hic reme-
morationem nisi signorum universa-
lium exceptis illis que habent
questiones communes denotare signa
autem quedam ex talibus sumuntur
scilicet ab habitudine corporis et
colore et capillis Remedium signorum
complexionum absque remedio

Frigiditas simplicium ab egritudine
et tenerositas donatur in questione

pinguis et laudabilis complexionis. Pinguedo enim efficitur ex residuo superfluitatum sibi et nutrimenti. Paucitas autem pinguedinis in animali signat eius malam dispositionem ipsius. Nam paucitas residui ex nutrimento contingit ex dominio caliditatis et siccitatis existentium in membris digerentibus aut ex paucitate et diminutione cibi illius animalis laudabilis. Multa vero pinguedo corporis signat superfluam frigiditatem et humiditatem membrorum in cibo et nutrimentis augentium. Hoc autem contingit ex complexione frigiditatis membrorum naturali aut accidentali aut ex multitudine ciborum et pinguium pinguinis et brevius vite suscipiens de facili corruptionem. Equalis autem inter maciem et pinguedinem est bone et laudabilis complexionis. Unde talis habitudo corporis signat spiritualitatem membrorum ipsius agentium in cibo digerendo ipsum.

Habitudo corporis macra et extenuata signat complexionem ipsius esse siccam et patet. Homines quorum vene ex ipsorum corpore sunt late sunt calide. Vene que sunt late et radice congregationis et creationis sunt calidum. Causa autem latitudinis venarum est caliditas. Sicut causa stricture earum est frigiditas. Nam sicut frigiditas de natura sua aggregat et constringit, sic caliditas ex sui natura dilatat et extendit.

Quilibet autem habens contrariam dispositionem earum hoc est propter maliciam frigiditatis. Quamvis enim contrarias venas id est strictas habere ratione frigiditatis a principio generationis, dum talis strictura non contingit ratione pinguedinis et ex superflua comestione congregate.

Gradus quidem corporis equalis et iusti tendit inter omnes

Remanet signorum a colore corporis sumptorum et primo de sumptis a colore carnis

Non sumas inter cetera signa a coloribus si contingit eorum immutatio ratione regionis. Si clima aut regio fuerit causa immutationis coloris non cognoscibitur complexionem ipsarum

Tunc enim esset mediatum ab extrinseco sumptum sicut contingit in terra nigrorum et sclavorum. Nam clima et terra calida denigrat colores et frigida dealbat et similiter de pilis. Quia in regionibus calidis efficiuntur crispi et globosi, sed in frigidis in ultimo planiores.

Caliditas immutat et cutat adeo corpora in colore in regione ethiopum et nigrorum quod nigredo cooperuit universaliter corpora ipsorum. Habitantes vero in sclavia tantam adepti sunt albedinem quod efficit et redegit eorum corpora nitentes rutilantes et candentes. Hoc contingit ratione tristitiis et revolutionis solis super caput ipsorum. Ille vero sed causa frigiditatis est remote distantie et elongationis solis ac a capitibus ipsorum. Si determines septem climata sunt septem complexionum. Si sunt determinare septem climata et novis quorum singulis ex eis sunt quorum ex primo que a coloribus assumitur. Quartum ex eis est iustum et equale in quo color sequitur proportionem et patet in equali climate.

Fuscus croceus id est rubea sive obscurus brunus id est nigra. Corpus est rubeum ex dominio sanguinis et album in colore sicut ... ex flatico humore et pituita. Complexio habens colorem mixtum ex albo et rubeum secundum estimationem est equalis et temperata. Quia non dominatur aliquis humor super alios et quod sunt in eo equaliter secundum proportionem naturalem. Et hec complexio equalis quia prius diffinitur.

Albus capillus est frigide complexionis sed capillus niger est calide complexionis et hoc in equali climate. Cuius complexio est diminute frigiditatis habet capillos flavos aureos. Et cuius complexio est diminute caliditatis habet capillos rubeos. Flavedo enim signat super complexionem diminute frigiditatis et rubedo capillorum sit super complexionem minoris caliditatis quam sit que habet capillum nigrum et hoc est verum. Nam rubedo est propinqua et affinis nigredini et flavitas albedini. Color capillorum

habent colorem equalem et temperatum est aureus ex flavo et rubeo mixtus et compositus. Rememoratio signorum causarum localium oculi symptomatum

Si vero locus humiditatis glacialis et albuginee fuerit purum parum et parve quantitatis et exterius localiter prominens quare lux seu splendor fuerit in spera pura chorruscans et candens efficitur inde quod oculorum color glaucus et ex causis contrariis contingit nigredo vel magis antimonialis sub nigro sicut antimonium. Quia grandinea est quedam humiditas in oculo existens que grandini assimilatur in qua quidem humiditate visus existit primo ut dicit G. Secundum albuginea est alia humiditas que ante predictam humiditatem in oculo existit. Oculus enim ex tribus humiditatibus et iiij or tunicis est compositus. Dicamus ergo quod si corpus grandinee humiditatis et albuginee fuerit parum purum et vehementer lucidum et splendidum et cum hoc exterius localiter prominens quod talis oculus erit glaucus scilicet albo propinquus. Et si eis contraria attingit erit oculus antimonialis cuius color propinquus est nigro. Et si dicitur quod esset tunc humiditas albuginea excedens quantitate et grandinea in profundo posita circumscripta luce valde splendente. Et aut dixit puritate grandinee humiditatis unam ex causis glaucedinis. hic quidem notum est ex dictis medicorum quorum sermo vertitur super hoc scilicet quod glaucedo contingit ratione humiditatis albuginee aut glacialis aut grandinee aut utriusque simul. Contingit aut ab humiditate albuginea duabus de causis scilicet sui puritate vel multitudine aut ambabus simul. Sed ex humiditate grandinea contingit ultra tres causas aut duabus ex eis aut omnibus simul scilicet aut sui puritate aut sui paucitate aut sui eminentia ad exteriora. Cum enim hee v causae in eodem oculo uniuntur est ultimata glaucedo. cum autem contraria aggregantur est ultimata antimonialitas.

Si cause glaucedinis complectantur cum causis antimonialitatis fiet sola varietas. Intellexit enim dixit: Si complexantur cause glaucedinis cum causis antimonialitatis quod ponatur causas predictorum in tali mediocres et remisse sic est quod sit in eo mediocriter excedentes et diminutas et quod grandinea sit mediocris in situ scilicet non profunda nimis nec exterius eminens et etiam quod sit mediocris lucis et splendoris et talis dispositio oculi signat supra equalem et temperatam complexionem sicut etiam nigredo oculi signat supra ipsam calidam complexionem et glaucedo signat in generali ut plurimum super frigidam complexionem ipsius oculi et ob hoc dominatur glaucedo in hominibus frigidarum regionum quemadmodum reperitur in hominibus calidarum regionum. Unde arabes vituperantur abhorrent glaucedinem.

Si fuerit spiritus visibilis purus fiat obscuritas. Si vero turbulentus attinget inde splendor et luciditas. Una quidem ex causis obscuritatis est paucitas spiritus visibilis et causa luciditatis est multitudo spiritus. hec tamen nescio ex sermonibus G. hec ergo sunt que retulit de complexionibus. Nunc sunt dimittenda rememoratione de complexionibus ipsorum membrorum et etiam de signis super complexionem ipsorum significantibus dicere ante sermonem super quodlibet ex eis perficeret esset nimis longum propter quod sermo meus erit in eis generalis. Dico ergo quod quedam ex membris sunt consimilia in partibus suis et quedam organica vel instrumentalia et ex consimilibus quedam sunt frigida et sicca complexione ut sunt nervi corde et ligamenta cartilagines et ossa et quedam sunt calida et humida sicut vene non pulsatiles et pulsatiles que sunt radices et principia membrorum organicorum et instrumentalium scilicet cor cerebrum et epar ex quibus cerebrum est frigide et humide complexionis et assumitur aut signo super complexionem propriam cuilibet existentem ab operationibus propriis ut plurimum et hoc quoniam cum sint due operationes

calidum fortes intense fit super caliditatem et sic generatum ipsorum. Cum uero sunt remisse et diminute fit feiterum eorum. Si uero sunt in hoc medie fit generatum super equalitatem generatum eorum. Rememoratio tue ex rebus naturalibus quod sunt humores

Corpus est generatum ex humoribus variis et diversis in colore et generatione scilicet ex flegmate et sanguine et colera nigra. Corpus animalis fertur compositum esse ex humoribus diversis in generatione et colore et sunt quatuor scilicet sanguis et cetera. Et hoc quidem est verum secundum Cbet y. Ipsi enim opinati sunt quod aqua ignis terra et aer sunt elementa longinqua et remota corpori hominis et quod predicti quatuor humores sunt ei elementa propinqua asserentes etiam colera nigra assimilari et proportionari terre et colera rubea igni et flegma aque et sanguinem aeri. Plures tamen medicorum obviant eis in hoc dicentes quod materia appropinquans homini ex qua ipse generatur corpusque eius est sanguis et quod alii tres humores sunt reliquie et superfluitates ipsius sanguinis qui scilicet sequestrantur et separantur ab eo per digestionem eius. Hoc autem patet clari ex dictis G. Si intelligatur quod ipse dixit in de virtutibus naturalibus in de natura humana. Ipse enim dixit quod colera rubea est in sanguine sicut spuma in musto bulliente. Et colera nigra sicut tartarum. Si ergo sic est erit ergo in sanguine reliquie in potentia. Ergo erit in sanguine reliquie in potentia. Elementa vero etiam reperiuntur in potentia in composito. Et ipse opinatus est ex hoc sermone quod sequitur inde quod humores sunt elementa corporum. Hic tamen sillogismus non concludit ex duabus affirmativis in secunda figura sicut patet per speculativa in suo libro priorum.

Flegma naturale est insipidum et frigiditatis temperate. Quinque sunt species flegmatis ex quibus una vocatur flegma naturale et tale caret sapore et est temperate seu remisse frigiditatis.

Ex eo etiam quod vocatur vitreum nomine est autem grossum et frigide complexionis. Ex eo est species alia fere generis et grosse substantie et nominatur vitreum ex eo quod vitro fuso et liquido similetur. Ex eo est alterum flegma dulce quod si quidem non absolvitur omnino a calore. Et species salsus secundum modicum caloris quod inde opinantur esse quoniam in eo ex dulcedine reperitur et hoc flegma plus aliis naturalibus appropinquat. Rursus ex eo est quod vocatur salsum et hoc videtur versus caliditatem et siccitatem declinare. Tercia species ex eo est illud quod reperitur salsum in sapore nunquam quo ad caliditatem et siccitatem declinat.

Ex eo est quod acetosum tamen corrumpitur cibus in stomacho. Ex eo est quarta species et est acetosi saporis et frigide complexionis. Quod si quidem generatur in stomacho cum cibus in eo remanet fetidus corruptus.

Ex colera sunt varii colores et quedam ex ea notatur fumosa. Volunt dicere quod ex colera sunt diverse species ex quibus quedam dicitur fumosa. Asseritur autem ipsum per hanc speciem intellexisse humorem ex quo generatur eructus fumosus in stomacho. Non tamen vidi rememorationem eius huius speciei in libris.

Ex eo etiam est mediocris similis viridi eris et porro et ille quidem sunt magne malitie. Hee due species sunt manifeste quarum generatio fit in stomacho. Generatur autem ex forti et valida adustione et ob hoc sunt perniciose super generationem vivente significantes et maxime illa que viridis dicitur.

Est etiam alia species a predictis que vitellina dicitur nec est perniciose virtutis et potestatis. Hec species similatur vitello ovi et opinatur quidam medicorum quod propter grossitiem contingat ratione caliditatis mixte et adherentis flatus. Unde videtur sic esse minoris caliditatis quam sit species colere naturalis et rubee que dum in cistis fellis existit et generatur. Veritatis inquit ipsum non esse per eius virtutis hoc est quod qualitas eius non est mala. Et ideo non est hec de opinione Romani. Ex hiis fuit quidem opinantes grossitiem eius ex calore extraneo superdominante et eius humiditatem desiccante

et confirmete Quod quidem ex sermo
nibus G. intelligitur in libro suo de vir
tutibus naturalibus et secundum hoc esset tunc
mala et tamen est fortis et vrentis
caliditatis et haly benrazoan intel
dit per hanc viam
Alia species ex ea est cuius ha
bitatio est in cysti fellis et omnes
quidem declinant et vergunt ad
caliditatem hec species naturalis
est nec fecit mentionem ma de species
inter species ipsius manifestas
et est citrina sicut fecit mentionem
cuiusdam speciei ipsius ignote quam
fumosam appellauit etc
Origo et augmentum sanguinis
est ab epate et transit inde per
venas eius ad totum corpus
et ad omnia membra que inde
nutriuntur Ex eo etiam est san
guis quem continet cor. san
guis autem est calide et humide
qualitatis seu complexionis Secunda
species sanguinis est illius cuius de
coctio fit in corde et delegat ipsum
per venas pulsatiles ad omnia cor
poris membra viuificans et ha
bituans ipsa calore et nutrimento
et quelibet ex ambabus hijs specie
bus est calide et humide complexionis
ille tamen qui est in corde est calidior
Ortus colere nigre est in ... et scoror
splene. nec est falsa opinio ista
licet quod dixerat sit maritum. Se
enim secundum anathomiam quod inter epar et sple
nem est colligantia cum quo propter
hoc digessit sanguinem in eo existentem
mundificat ipsum a fece ipsius terrea
et nigra et delegat ipsam splem
splen enim attrahit ad se ipsum ra
tione conuenientie quam habet sicut
attrahit etiam cystis fellis coleram rubeam
Turbulentia sanguinis est na
turalis. quelibet autem ab istis est
innaturalis Colera nigra seu me
lancolia est ipsa turbulentia sanguinis
seu fex ipsius sanguinis. Alie uero spe
cies colere nigre composita sunt omnes
Que procul dubio generantur males
generantur ex commixtione et adusti
one aliorum humorum Pro
culdubio species males inde gene
rantur ex commixtione naturalis cum
alijs humoribus aut ex adustione
colere nigre aut flaue aut colere rubee aut
sanguinis Et species quedam colere nigre
innaturalis note et manifeste sunt

z. s. illa que generatur ex colera ni
gra ex adustione naturalis. et hec quidem
est alijs fortior et magis principalis
Secunda uero generatur ex adustione colere nigre
sed tertia ex adustione flaue Non
tamen est longinquum et impossibile generari
generantur alie species ex adustione
sanguinis necnon generantur generari
plures species alie ex diuersa commixti
one ipsarum ad inuicem clare manifeste
sunt et note species eius sicut tres
predicte De membris principalibus et primo de epate
Principia et radices corpo
ris sunt .iiii.or Alie autem
ab istis sunt velut rami hec
est autem quarta species sicut dixit in
qua referuntur membra corporis
hominis simplicia et composita et
sunt illa que continent colligunt
in libro cuius textus qui est seu intitu
latur de anathomia membrorum. hic tamen
non retulit ex eis nisi solum prin
cipia et radices Hij termini regimi
sunt velut meditationes in hac ar
te Incipit ergo quod quatuor sunt
radices membrorum corporis et alia
ab hijs ministrantur alicuius seruit
famulantur eisdem
Unum ex eis est epar et ipsum
quidem prestat cibum et nutrimentum
in corpore Primum ex ipsis est epar
et ipsum quidem prestat nutrimentum cor
poris seu in corpore. i. digerit sanguinem
ex quo omnia membra corporis nu
triuntur et procul dubio organa depu
tata circa nutrimentum corporis Sunt
autem meri stomachus et intestina necnon
epar splen et cystis fellis et renes
meri est autem principium oris super cibum
et nutrimentum corporis Ratio meri
est attractio et glutitio cibi quam ab
ore comedit et masticat et impul
sio eius ad stomachum. et ob hoc fi
eri in eo posita corpora quedam
quibus conueniens attractio et impul
sio exercetur et sunt illa que a me
dicis villi nominantur Actio autem
stomachi super cibum est continere
et digestio ipsius circumdando se se
ipsum efficit ut mollificet ad suscep
tionem actionis epatis Actio
epatis intestinorum superiorum et
gracilium intestinorum est gradualis
et successiua receptio cibi egredien
tis a stomacho et effunditur tamen secundum G.
ut cibi moreretur in quibus ex eis
dum epar attraxit alicuius medianti

vomis int' ipm et ipa intestina
gnitibus quicquid nichilo fuit
aptum ad digerendu ab ipso e
pate et quod superest ut fex duca
grossa expellunt quemet intesti
na usque ad ultimum intestinum et
sic pius qz epar attrapit sibi ne
cessariu Deinde autem epar pre
dictu sucu ad se tractu digerit
et in sanguinem gutit confluente
epat ab ipso sangine ipsius tur
bulentia et fecem prestasiua et
tamen ad splenem impellit. hec
aut turbulentia e colera nigra
seu mlia sequestrata mlia na
li a sanguine Deinde colera ulta
cum sanguis exit ab epate se
strat flegma Deinde urina de
pit aut ab eo eius ptem fumosa
qua etia ad cistim fellis impellit
et destinat hec aut totum in
concavitate epatis fit prea s'ptre
qua thus attrahit bonu ad se
et tunc epat ab ea ptem aquosa
et hec fit cum s'iam sanguis eg
ditur ab epate et fusit ad alia
membra corpori aquositate
autem impellit et delegat ad
ipsos renes mittit restanu aq
sitat precedite ad vesicam et col
ligitur ibi inde deinceps egre
diatur fuerit aut io multa
intestina et plura ne cibus egre
diatur ab eis qz epar attraxerit
ab eo quitu debet Non fertur q
alia pluracio intestinor ortiue
commedunt et egerunt quod con
venit mag homini ut sint eius
intestina multa hec est ergo
collacio et suma actom in mebror
nutricionis in cibo et nutrimeto cor
poris De Corde capm

Cor alit corpus vita et ni
si ipsum esset corpus assimi
laretur plante hec est vera et
opinio medicoru. Ipsi enim opi
nant tres esse virtutes principa
les sz ntalem. cuius situm ponunt
in epate. et vitalem quam ferunt
in corpore situari et vim regitativ
ad generatam et sensituaz et
secundum locum motiva componunt
esse in cerebro. et hec sunt inte
no yeu. pla. Gal. que sequimi
intentio est fla et errones in
dicts Primo est quod clarum et
patefactum est nam nisi virtute vna

agentem in nutrimento corporis
dicit quandiu existit et perueniat
in animali tam diu et animal
vivit. et qn recto aufferta ab ipso
moritur In hac aut virtute
conveniunt plante cum alalibus
et ob hoc planta dicitur interdu vi
vens non tamen pt dici animal
Virtus aut qua aial excedit
plantas est virtus sensitiva Si
ergo sit ut constat q aial habe
virtutem sensitiue et maxime in
sensitiuis invente et repte mo
tus alalibus. qualis est tactus
et procul dubio medici opinati vir
tutem vitalem aliam esse et sen
sitiuaz et nutritiua. et quia
situs eius sit in corde et hec qua
motus pulsus exit specialiter
in corde super cetera membra
corporis hic tamen motus est co
positus ex dilatatione et constri
ctione sive ex attractione et im
pulsione. ergo et virtus ista est att
tiva et expulsiva Primo aut
q virtus attrahens et expellens
sunt de nuo virtutu animalium
in nutrimento corporis agen
ciu et deservientiu in hic etiam
omnes medici conveniunt Si igitur
sic est virtus pulsativa existens
in corpore est virtus naturalis
et nutritiva nam aut solum vi
talis Quod aut error est quod
ipsi posuerunt virtutem sensitiuaz
et naturale in nutrimeto corporis
agentem in diversis membris
cum tamen procul dubio sint simul
in vno et eodem membro s' in cor
de sicut q docuerunt plus in hic
et in testimonium radicis natu
ralis. non tamen est hic locutus
inducere super hic demonstraciones
necessarias Primo q illud est p
babilius et magis consonum hic
est quod certum est q non reperitur
sensus nisi in membro quod
nutritur. aliter si reperitur in
membris non nutritis esset a
ial non nutritum et sine nutri
mento quod tamen falsum est et impossibile
Si ergo sic est ergo membrum in
quo est situs primus virtutis nu
tritiue est membrum principale
sequitur ratio q habeat prin
cipatum super id in quo est situs
virtutis sensitiue Notandum est

autem ex anathomia membrorum quod cor est fons caloris in corpore existentis et quod ab ipso distribuitur et multiplicatur per cetera membra corporis. Est etiam notum in scientia naturali quod calor productivus est spiritus anime ex quo necessario sequitur quod anima sensitiva et nutritiva sit in illo membro in quo est calor.

Ab inde calor predictus est qui inest corpori sicut elementum quod transire facit per ipsum abzaka vena prima sinistre auricule cordis.

Calor existens in corpore est radix caloris corporis quem transire facit ad totum corpus per venas quia vene abzaradice et ramificantur quia quedam vena immediate ab ipso pullulat et egreditur et propter hoc illud membrum infrigidatur in morte.

Cor autem existit in corpore velut chimina et calor naturalis sicut incendium in chimino ex quo patet quod virtus regitiva corporis inprimita ipsius sit in corde. Hoc quoniam ipsum cor est in corpore sicut diximus ut chimina et calor naturalis existens in eo sicut incendium in ipso chimino. Et anima est sicut chimenarius et quadmodum chimenarius stat et moratur prope incendium quatinus regat ipsum sicut decet, sic etiam decet quod anima agens in calorem existentem in corde sit existat etiam in corde. Nam est quamvis unus(?) Sed aut plures et diverse virtutes in multis et diversis membris existentes est unum tamen multa alia.

Item quod cerebrum cum nervis et filo nuche custodit et preservat ignem et calorem cordis ab inflammatione. Quamvis hoc cerebrum est quod ipse retulit hoc est secundum viam et opinionem Aristotelis non autem secundum opinionem Galieni. Contrarius enim est Aristoteles in hoc quod principium sensus et motus sit in corde et quod cerebrum sit algeniens deserviens et equans calorem eius. Hoc est quod frigiditas cerebri debet equare et temperare calorem cordis ita quod virtus sensitiva possit attingere sensata sua. Ipsi enim attingunt et recipit

ea cum calore temperato. Si enim esset vehementer calidus tunc rem calidam attingere seu prope non posset. Nullum enim ens indurat et recipit sibi simile sed contrarium sibi diversum. Hoc autem totum est ex dictis naturalibus de quo medici parum curant. Unde dicunt naturales predicant verba ista. Est autem notum quod cerebrum est principium sensus et motus ex actione ipsius sive sit principium primum sicut Galienus intellexit sive secundum post cor sicut intellexit Aristoteles. Est autem notum quod a cerebro et nucha oriuntur nervi sensitivi et motivi. Nucha autem est corpus quoddam egrediens a parte posteriori capitis incidens per ossa spine dorsi perforata usque ad extremitatem ipsius dorsi. Egreditur autem a iunctura quarundam duorum ossium perforatorum. Duo quidem nervi quorum unus incedit a sinistris et alter a dextris excepto ultimo osse hoc perforato a quo solus nervus egreditur. Sunt autem predicta ossa 24. Unus ex illis autem venit motus ad manus et ad pedes. Ab inferiori autem parte cerebri egreditur secundum partem priora nucharum. Et sunt illi qui prebent sensum et motum soli. Et quod intus existit non etiam pectori et organis anhelitus pertinet.

De testiculis et nervis inmemis et lacertis ex quibus est motus virtutis. Sed testiculi sunt organa generationis etc.

Ex nervis quidem est motus virtutis. Nam motus ex territorio corporalis in summa perficitur scilicet ex nervis et lacertis ad quos nervi perveniunt et attingunt et corda egredientes a lacerto est colligata cum extremitate membri moti per ipsam. Membrum autem quo aliquid movere precipitur seu primum instrumentum movere precipitur est lacertus et est corpus ex parvis carne et nervis compositum quod dilatatur et constringitur. Ex cuius constrictione sequitur tempus et dilatatio corde egredientes ab extremitate eius et quamvis extremitate predicti membri moti per ipsam et trahitur membrum versus partem in qua lacertus tempus

existit et si tendatur lacertus ex-
istens ab alia parte membri, de-
clinabit membrum versus partem
illam. Si non tendantur et spa-
smentur ambo lacerti moventes
membrum ex duobus lateribus eius di-
versis et contrariis stabit membrum
illud tensum et directum. Cuius exem-
plum est quoniam spasmatur lacertus
movens brachium qui existit in
parte extrinseca ipsius constringitur
tunc brachium versus corpus. Cum
autem spasmatur lacertus extrinsecus e-
longatur brachium a corpore. Sed
cum spasmantur pariter duo lacerti
existentes eius lateribus contrariis
remanet membrum erectum et tensum.
Constat autem notum quod omnis motus in
corpore repertus existit in lacertis.
Existit tamen in lacerto motus non ve-
nit ad ipsum spiritus animalis per nervum
qui ad ipsum delegatur. Et ideo
aufferetur motus lacerti cum in-
ciditur nervus veniens ad ipsum et
sunt secundum opinionem Gal. 7. 2.
lacerti in uno. Galienus autem dixit
quod testiculi sunt organa generationis
hec quippe dixit secundum viam et opi-
nionem G. qui opinatus est prin-
cipium virtutis generative esse in hiis
membris. Verum secundum Aristotilem
cor est principium eius et membrum
predictum est organum deserviens
ei in hoc et inducit super hoc
probationem seu testimonium ex bove
castrato quem ipse vidit qui post-
quam castratus fuit conductum contra
dam fecit et eam impregnavit.

Et ex generatione eorum
conservatur species in quorum ter-
minatione fieret terminatio et
abscisio specierum et iuvamentum
ex hoc membro intentum est ge-
nerare generatum per eam species
conservetur. Ipsi enim negant fa-
cere permanentiam continuam secundum exi-
stentiam in hoc homine. Possunt
ergo eam per quod fit ex eis con-
tinua permanentia in eis sibi pos-
sibilis. Intelligat autem quod dixit
in quorum terminatione fiet absci-
sio quod nisi fuisset generatio iam
species forent terminate et abscise
et non virtute generativa conservantur.

De carne pinguedine et glandulis

Caro et pinguedo et species
glandularum sunt tanquam
famulantes predictis. Caro et
pinguedo et species glandularum
fuerunt posita in corpore tanquam
famulantia predictis membris prin-
cipalibus et capitalibus. Hoc enim de
eis intellexit et sunt quedam iu-
vamenta carnis ipse secundum G. ad
hoc ut ipsa esset velut scutum et te-
gumentum membrorum principalium
et similiter de pinguedine est sentiendum.
Unum carnes glandulose sunt adhuc
ut sint emunctoria superfluitatum
ex eis aut sunt quedam conferentes ad
generationem humiditatum sicut caro glan-
dularum more existentium que con-
sistit ad generationem salive et exi-
stentium in testiculis ad generationem
spermatis. Aristoteles enim intelle-
xit quod caro sit organum sensus
tactus et hoc quod est membrum primum
et omni animali innatum.

De ossibus panniculis et ligamentis

Ossa autem et panniculi et ligamen-
ta sunt velut columpne et
fundamentum corporis. Pan-
niculi et tunice velant et cooperiunt
sicut membra corporis. Ligamenta
autem colligunt et nectunt quedam
ex membris corporis cum quibus-
dam. In ossibus autem fuit intentio
quod essent columpne et palacia cor-
poris. Sed in panniculis et liga-
mentis fuit intentio ut corpus
contegeret et conservaret. Con-
servant enim ligamenta continuitatem
nervorum vel membrorum et panniculi
et tunice tegunt et conservant me-
mbra sua sicut facit panniculus et
tunica cordis et cerebri et epatis
et aliorum ab eis panniculos et
tunicas habentium.

Hec omnia sunt famulantia
que perficiunt statum et figu-
ram per radices. Hec omnia
membra fuerunt coniuncta ut per-
ficeretur ex eis status et figura
et ideo fuerunt facta famulan-
tia radicalibus membrorum.

De unguibus

Ungues autem fuerunt in ex-
tremitatibus propter auxilium. Sed
pili fuerunt propter superfluita-
tes vel ornamentum.
Iuvamentum unguium in digitis
est ad adiuvandum eos ita ut
non capiant aliquid quod capiant
id firmiter. Sunt enim sustentamen-
tum carnis in extremitatibus digitorum.

extremis intrin ut rem quam capiunt
bene constringere possint et for
titer capere. Iuvamentum autem to
nus mane sunt ad capiendum et ca
piendi. eius enim figura conveniens
est ad capiendum et faciendum omne
organum cuiusque officii et artis et
dicitur organum intellectui deputatum
et ideo cuius manus est subtilis pen
sus signat bonitatem eius intel
lectus. Et cum dixit vel pili
sunt propter superfluitatem vel ornamen
tum. intellexit pilum esse in corpo
re propter unum ex duobus s. ad tollen
dam superfluitatem illius membri
cuius est pilus ne ledant ipsum
sicut pili ascellarum et pectinis aut
propter ornamentum sicut pilus palpe
brarum superciliorum et cum hec etiam
ut intendat protectio membri illius
sicut capilli capitum in quibus
huius fumositates fiunt cerebri etc.

De tribus spiritibus seminibus
naturalis efficitur ex
fumo seu vapore laudabili
puro et mundo. Spiritus divi
ditur in tres species naturales ex
quibus est una species naturalis et
est illa que ex vapore puro et
mundo generatur s. ex sanguine vaporosa
Est autem sicut hic spiritus
secundum G. in epate. transit quoque alii modo
ad totum corpus. Secundum autem Aristo
telem existit in corde et reperitur
sermone G. in hac experientia sen
sibili. quoniam non manifestatur in epate
et in venis adeo ramificatur sicut
est manifestum in corde

Quod autem ex eo iam purifi
cato existit in corde est illud
per quod permanet vita et
existit. Spiritus efficitur in
corde propter hoc iam fuit eius substantia
in corde mundificata et depurata
qua sequitur existente permanet vita
et existit et ipso remoto accidat
etiam mors. in eo enim existit
vita. hunc autem spiritum vocavit G.
vitalem et iam diximus quod vita
stat per virtutem nutritivam quam
G. naturalem vocat. Si ergo re
moto spiritu existente in corde au
fertur vita sequitur ergo quod spiritus na
turalis sit in corde

Sed generatio eius quod ex
eo fertur in cerebro et eius mi
nistra sit vendo. Dividitur etiam

spiritus in spiritum. s. species animalis in
cerebro existentes. Cuius quidem substantia
in cerebro tam diu digeritur donec
ipse ibidem generetur et hoc quod intel
lexit G. cum dixit Secundum generationem eius
fit infrigidando vel vendo eius qua
litatem. Intellexit etiam quod fiat
in fera cerebrum sub minima subtili
tate moliente ipsum

Exsistunt autem huic spiritui
ymaginatio ratio seu intel
lectus et memoria cum complen
tur vel perficiuntur ipsius species
in ventriculis cerebri. Hic
spiritus cuius generatio fit in cere
bro est ille cuius species perficiunt
tres ventriculi cerebri digerendo
et coquendo ipsum donec fiant ex eo
tres species. Sunt enim tres ven
triculi cerebri et spiritus gene
ratus in anteriori ventriculo ex eis
est causa et subiectum ymaginationis.
Qui autem est in medio est subiectum
rationis. Sed ille qui est in poste
riori ventriculo est subiectum memorie
et reminiscentie

In quolibet ex spiritibus est
virtus specialis ab illa que est
in alio. In quolibet ex tribus
spiritibus supradictis est specialis
virtus que in nullo aliorum existit
Nam in spiritu naturali est est anima
naturalis. in vitali vitalis. et in
animali animalis s. sensitiva yma
ginativa rationativa et memoria
Sunt autem proculdubio duo spiritus
in corde et cerebro existentes. Ex
quibus unus et idem defert multa
in actu sicut primum unum habet
et defert multa sicut colorem
odorem et saporem etc.

Septem virtutes inveniuntur
in natura secundum diversitatem ea
rum in forma et specie etc.
Septem sunt virtutes naturales
et secundum diversitatem actionum et effe
ctuum ipsarum in forma et specie
Ex hiis est virtus immutati
va formativa per quam deprim
atur ipsum. Intellexit quod sit
virtus quedam movens et immutans
sperma et sanguinem menstruum in
materiam donec ex eis fit corporis
unius post hoc tamen quod ipsum informet
vel figuret disponit namque
ipsum ad susceptionem forme et figu
re convenientis. Sed sequitur

intellexit quod ipsum depinget id est per
ter quod ipsum informet vel figuret
Ex hiis etiam est virtus que
aliqua forma et figura infor-
met corpus. Non etiam in quan-
titate et numero. Quia ex virtutibus na-
turalibus est plasma et estilla que
corpus inflatum informat et prebet
quantitatem et numerum sicut in manus
cui prebet formam et quantitatem proprium
et quinque numeros digitorum
Est etiam virtus attractiva
digestiva retentiva et expulsiva.
Quia renumeraverat species virtutis
generative id est actiones que sunt in
generato retulit. Nunc species
agentis virtutis in cibo et nutri-
mento corporis. Inquit ergo quod hee
virtutes sunt quatuor scilicet attractiva
retentiva et digestiva eius et quod digerit
attractum cibum et qui etiam retinet
ipsum donec digeratur et superfluum
expellatur. Quod signum notum et ma-
nifestum est ad sensum in stomacho et intestino
Patet enim quod in stomacho est virtus que
attrahit cibum et retinet ipsum
donec sit digestus et que quiescens
impellit ipsum. Et hic quinque convenit
esse in quolibet ex membris corporis.
Nam digestum nullorum perficitur sine
hiis quatuor virtutibus
Est etiam ex eis virtus unies
membris quod similiter corpo-
ri ex nutrimento. Hec quinta
virtus est que unit nutrimentum
membris et que sedat ipsum eisdem.
Ex debilitate autem huius virtutis as-
similative generatur barras et mor-
phea. Tunc enim unitur nutrimen-
tum membris propter quod assimila-
tur. Unde in barras unde fit humiditas
unitiva seu nutrimenti unitio sed
non est ipsius assimilatio. Et id
contingit in eo in quo ossa fract-
a coniunguntur et consolidantur
ut necesse assimiletur eis et in
summa virtus naturalis id est vegetativa
dividitur in tres scilicet generativa nutriti-
vam id est augmentativa et assimila-
tiva. Generativa autem dividitur
in duas scilicet in nutritiva et plasma-
tiva. Nutritiva dividitur in quinque
quas remunerator ferunt medici
alii tamen a 6 addiderunt predictis
id est virtutem sequestrativam. Et est illa
que separat superfluitates a cibo et
nutrimento. Remedratio virtutis vitalis

Que sunt species virtutis
vitalis et actionis cuiuslibet.
Ex eis sunt due species ex qui-
bus una est qua fit actio pul-
sus per dilatationem et constri-
ctionem venarum pulsatilium.
Due sunt species virtutis vitalis
ex quibus una est que fiunt per
dilatationem et constrictionem venarum
pulsatilium et constrictionem earum.
Altera autem eius est illa qua
aguntur actiones cuiuslibet
agibilis sicut est amare a-
liquid et habere aliquid odio et
depressio anime vel exaltatio
eius. Hec est sexta ex virtutibus
vitalibus et est illa que dicitur
irascibilis et concupiscibilis seu ex-
citativa et desiderativa que amo-
re sive odio excitatur et est causa
quare homo aliquid agat aut
persequatur. Est enim virtus hec earum
causa que aguntur. Cum res quere
aliquid propter persequatur est
amor. Et causa quare aliquid
fugiatur est odium vel displicentia
Unde est ac si dicitur quod hec virtus
est agens ratione amoris vel odii
in rebus dilectis vel odio habitis
est causa quare aguntur actio-
nes in aliis ab homine. Hec autem
virtus est alia a motiva et regi-
tiva. Unde si nomen virtutis vitalis
imponeretur solum huic virtuti
esset quod tunc virtus vitalis ter-
tia assimilativa et vegetativa. Et
hec quinque sunt quas plato in-
nuit esse inter vitales virtutes
pulsativa tamen non est huius gene-
ris uno subest virtuti generis
virtutis agentis in nutrimento
Remedratio virtutis animalis et sunt nove
Novem sunt virtutes que ab
anima inveniuntur ex quibus quinque
sunt sub sensitiva scilicet visiva au-
ditiva olfactiva gustativa et
tactiva universalis. Virtutes
animales sunt ille que sunt in cere-
bro et sunt nove ex quibus sunt quinque
sensitive quas ipse hic nominavit
ex quibus tactiva universalis in to-
ta carne existit.
Est etiam virtus ad nervos
pertinens per quam movet quis
artus motu voluntario suos
Sexta ex predictis virtutibus est
virtus que unitur nervis quibus

homo movetur et movet localiter
membra sua. Iam enim prediximus
modum motus sui et que sunt necessaria.
Ex eis etiam est virtus illa
qua ymaginatur res sicut vi-
dentur. Septima ex predictis
virtutibus est virtus qua imprimuntur
res in ymaginacione inter species
que videntur. Hec autem est virtus yma-
ginativa que in anteriori parte cerebri
existit sicut diximus.

Omnes operaciones virtutum
nominantur secundum ipsas virtutes
quarum sunt operaciones. Nu-
merus operacionum virtutum est equalis
numero virtutum quarum sunt
operaciones. Dicuntur enim et nominantur ope-
raciones virtutum per se differentiis.

Hec autem operacio dicitur equi-
voce de quibus dicitur sicut de
attractione retentione dige-
stione. Operacio est nomen quod
dicitur et predicatur equivoce de
eis de quibus predicatur et prius. No-
men autem equivocum est unum et idem
re ea de quibus dicitur sunt diversa.

Et sicut de gustu seu pene-
tracionem cibi et appetitu na-
turali attractio est operacio simplex
unius solius virtutis. Appeti-
tus vero cibi existit ex dua-
bus operacionibus simul compositis
scilicet ex operacione ffdi et attrahen-
di. Operacio autem ffdi et impellen-
di efficit gustum et penetracionem ci-
bi. Hec enim operacio ex predictis
ambabus efficitur. Quia dixerat
quod operacio est nomen quod equi-
voce predicatur de quibus predicatur. Notificavit
nunc que sint ille operaciones
de quibus hoc nomen equivoce pre-
dicatur, et innuit quod sunt ope-
raciones simplices et composite.
Operacio namque composita est alia
a simplici et non omnes dicuntur
operaciones. Deinde posuit tria exempla
operacionis simplicis scilicet attractionem
digestionem et retentionem. Conse-
quenter subiungit duas operaciones dictas
et sicut de gustu seu penetra-
cione cibi et eius appetitu. Et
quia posuerat predicta exempla
operacionum simplicium et compositarum,
notificavit consequenter que ex
eis sit simplex vel composita. Unde
inquit quod attractio est operacio
simplex unius et solius virtutis

et dicit etiam intelligendum est de
digestione et retentione. Conse-
quenter declarat qualiter quelibet ex
ambabus sequentibus operacionibus scilicet gu-
stus cibi et eius appetitus com-
ponitur ex duabus operacionibus. Nam
actio appetendi non componitur
ex actione ffdi et attrahendi. Cor-
pus enim medici ob stomachum esse mem-
brum appetitus et desiderii cibi a quo
membra corporis trahunt cibum et
nutrimentum nisi ab eis diminuitur et
consumitur tunc membra inanitum sen-
tit per sensum inanicionem sui seu nu-
trimenti et cibi privacionem. Et tunc
appetit et desiderat cibum et ta-
lis appetitus dicitur ipse fames.
Iterum quod dixit quod hec operacio est
ex duabus composita scilicet ex attractione
cibi et nutrimenti quod membra fa-
ciunt trahentia ipsum ad seipsa
et ex sensu inde percipit quod inde
percipit ob stomachum ex ablacione eius
quod ab eo trahitur. Asserit etiam
tractum et penetracionem cibi esse
compositam ex duabus operacionibus
scilicet ex operacione ffdi et impellendi.
Nam cum cibus et nutrimentum im-
pellitur per canales et meatus mem-
brorum tunc est percipiens id quod ma-
ne tristis [?] ipsum impellit ad aliud
sicut exemplum est egestio vel cibus
transiens ab uno intestino ad
aliud donec tamen ad aliud vel
extra expellatur. Quod quidem fit
ex sensu intestinorum impellencium
ipsum a primo ad secundum vel ad ul-
timum. Et simile contingit in e-
gressu ventositatis ut eius egre-
dientis percipit dum decursum sit
in disenteria lienteria et vomitu. Cum
proferat relacionem septem rerum
naturalium intrinsecarum seu infra cor-
pus existencium. Incipit nunc de-
clarare alias res extentas.
Rememoracio aliarum rerum naturalium quarum
prima est aer de mutacione aeris ex propinquitate solis et
Sol habet diversis partibus zodiaci
iudicia super aerem que si-
gnificant in istis temporibus anni ma-
nifestantur et ex impressionibus
climatum etiam habent super hec
iudicia et sic iam precesserunt
ad finem in rememoracione eorum.
Sol immutat aerem caliditate sicca
et frigiditate. Quod quidem ex temporibus

anni patet et ex positione solis in diversis
natis locis circuli quas arabes a
naturae vocant .x. mansiones Eius
autem actio et virtus necessitatur ipse
secundum mansionem in qua sol existit hec
ex propinquitate et longitudine solis
ad nos et eius media distantia effi
ciunt .iiii^or. tempora anni scilicet estatem hyemem
etc. Diversitas etiam impressionum ma
re contingentis solem in diversis mansi
onibus est nota quam arabibus hec
autem diversitatis impressionum ma
re ex partibus quibus ratione diversitatis
existentes inter ipsas inter partes
in multitudine seu paucitate stellarum
aut magnitudine et parvitate earum
aut velocitate et tarditate mo
tus ipsarum scilicet stellarum fixarum
Unde etiam nominatur actio solis
cum ipse mutatur ab uno loco in aliud
ex predictis locis Diversitas etiam
virtutis in climatibus est manifesta
Eius enim propinquitas et elongatio so
lis Causa vero elongationis et propin
quitatis solis posita est circulus
obliquus Unde regiones eorum super quo
rum capita transit sol in regione ca
lidiore regionibus aliorum sunt
quorum capita non transit sol et
magis appropinquantes regioni eorum
super quorum capita transit sol sunt
calidiores et magis distantes ex
regionibus eorum super quorum ca
pita non transit sol sunt frigidiores
Aer etiam alteratur et immu
tatur ratione alicuius astri o
rientis vel occidentis In
stellis etiam est actio qua immu
tatur aer ad caliditatem ex earum
ascensu et ad frigiditatem ex earum de
scensu et occasu
Cum etiam sol appropinquat infla
matis intendit et inflammat
aerem Aer inflammatur cum sol
appropinquat alicui ex stellis que in
flammate dicuntur et sunt ille que
generant inflammationem cum appare
rent aliquibus diebus et vocantur
hee comete Nam ex calore solis
iuncto cum calore predictarum stella
rum inflammatur aer
Hoc similiter verum est in tantum
etiam quod cum inflammata elon
gantur aliquo modo a sole
videmus aerem aliquantulum
infrigidari hoc enim in tantum est
verum quod cum calor inflammatarum
elongatur ab ipso sole aut extin
guitur videmus aerem aliquantulum
infrigidatione infrigidari Et cum sol
operatur cum predictis inflammatis Verum
quod operatur cum stellis erraticis aut
etiam cum fixis Unde est possibile quod per
inflammatas intellexit etiam aliqua
ex stellis fixis etc. sequitur
et que compositio eius et que sit forma
eius et quantitas et numerus partium eius
et apparet que sint iuvamenta eius
Restat solum videre de passionibus
eius. Potest autem venter pati de
genere egritudinis scilicet mala complexione
mala composita et soluta continuitate. De
cura male complexionis nichil dicam
quia nichil habet proprium in sui curati
one quod ex anathomia dependeat
Mala autem compositio que est tumor preter
naturam in ipso duplex est. quedam
est apostemalis. quedam non. prima
non habet aliud proprium nisi ex rupti
one eius scilicet contingit intus et extra
sed est peior quando ad intra tamen vel ad
extra tamen. et causa prius. quia natura
non habet in quo se fundet in consolida
tione. mala compositio que non est aposte
malis proprie venteris est inflatio que
accidit in ydropisi tympanite et
asclite. Nam in asclite aquositas
continetur in gravitate venteris inter
intestina et syphat. sicut in tympa
nite ventositas continetur et faciunt
mirach intumescere. In curatione autem
eius debemus procedere cum hiis que po
nunt auctores. Modus qui magis
dependet ex anathomia est extractio

aquositatis per incisionem. Modus
autem est ut perforem syphat quia non in
cidisti cedulas super intestina ita ut
stet sicut in vino. et postea in ydropi
co situato supino debes cutem ven
tris trahere superius et postea habere
rasorium et perforare usque ad syphat. ita
quod incidas etiam syphat. et tunc statim
debes habere cannulam et ponere in forami
ne et attrahere de aquositate quam
sustinet paciens. et semper sis memor
quod melius est infra subsistere quam exqui
sitissime evacuare et faciliter in ydro
picis propter debilitatem virtutis. Post
ea dimitte cutem. quia redibit ad
locum proprium. et cooperiet volnus aliorum
et aqua non exibit ipsum. et cum vis
extrahere plus de aqua retrahe cutem
sicut primo fecisti. Aliud tamen volnus non faci
as nisi a lateribus non in medio. primo
quia volnus factum in extremitatibus non ita
faciliter consolidatur propter syphat
quod est solidum et grossius ibi
quam in lateribus. Secundo quia ibi propter cor
dis volnus est paratum adducere spasmum
3º quia aqua melius egreditur quando
gravius tendit deorsum. Si vero ven
ter patiatur solutionem continuitatis. tunc ista
solutio aut est penetrans usque ad pro
fundum aut non. si non. tunc non est
cura difficilis. si sic. tunc aut illud
quod egreditur est zirbus. aut aliquid
intestinorum. Si est zirbus. tunc debet
sui cum serico vel ligari. cum cutem
quantum possibile est. et postea descindi quia
totum quod de ipso tangit aer corrum
pitur et si taliter intromittatur. putre
fit et putrefacit alias partes. et
ideo debet abscindi et postea aliud intro
mitti et serici dimitti extra et re
tinere labium apertum. quia natura
consolidat zirbum et expellit quod
cum filo est alligatum. et hoc facto
debes consolidare volnus. Si vero id
quod est egressum est intestinum vel
aliud a intestinis. aut est volnera
tum. aut non. si non est volneratum
neque aliqua sordicies est ei maculata
quantocius potest debet intromitti. Si vero
aliqua sordicies ut pulvis vel san
guis est ei annexa debet lavari
cum aqua calida et remitti. Si
vero propter moram ventositas sit in eo
incarcerata et ex hoc intumescat. et non
possit remitti. tunc cathaplasma resol
utivum vel spongia madefacta in
decoctione resoluta debet supponi

et detumescet et intromittatur. Si autem non possit detumefieri neque retromitti, tunc dilatetur vulnus mirach donec intestinum intromittatur. Cum intestinum fuit incisum, tunc si ipsum sit ex grossis intestinis debent labia eius sui cum sericis sicut et aliorum membrorum. Si vero ex intestinis subtilibus, tunc non sustinet suiturum nisi profunda valde, et talis impedit operationem eius, propter quod melius est ut coniuncta teneantur labia vulneris cum capitibus formicarum magnarum. Debent enim labia intestini coniungi et habere formicas magnas et facere quod mordeant labia coniuncta et statim caput abscidere, et sic facere donec labia sint coniuncta, et tunc remittere intestinum ut prius. Et hoc facto ad suiturum ventris curanda redi. Et illud vulnus curatur reductione labiorum quia dum et reducuntur et reducta retinentur quia duo suitione facta cum hoc modo. Item in prima suitione debet accipi totum mirach ex una parte, ex opposita parte debet dimitti syphac et reliquum de mirach debet assumi, et ex alia syphac debet dimitti, et sic coniter ut labium syphac coniungatur et continuatur labio membri carnosi formis (?) ut fiat tumor et firmior consolidacio vulneris. Eodem modo curatur vulnus hoc si per ipsum intestinum sit egressum. Et hic de anathomia mirach quod est membrum continens etc.

Restat nunc videre de anathomia membrorum contentorum. Haec autem membra undecim sunt. Primum quod occurrit est zirbus, 2m intestinum, 3m stomachus, quartum est splen, 5tum epar, 6tum mesenterium, 7m renes, 8vum vesica, nonum testiculi et vasa spermatica et matrix in muliere, decimum virga cum collo vesice. De zirbo autem primum quod est videre est locus eius. Locus enim in homine est quia cooperit ab anterioribus stomachum et intestina, et licet non cooperiat in aliis animalibus intestina, hic fuit quia homo inter cetera animalia eiusdem quantitatis est debilioris virtutis digestive, et quia intestinis carnis exterioribus magis sunt disposita propter virtutem subtiliorem et ipsius et minus pilosum. Ex hoc etiam potest patere situs quod sit iuvamentum eius. Iuvamentum autem eius est confortare propter digestionem stomachi et intestinorum reverberando calorem naturalem ad stomachum, et propter hoc dicit G. 2o de ingeniis quod quidam miles fuit in bello in ventre vulneratus cui corpus a zirbus fuit abscisus, et cum ex vulnere sanatus esset, coctionem perfectam non potuit digerere. Ex hoc etiam quantum patet esse inquirendum de ipso, scilicet de substancia eius, quia substancia eius non fuit simplex sed composita et fabricata ex simplicibus que sunt calefacere, et propter hoc fuit compositus ex quadruplici substancia, ut ponit G. 6o de iuvamentis, scilicet ex panniculis duobus subtilibus, ex adipe separata, ex arteriis et venis. Ex panniculis primo ut illi panniculi contineret, aut etiam quia ille zirbus debet esse extensibilis et levis et densus ut calitem (?) reverberet; ad hoc autem magis sit substancia pellicularis quam aliqua alia. Sed in ipso fuit adeps quia calefacit cum sit valde in propinqua et in pro ad calidatem. 3o arterie et vene que insunt sibi multum calefaciunt. Ex hiis etiam possunt relinqui duo, scilicet que sit pareum eius, et etiam que sit colligancia eius. Nam habet colligantiam ad membra ad que terminatur ut stomachum, splenem, intestina et speciali colon propter causam que dicetur. Habet etiam colligantiam ad membra a quibus oritur. Oritur autem a panniculo carnoso qui alligatus est dorso iuxta diafragma. Et causa quare inde oritur est quia ad panniculum illum terminantur due extremitates panniculi sifac que debent investire zirbum. Sed quia ibi sunt magne vene et arterie a quibus iuxta stomachum oriuntur vene pappue (?) et arterie continentes zirbum. 3o ibi est mesenterium spongiosum a quo oritur adeps separata replens concavitates illius texture. Que autem sit egritudo istius determinanda per anathomiam propter ex hiis que dicta sunt.

Elevato zirbo quantum ad partem que cooperit intestina et non plus, ne moveas alia membra a suo loco, statim [occurrunt] tibi intestina. Circa que primum notabis primo et iiij (?) fuerunt enim plura et involuta et revoluta et non fuerunt unum intestinum rectum propter duo. Primum quia dato quod in quibusdam brutis tantum sit unum intestinum recte procedens, in homine autem et in aliis animalibus perfectis

sunt revoluta ut diutius retineret
in stomachis et intestinis. quia si non
contineretur oporteret ut animal esset in
continua assumptione cibi et continua as
sellatione. et ista continuatio impediret
occupatos in aliis perfectioribus opera
tionibus. Alia causa quia si intestinum
commune fuisset unum rectum. non quelibet
pars cibi fuisset contacta a superficie
intestini et ideo non exuxisset inte
stinum totam humiditatem contentam in
cibo. Ut igitur nichil remaneret de
cibo intacto ab intestinis ut tota
humiditas extraheretur ordinavit natura
ipsa esse involuta. Ex quo statim
apparet quare sint plura intestina
quia sex tria subtilia et tria grossa.
Incipiendo tamen ab ultimo quod voca
tur rectum vel longaon cuius extremitas
est orificium quod vocatur anus.
Sed ut anathomia aliorum non
destruatur ligare oportet istud inte
stinum circa medium eius in duabus par
tibus et in medio ligature incidere
et inferiorem partem dimittere vel cum
superiori exterminando ascendere. Et
nota circa illud intestinum multi con
veniunt meseraice que veniunt
ad sugendum si quid de humiditate in chilo
vel superfluitate remansit et illud
intestinum inter alia sunt posita. ubi
incipit intestinum colon quod plura
habet cella vel concavitates vel
cameras in quibus stercoris figura
accipit et in ipso diutius retinetur
propter has cellulas. Circa quod in
testinum debes considerare primo lo
cum quia multum circa renem sini
strum locatur et involvitur. et hec
est causa quare eius dolor ex parte
loci non distinguitur a dolore re
nali. Postea vero ascendens et co
operiens splenem incipit circa ex
teriora declinare versus partem
dexteram et cooperit stomachum et prop
ter hoc coopertam quam facit circa sto
machum contingit quod quando superfluitas de
scendit in hoc intestinum quod stomachus
ei compatitur et dolor et rugitus
tunc temporis apparet circa stomachum
et tunc homo desiderat statim
assellare et assellat. quod non
contingeret si in stomacho essent humo
res qui facerent hunc rugitum
et dolorem. et ex hoc apparet qua
re accidit in hiis qui purgantur
sincopis quod appetunt assellare
vel humores in intestino hic continentur
qui debent evacuari. quia tunc illi
humores existentes in illo intestino alte
rant stomachum et eius os. et ex alteratione
oris stomachi accidit sincopis. Sed du
bitabit aliquis rationabiliter de loco
istius intestini utrum sit de grossis inte
stinis debet esse inferius et non supe
rius oppositum apparet dicendum quod illud
intestinum sunt locatum superius iuxta
stomachum vel supra stomachum propter tria. Primo quia
illud est ignobilius omnibus generabiliter
et ideo sub inveniri debuit inter cetera
generalia positum esse in extimis. Secundo
quia illud intestinum continebat feces
et aliquando ille indurabantur et cum
de se private sunt omni humiditate et cali
ditate naturali ut a membris vicinis
iuvarentur ordinavit natura ut locaretur
circa superstomachum et ut recipia
tur a iecore a quo et stomachus reci
pitur quia subiungit ipsum humectat
et calefacit et propterea apparet quod non
est aliud intestinum in quo ita allega
tur sit zirbus sicut in colon. Tertia
causa est quia ipse illud intestinum factum
est ad continendum et expellendum feces
et magis ad expellendum et ideo ad
ipsum inter alia intestina propter pervenire
debuit ipsa colera que fabricat et
habet expulsivam stimulare. modo per
hoc quod sit locatum est colera ad ipsius
stomachum pervenit preter illam que ad
gravitatem intestinorum pervenit Nam
supra ipsum in parte dextra in qua
existit fabrica sub quia penula epatis
in qua existit cistis fellis et cum
ipso colligatur et hic apparet ad sen
sum et propterea tale intestinum in
tali loco apparet citrinum et amarum
in gustu. Et nota hic circa mira
bilem nature operationem ad id quod
dicitur solvitur quare intestina
non mediantibus superiora cardine
lari sed cardine colligantur ad
fundum stomachi sicut superiora aliis.
Nota ex loco superiori istius inte
stini apparet causa quare in
dolore colico dolor augetur tem
pore assumptionis cibi quia tunc
illud intestinum comprimitur a cibo
sed in tempore famis non sed inten
ditur dolor renalis. et hoc unum
est ex signis distinctivis inter unum
dolorem et alterum. Etiam ex loco
et colligantia dicti intestini appa
rent duo. Unum est nobile in cocon

aliud in operatione. Sinistra colica quia colica que fit incipit in parte sinistra et in illa magis molestat, tum quia illud intestinum superius est ibi, tum quia non tangitur a cisti fellis. Secundo quia in maiori quantitate est locatum circa renem sinistrum et est ibi etiam strictius. Tamen illa colica in parte sinistra non tam diu molestat, tum quia fit a causis facilioribus, tum quia causa eius in loco viciniori ad expulsionem. Et nos hoc per experientiam vidi multotiens quod cum ad opus vocatur confert patienti. Opere in colica ea que administrantur exterius debent magis applicari et approximari circa dextrum, et licet utrobique conferant. Sed quando fit clistere melius est ut corpus declinet versus dextrum ut intestinum colon non comprimatur ab aliis. Post immissionem clisteris vertat se super latus statim sinistrum et postea paulatim super dextrum sicut in expulsione que debet fieri per potionem administratam per partem superiorem, ergo cum incipit moveri. Hic et de loco et colligantia eius sufficiant. Substantiam vero eius considerabis solidam grossam et propter ventositatem generatam in eo multo tempore contentam quod in eo fortissimum interdum generat dolorem, hunc cum fiat in substantia solida et [illegible] apparet ac si intestinum terebello perforaretur, et ideo hic dolor huic assimilatur renali. Quarto debemus considerare figuram eius que apparet ex dictis: cellulosum est et in cellulis illis, quia via et transitus multum obliquatur superfluitatibus, et fit causa more superfluitatis in eo, propter quam moram superfluitates figuram recipiunt ad modum illarum cellularum, et ideo stercus figuram habet quod est. Que figura magis apparet in stercore retento et exsiccato ut in febre et in aliis egritudinibus in quibus retinentur sybale et [illegible] retinentur et sicut in [illegible]. Nam in concavitate cellularum est humor flegmaticus multus qui est sufficiens materia generationis vermium. Sed inter cellulam unam et aliam continetur paucus humor talis qui si non est sufficiens tamen ad generandum parvulum continuantem unum vermem generatum in una

cellula cum altero generato in alia. Separatio autem et iuvamentum et certitudo eius patet ex dictis. Hoc autem intestinum concreatum est in parte superiori cum monocula sive cecro, quod dicitur monoculum non quia non habet nisi unum orificium per quod attrahat et per ipsum expellat, quia hoc est impossibile, sed quia habet orificia duo: habet unum per quod attrahit et aliud per quod expellit; illud tamen per quod expellit non est situm sicut in aliis opposite locatum [illegible] sed ambo locata sunt invicem et infra hec orificia pendet [illegible] intestini ad modum sacci et ideo alio nomine saccus dicitur; et sic apparet eius colligantia et figura, et etiam locus, quia locatum est in latere dextro supra vel iuxta finem [illegible] sive [illegible] et infra renem dextrum. Substantia eius est eadem cum substantia colon. Egritudinem etiam patitur similem ei. Iuvamentum eius est ut pars cibi que venit ad ipsum retineatur in eo et revolvatur et ut reciperetur vel descensum prohibeat et recursum cibi ab intestinis superioribus. Et ista intestina superius dicta sunt grossiora et sunt 3. Nam hinc intestina continuatur intestinum yleon quod circa ylia situm et locationem habet et revolutionem, et in isto fit passio yliaca in qua est dolor vehemens circa ylia. Sic apparet locus et colligantia et passio eius. Substantia eius est subtilior et ideo gracile vocatur, et propter [illegible] vocatur yleon. Eius iuvamentum est quia [illegible] retineat [illegible] ut in illo [illegible] possit [illegible] et ideo multum involutum. Et ad ipsum pervenimus plures vene mesaraice quod ad aliquod aliud et ab eis mesenterium debes extrahere, et quando ad partem eius superiorem iuxta stomachum pervenies tunc quia invenies quod circa partem sinistram ad spondiles declinat et ibi de est cum mesenterio, et ideo cum cautela incidas ne frangas aliquid. Et post incisionem invenies ieiunum intestinum quod taliter vocatur quia ipsum plurimum reperitur vacuum in bene disposito. Igitur causa sue vacuitatis est duplex: rectitudo eius, quia rectum est sicut intestinum ultimum. Secunda causa est multitudo colere pure que premit ad hoc

intestinu a cisti fellis p canale q
continuat cum intestino duodeno cu
quo id vinete continua et dico illud
primu intestinu et vocatur duodenu
quia eius longitudo ut in pluribus e
duodecim digitorum ad hoc intestinu p
uenit canalis quedam a cisti fellis et
ideo caue tibi externas ne istu ca
nalem incidas Et incidere intesti
nu duodenu bis inferius et liga 7
tunc incipiendo sicut incipit aur
et habebis sex intestina primu duo
denu secundum ieiunu 3m yleon et ista
gracilia et superiora 4tu est cecum
5tu est colon 6tum est rectum hec
omnia intestina videbuntur esse invo
luta continuata alligata dorso sicut
alligata sunt quia omnia viscera per
quoddam membrum quod vocatur en
charas vel mesenteriu a meseraicis
que in ipso sunt diffuse et vocatur
et secundum Ranon vocatur intilo i
q interiora tenens illud membrum
Substantiam habet compositam ex cordis
pannulis et ligamentis ut pre
dicta membra possit ligare et
ex substantia seposita pinguedinis ut dura
membra qualia sunt spondiles cu
mollibus qualia sunt intestina et
alia viscera sine medio non con
iugantur ut molle a duro ~~non~~ pa
natur Reliquas vacuitates que
sunt in hoc replent substantie glan
dose que multe sunt inter membra
et hoc est unu iuvatium carnium
glandosarum Aliud est ut susten
tent venas meseraicas que in
hoc sunt sparse sicut non est lon
ginquum quod ille carnes sunt facte
ad generandum humiditatem quia intesti
na et fex interdum hic tenetur ut
lubricarentur cito ab intestinis et
ideo videmus quod stercus liquidum
est et dato quod omnia sunt dura que
sumuntur magna tamen pars car
nis glandose est in parte superiori
et grossa in qua congregatur frequen
ter propter propinquitatem ad splenem
in illa ex qua causatur mela
ncolia hoc scito eleua mesen
terum vel dimitte donec scias ana
thomiam venarum que veniunt
ad stomacum et splenem ad quam vide
dum et aliorum membrorum infra
stomacum cu cannula precedendum et liga
fortiter et abscinde intestina fac
aut incisionem infra locum ad quem

peruenit canalis a cisti fellis ad inte
Visso de intestinis vide continua
bis et predas ad 3m membrum ut
puta stomacum de quo videre debes ista
sex que de aliis primo enim notabis
eius locum et circa locum nota primo sub
stantiam eius quia non sit cella ubi stomacus
3o de iuvativo ca. 2o de iuvativo stomaci et
ibi habetur totum quod dicetur de stomaco
et dictum est de intestinis et habetur ab
aliabate 3o sue techonice dispositionis
regalis ca. xx Est ergo locus eius in
medio corporis superioris et inferioris
dexteri et sinistri anterioris et posterioris
Sed tu hic dubitabis quare stomacus non
fuit positus inferius ad hoc dico quod causa
fuit duplex una quia inferius debent
esse membra ampliata propter aeris attra
ctionem alia quia propter fecem recepta
intestina debent esse continuata cu stomaco
Talia aut infra dyafragma debent
esse contenta et ideo vides quod superius
habet cor mete dyafragmate inferius me
senterium et intestina a dextris habet
epar quod apprehenditur v suis pennu
lis sicut manus apprehendens caput
v digitis a sinistro habet splenem
quo calefiant racione arteriarum eius
a parte anteriori zirbum a posteriori
habet musculos dorsi et venam ma
gnam et arteriam que sunt super
dorsum ut prius videbis et ideo locus
eius est in medio propterea quia sicut
cella cibi omnibus Situs
aut eius est quia licet sit loca
tus supra dorsum pars tamen eius
superior declinat ad latus sinistrum
inferior vero ad dextrum Causa
istius situationis fuit Nam propter
causas que dicentur in anathomia
epatis epar debuit esse in latere
dextro eleuatum et ut sit magnum
totam grauitatem dextre partis occu
pauit splen aut non et id in dextro
non potuit pars superior collocari
sed sinistra pars ergo inferior debuit
ad partem dextram declinare quia
in parte sinistra inferiori debuit
ad partem dextram declinare quia
in parte sinistra inferiori iuxta renes
est intestinum colon grossum valde
et involutum multis involucionibus
et occupat magnum locum sed in
parte dextra inferiori sunt inte
stina gracilia et subtilia que
modicum et paruum occupant locum
et ideo stomacus continuum ad partem inferiorem

debet declinare ad partem dextram ut
repleat vacuitatem ibi existentem et reddat
locum colon. Ex hiis apparet quare est lo-
cus stomachi. Et in dictis quare stomachus non
fuit locatus directe supra spondiles
dorsi. Ad hoc dico quod causa huius potuit
esse duplex. ut quod est dictum. scilicet ut redderet
spacium in parte dextra et replet in sini-
stra vacuitatem etc. alia quia si esset dire-
cte locatus super dorsum tunc orificia di-
cta scilicet superius et inferius essent directe
et ideo homo cum sit stature erecte stomachus
non bene contineret cibum sed descenderet
ab eo statim cibus ut igitur non conti-
gat sic fuit situatus. Sic etiam causa
huius fuit quia quantum ad os eius et
partem superiorem debet recipere meliam
a splene qui est a parte sinistra et
quantum ad partem inferiorem debet recipere
coleram ab epate quod est in parte dex-
tra. Et in parte dextra inferiori sunt
intestina gracilia et subtilia que mo-
dicum et parvum occupant locum. et ideo
stomachus quantum ad partem inferiorem debet de-
clinare ad partem dextram ut repleat
vacuitatem ibi existentem et reddat locum co-
lon. ex quo primo apparet scilicet colligancia
sequitur apparebit melius quia habet
colligancias cum splene cum epate et cum
corde. et illud quod dicitur declarabitur quia
apparebit quod cum splene habet colliga-
ciam per venas que apportant meliam
ad os stomachi et per venas que perveni-
unt ad latus sinistrum stomachi ad inter-
endum sicut cum epate habet colligan-
ciam racione venarum reliquarum. Et
cum cerebro per nervos qui perveniunt ad os
stomachi et sortitur in ipso vera par-
tem superiorem stomachi. Cum corde vero
habet colliganciam racione arterie magne
que est sub eo. Ex hiis possunt pa-
tere 3a scilicet huius figura sit quia rotunda
quia talis magis a nocumentis remo-
ta. Item quia cum aliarum capacissi-
ma. Stomachus autem multa debet
continere sed non est perfecte figure rotun-
de sed actualis magis propter causam
dictam quia pars eius superior est
declinans ad sinistram inferior vero
ad dextram ad medium curvabitur retor-
te. Sic renitens. Nondum autem pro-
condicentes de stomacho amodo appare-
bunt melius per anathomiam membrorum
reliquorum subsequencium. Patet etiam 4m
scilicet que sit quantitas stomachi quia ma-
gnus valde est cum intendit apportat
ipsum recipere et continere magnam

partem cibi. Verum est quod non est semper
in magnitudine sua ultima sed equatur
quantitati contente quia extensibilis
et corrugabilis est. Secundo autem videas
parietes eius et membra parcium eius. Par-
tes autem eius sunt duplices scilicet consimi-
lares et integrales que sunt quanti-
tative et determinate. Primo sunt due
tunice eius. Prima et intrinseca est ner-
vosa. secunda et extrinseca est carnosa. Verum
est quod prima est spissior secunda. quia
illa debet primo continere cibum. et ideo
ut non ledatur ab eo debuit esse
spissa. Item propter ad quod stomachus per illam
tunicam est valde extensibilis quod
requiritur inteendum propter multam quantitatem
cibi sed exterior licet communicat propter
digestionem sunt subtilior quia digestio
stomachi adiuvatur a membris vicinis cir-
cumstantibus. sed extensio et constrictio cibi
non. Et ille tunice non solum diver-
sificantur in subita quantitate et loco sed
situacione villorum quia in prima tunica
in prima sit appetitus et appetitus immediate
ordinetur ad attrahendum villi sunt
situati ad attrahendum. tales autem sunt
longitudinales et ideo in eo sunt villi lon-
gitudinales et quia attraccionem statim con-
sequitur actio et retencio quia omne
quod attrahitur. attrahitur ut retenta
neatur. quia attrahitur ut in eo me-
lius valentetur. Hinc est quod in hac tu-
nica fuerunt positi villi transversales qui
deserviunt retencioni. Verum est quod illi
locati sunt non in parte interiori illius
tunice sed exteriori eius. In secunda vero cum
ipsa ordinetur ad digestionem et digestionem
expulsio deserviat expulsio quia ei con-
sequitur sunt situati villi ad attra-
hendum. Tales autem sunt longitudinales
et ideo in eo sunt villi longitudinales. et
ex hoc apparet quare interior tunica
sunt nervosa et carnosa. Nam sunt
intrinseca propter villos longitudinales qui de-
berent esse in tunica ex intrinseca quod
est vel debet esse primum appetitus propter
alia causa est quia intrinseca ordinata
est ad senciendum. extrinseca vero ad dige-
rendum et alterandum. unde ut sensus
melior sit quam sibi immediate conveniat
sensus vel membrum suum. aliter vero
potest fieri per medium et digestio et
hoc expresse ponit Avicenna capitulo
de membris. et hoc quod intrinsecam tu-
nicam stomachi scilicet nervosam carnosam
per naturam digerentem operacio ad
illud quod digestum est in primo. Sine

rucsu puenire sentiens uo illud quod sentitur non pt sentire nisi elevando et s sensu tactus Alie uo sunt partes eius qntitate et determinate ut pars stoi superior 7 orificium eius pars inferior et orificium eius quod dicitur portanarium pars superior est s uam por parte inferiori In inferiori debet fieri digestio et cibus debet contineri in superiori non sunt orificia tn harum partium conveniunt et differunt Conveniunt quia ambo sunt posita a lateribus et non sunt posita uel facta in ultima eminentia partis superioris et inferioris sed pars inferior descendit magis quam portanarium pilorum ut cibus non descendat sed contineatur in ea ut in bursa quadam sicut superior supponit ori stoi ut quando sto repleto homo inclinaretur non ascendat cibus ad meri et ad os et specialiter quando multum replent stom et ex hoc potes videre quare ex superflua quantitate cibi dyafragma comprimitur et cibus non egreditur Item conveniunt quia ambo orificia sunt in sto in loco in quo continuatur uel alligatur dorso Nam os stoi recte in principio sue alligationis dorso et propterea statim est alligatum os stomachi ad spondilem ubi finitur et terminatur dyafragma et ista est tercia decima eo quod in duodena costa ultima mendosa ad quam terminatur dyafragma et ex hoc etiam apparet quod quando uis extrinseca alteratiua uel conformatiua uel aliter operativa circa os stomachi quod oportet est in dorso Circa 12 uel 13 am spondilem hoc facere et specialiter quando predicta impugnatur ab epate uel splene dummodo actiua adiri non impediat que in dorso est posita ibi aut spondilibus que vocantur spondiles renum alligantur sto usque ad portanarium Ciuus uo alia pars inferior a spondilibus obliquatur versus sinistrum et ideo non tm conveniunt ista duo orificia sed etiam differunt quia superius orificium quod os stomachi vocatur est magis latum quam inferius s portanarium et hoc fuit quia os stoi debuit esse bene latum quia per orificium inferius tm res digesta et subtiliata et liquida debet egredi

ideo non fuit ita latum et hec de partibus tercius est dictum ex quibus apparet Et quod inquiritur de stoi s que sit substantia eius quia apparet quod cum tunica nervosa sit maior in eo sbe nervosa est a dominio et ex hoc apparet que sit quod eius quia frigida et sicca etiam apparet que operatio uel iuvamentum eius quia duplex Primum ad appetendum cibum ad nutrimentum corporis et hoc per tunicam extrinsecam carnosam et membra coadiuvantia Ex hiis potes videre egritudines sit pati omni genere quibus possit pati. primo s membra principalia ut epar cor cerebrum et cum toto corpore Curare tm eam ipsa ex anathomia non multum dependet quam aliorum et hec de stomacho dicta sufficiant

Splenis anathomiam perfecte videre non poteris nisi abstraxeris aliquibus mendosis ex latere sinistro quas non perfecte elevabis sed ut sufficit operi tuo quibus abstractis locus splenis tibi apparet quia iacet sinistro stoi adheret quantum ad gravum eius qntitatem uo ad gravitatem eius alligatur dorso et syphac permixtis subtilissimis ossibus a syphac apparet igitur quod locus eius non ita in alto sicut locus epatis figura eius est quadrangularis quia in homine est in modum quadranguli propter figuram stoi cum gravitatem circumstantem in parte sinistra licet splen reple 3o vide quantitatem eius quia in homine proporcionalis partis est in quantitate respectu aliorum membrorum Colligantia uo eius est quia colligantiam habet ad cor epar mesenterium zirbum et stom Colligantiam habet ad omnia ista membra preter cor per venam que venit a parte epatis ad splenem que colligantia apparet Nam si extrahendo procedas videbis quod a vena concava epatis provenit vena magna ad splenem a qua descendit unus ramus in medio transitus eius inferius ad mesenterium ad ipsum intestinum et portat aquosiorem et humidiorem sanguinem Propterea quando ista vena approximat splenem iterum unus ramus circumflexa ab ea qui vadit ad intestinum item inferiorem stoi sinistram Propterea

peruenit ad splenem et grauitatem eius et in eius grauitate ramificatur in duas s. in superiorem et inferiorem. Inferior descendit inferius ad intestina et aliquantum ad partem sinistram. sed superior ascendens per grauitatem splenis ramificatur in duas quarum prima peruenit ad partem sinistram superiorem ad intestina. Altera uero ad orificium stomachi peruenit ad portandum melancoliam que mulgando profluit ad os stomachi ut moueat appetitum quod non remaneret in splene magis nec ipsum inuiat. Et ex hoc apparet tibi cum quibus membris habeat colligantiam splen mediante vena concaua epatis. Et habet colligantiam cum corde per arterias que ad ipsum veniunt per arteriam adorti que in dorso est infra dyafragma a quibus arteriis stomachus multum calefit in latere sinistro uel a splene ratione istarum arteriarum. Et hec sunt vna causa quare multe et magne arterie perueniunt a splene sicut alia causa sunt ut calore arteriarum sanguis grossus qui mittitur ad splenem subtilietur et digeratur. Quia splen habet substantiam raram in qua debet recipere humorem grossum melancolicum. Et ex hiis apparet tibi quantum quod de splene debes uidere s. que sit substantia eius quia substantia eius est rara spongiosa, ut quod apparet secundum s. unam exterius sit quia in comparatione ad cutem calide et humide et licet essentialiter sit frigida et sicca propter nutrimentum melancolie. et ex hiis tibi apparet quod cum recipiat humorem et contineat grossum et ineptum ad euentandum ad euacuandum quod frequenter repletur opilatur et apatur et resoluentia omnia fortia multum resoluunt substantiam eius si sunt fortia et dato quod boni humores competant. Et hec de splene sufficiant.

Epar videtur esse magis locatum in dextro latere aut plectens stomachum inferius eleuatur valde et non decipiat te quod in animali mortuo multum locatur sub costis quia non est sic cum sit sub dyafragmate et dyafragma extra costas coniungitur. sed hoc contingit quod membra spiritualia multum euacuauerunt et ideo uacuitatem eorum replent epar comprimendo dyafragma. et ideo debes trahere inferius et alias suum corpus eleuare ad inuicem. Propter quantitatem eius maxima in homine cum sit animal calidum et humidum. Secundo considerabis partes eius quarum quedam sunt intrinsece integrales. quedam extrinsece magis. Intrinsece integrales sunt v. penule eius et licet in homine sint separate tamen ab inuicem et quelibet illarum penularum est composita ex venis diuisis et dispersis per eas ad modum retis cuius vacuitates replete sunt a carne que est propria substantia epatis que est sanguis coagulatus. et in hiis venis continetur chilus qui ducitur ad minima et secundum minima alteratur et coniungitur ab epate et ideo fit ut quod toti epati contingat chilum et hoc ordinauit natura ut melior et perfectior fieret conuersio chili in sanguinem. Quia alteratio que fit secundum minima perfectior est. Sed tu dices quare non sic ordinauit in stomacho sed in eo posuit concauitatem. Dico quod hoc fecit quia in stomacho perfecta digestio non debet fieri sicut in epate. Item quia in stomacho assumuntur cibaria grosse forme que non possent per strictissimas vias penetrare. sed ad epar tamen substantia liquida debet peruenire et penetrare. et ista decoctio. et si fiat in toto epate. maxime tamen fit in parte superiori et propter hoc pars ista magis est solidior. et compacta magis. Partes eius extrinsece sunt partes quibus mediantibus cum aliis habet colligantiam. Nam cum corde habet colligantiam per venam chili que oritur a gibbosa parte epatis et arterias ut videbis in anathomia cordis. et vena chilis habet colligantiam ad dyafragma cum suspenditur et ad spondiles siue dorsum cum alligatur per panniculum eius. Panniculus autem eius est duplex s. recipiens et inuoluens et suspendens. Primus est sua substantiam velans. secundus est suspendens ipsum superius ad dyafragma. Ex prima quidem patitur dolorem extensiuum. Ex secundo patitur dolorem aggrauatiuum a re aggrauante. quedam uero sunt partes que sunt exteriores et ille sunt duplices. s. vene et canalis a cystis fellis. De canali postea videbitur. Vene autem sunt duplices s. chilis que oritur

a gibbositate epatis / et grauia siue
porta que oritur a grauitate epatis
De anathomia chilis porta videlicet
porte aut / sunt 4 venarum intrantes
epar sicut sunt 4 penule epatis
iam dicte Egredientes vero ext
epar sunt octo · due parue in qui
bus non laborabis ad discernendum
quia sufficit tibi si sequeris discer
nes sex alias Prima vadit ad
dextrum stomachi ad nutriendum ter
tiam exteriorem stomachi et specia
liter partem inferiorem 2a vero va
dit ad splenem cuius anathomiam
iam vidisti in anathomia sple
nis · et ista est valde magna et
bene discernibilis / 3a tendit ad
latus sinistrum et vadit ad intestinum
rectum ad excitandum a cibo humi
ditatem si qua remansit innatura
Sed quarta vadit ad superiorem par
tem stomachi dextram ad nutriendum ipsam
in opposito eius que veniebat a
splene ad nutriendum latus sinistrum
Quinta pars dividitur quia una
vadit ad dextram partem zirbi ad
nutriendum zirbum in opposito illius
que veniebat a splene ad nutri
endum latus sinistrum zirbi Alia
vero pars vadit ad colon ad sustan
dum quod est in ipso ad nutriendum
et propterea in parte dextra cum colon
magis continuat zirbus Sexta
vero pars vadit ad ieiunum et re
liquum eius dividitur per intestina
gracilia scilicet ylion usque ad rectum
et in isto sunt plures vene mese
raice quam in aliquo alio · et propterea
ille ramus erit nobis valde ma
nifestus et hec de 2a videlicet circa epar
Quartum quod debes videre est
forma figura eius Nam figura
est lunaris quia grauitatem habet
et gibbositatem propter quod sunt apa
ratum in gibbo eius debet esse
figure lunaris Quinto apparet
tibi substantia eius quia admodo in
eo est caro propterea quia est sicut san
guis coagulatus ideo est etiam eius
complexio calida et humida Iuvamentum et
operatio eius est chilum sanguificare
et quia ydropis est proprium nocumentum
sanguificationis manifestum est quod ydropis est
propria passio epatis Quod autem
aquositas vel ventositas humida
perueniat ad totum ut in ypostasi epa
tis patet quia per venas · quam

aquositas et ventositas peruenit ad
grauitatem venarum ut in asclite et tym
panite determinatum est supra in anatho
mia ventris et stomachi
Cistifellis locus est in grauitate
epatis in media penula eius
et causa huius sunt quod coleram quam con
tinet debet transmittere ad intestina · propter
causam dictam superius unde aut aliquis
coleram transmittit leviter ad intestina · quod
si esset locatus in gibbo epatis item tunc
non attingeret intestinum colon propter nocu
mentum superius dictum Sed tu diceres quod
quo verificabitur dictum Galieni 3o de iuvamentis
membrorum capitulo 3o quod purgatorium colere
est in medio venarum · que portant san
guinem ab epate et venarum inferiorum que
attrahunt et adducunt chilum ad
epar Dicendum quod illud dictum habet
veritatem de loco colli cistifellis · quia
initium colli eius est in medio epatis
ut potes videre ad sensum · et debuit esse
initium sui actus cum in medio epatis
compleatur digestio humorum · ergo ibi
debet sanguinem deputare a superfluitatibus
omnibus · et ideo collum cistifellis debuit
ibi esse vel ortum habere / et licet
bursa sive vesica cistifellis sit lo
cata ut dictum est / sed tu debes videre
et colligantiam eius apparet ex ramis
suis quos discernes elevando cisti
fellis a parte inferiori / et tunc certe
videbis quod habet duplicem partem scilicet
vesicam continentem et collum suum
deferentem et deportantem / et illud
collum usque ad distantiam quandam
est unum et postea bifurcatur / et unus
ramus eius penetrat ad epar ad
medium sui · vel melius oritur a me
dio loco epatis ad attrahendum co
leram ab epate Alter ramus ma
gnus descendit ad intestinum duo
denum sicut vidisti superius · et ille bifur
catur · quia ab ipso parvus ramus
ramificatur quia vadit ad fundum stomachi
ad confortandum digestionem et ille
fuit parvus ut expulsiua non super
flue stimularet et illud est verum ut
in pluribus · aliquando vero iste ramus
est maior eo qui vadit ad intesti
num predictum Et ex hiis ad sensum
poteris videre solutionem cuiusdam
dubitationis que consueuit fieri 3a
de crisibus nathibus vero Quare
dicit Galienus quod per illud collum sup
cistifellis attrahit coleram et expellit
quia videtur tunc quod expellat ad idem

membrum et locum in quo attrahat
ad quod declaratum est quod id est ideo colli
usque ad quandam distantiam. Postea non
bifurcatur. Ex quo apparet tibi que
sit colligantia cistis fellis quia colli-
gantiam habet cum epate intestinis et
stomacho. Item habet colligantiam cum vene re-
nalium arteriarum et nervorum cum aliis
eo quod ad ipsum preter canalem pervene-
runt vene et arterie quas potes vi-
dere ad sensum ad ipsum intrantes. Quia
ex ipso non videtur quod pervenit
ad eius gravitatem secundum G. in commento 3o
sic ad ipsum pervenit nervus quibus
mediantibus habet sensum. Et ex hiis appa-
ret quis numerus parvus eius et quantitas
scilicet que sit quantitas eius et quantum
scilicet que sit figura eius quia figure
oblonge cum rotunditate substantia eius
pelliculosa est. Et iuvamenta eius pa-
tent ex dictis quia factus est ad at-
trahendum coleram rubeam et superflu-
am ab epate et ad expellendum eam
ad intestina ut dictum est. Ex hiis
potes videre que sint infirmitates
que in ipso possunt contingere et sunt
valde nocentes quia sunt opilan-
tes. Ista autem opilatio potest dupliciter
esse quia vel est opilatio facta
in collo eius quod tunc cum non ex-
purgetur colera ab epate cum sangui-
ne permiscetur per totum corpus et
si ipsa sit subtilis colera et corpus
sit aptum ad febrem tunc ipsa est causa
febris putride colerice. Si non sit gros-
sa causa erit ictericie et tunc ege-
stiones possunt esse colorate secundum quod
magis et minus secundum quod magis vel
minus de colera attraxit ad intestina.
Secundum autem accidit quod illa opila-
tio est in canali que pervenit ad
intestina quia clausus est canalis
et tunc putrefiet et generabit febrem
tertianam vel quotidianam et tunc ege-
stiones non erunt tincte sed tertia
est quod existit opilatio in canali que
pervenit ad epar. et tunc egestio non
erit tincta neque ad cistim colera at-
trahitur et ideo in eo non continebitur
et propter non putrefiet in loco pre-
cipuo et ideo colera generat tertianam
vel febrem quotidianam. Et nota bene
has opilationes quia multum va-
lent tibi ad curam et multotiens con-
tingit et ex hiis habes anatho-
miam perfectam epatis. Igitur hiis
expeditis poteris elevare splenem

et abscindere epar sed non in toto sed
circa gibbum eius ubi est origo ve-
ne chilis dimitte partem quandam ut
alia videas que reservamus ad po-
steriora de epate et vena illa. Stomachum
autem dimittas sed eleva mesenterium quia
eius anathomiam vidisti in anatho-
mia intestinorum.

Quibus omnibus elevatis apparet
tibi vena magna que est ramus
chilis descendentis et arteria magna
que est ramus adorti descendentis. Et
quia ista vena chilis est in directo
renum. Ab ipsa ramificantur due vene
que vocantur emulgentes. Quarum u-
na vadit ad renem dextrum. Altera ad
sinistrum. Orificia tamen istarum non sunt
in directo sed unum est altius et su-
perius altero. Et hoc ne unus renum im-
pediat alterum in attrahendo. Superius
autem ut in pluribus est orificium vene
que pervenit ad renem sinistrum. Et
licet aliquando sit econtrario. Et causa illius sunt
quia ut in pluribus ren dexter ma-
gis debet esse elevatus ad superiora quam
sinister. Et hoc causa quia calidi est ele-
vare ipse autem calidior est ipso sinistro.
Item quia monoculum intestinum lo-
catum erat in dextra parte sub rene.
Item epar erat elevatum superius. Splen
vero in latere sinistro magis de-
pendebat. Sed si aliquando epar esset ma-
gnum monoculum autem parvum esset. Colon
vero in parte sinistra esset elevatum
et pars sive ren sinister esset cali-
dior dextro. Tunc esset econtrario. Hoc tamen
raro est. Quelibet harum emulgen-
tium vadit ad renis gravitatem. Et
ideo debes circa carnem excoriare. Et
melius est ut excarnes illam que
vadit ad renem dextrum propter causam
que dicetur. Et in ea renes concava
et videbis quod ad concavitatem et
gravitatem venit renis. Cum renis
iam tibi apparet locus. Quia locus
eius est quod iuncta epar. Sed tu di-
ceres quare non sunt inferius
iuncta vesicam. Dico quod causa huius
fuit ut bene attraheret aquositatem
ab epate. Quando enim membrum attra-
hens est prope illud a quo debet
attrahere tunc attractio est me-
lior. Colligantia etiam eius cum
epate apparet quia magnam ve-
nam recipit ab epate mediante ve-
na chilis. Ut per venam illam aquo-
sitatem urinalem que annexa est

superflua corpori. Postquam sanguis e-
gressus est epar attrahit et expellat
sed cum hac aquositate attrahitur
aliquid sanguinis. quia secundum G. 1°
de iuvamentis membrorum capitulo 3° et 3° de
virtutibus naturalibus ad membra ad
que superfluitas aliqua attrahitur per
canalem latum simul cum superfluitate
iuvamentum s. sanguis simul attrahitur
Et est causa quare ad splenem
et renem simul cum superfluis propriis
utrumque attrahitur sanguis sed
ad utramque vesicam fellis s. et
urine pura superfluitas attrahitur
sine sanguine mixta sed ad ve-
sicam depurata et separata a san-
guine. ergo oportet ut in renibus co-
letur et depuretur colatur autem quod
ad concavitatem pervenit renum quam
videre debes scindendo renem in
parte gibbosa eius non concava et per
longum protrahe usque ad concavitatem
videas autem statim apparet tibi
quidam panniculus sine carne pen-
nis carens. et ista est vena emul-
gens raca facta ad modum cola-
torii. et per has porositates habet
urina transire. sanguis autem
non. et ideo colatur urina et distil-
latur inferius in rene ad orificium
vene cui continuatur porus uritidis qui
descendit inferius usque ad vesicam
et urina per ipsum descendit ad vesicam
et ex hoc apparet tibi quod habet colli-
gantiam ad vesicam. sicut habet colli-
gantiam per arterias que ad eum perve-
niunt cum corde et cerebro ratione
nervorum qui perveniunt a nucha ad te-
gendum panniculum eius. quo mediante
sentit et sanguis remanet in re-
ne et attrahitur ad substantiam eius
et nutrit eum. Ex hiis apparet
3m s. quis numerus. quia primo distinctum
est quod duo sunt. dexter et sinister
et causa una sunt ut si nocumentum
uni accidat alter operationem perficiat principaliter
secunda sunt ut totam superfluitatem
aquosam que multa est plus
quam aliqua alia sine digestione vel
complete possent attrahere Et ex
hoc apparet quod tamen unus sunt splen
et unus cistifellis Et cum dicis
quare non sunt unus magnus
potens attrahere totam aquositatem
ad hoc videtur G. in preallegato quod
si esset tamen unus magnus tunc corpus
humanum rectum non esset et in
lateribus esset inequale quod verendum
et enorme esset. Situs autem renum
patet. quia [illegible] gravitatem
et panniculi colatorium. Ergo notes quan-
titatem et figuram. figura oblonga
est ut ab ipso et in ipso distincta
forent duo orificia predicta. Appa-
ret et quantum quod que est substantia eius quoniam
carnosa est et solida multum ut ab
aquositate mordicativa non ledatur
vel solvatur. et apparent iuvamenta
renum Et ex hiis nota hic quod in renibus
ex quolibet genere egritudinis accidit
difficilis egritudo. Primo ex mor-
bo complexionali ut ex superflua cali-
ditate dyabetes quod secundum G. 6to
de interioribus assimilatur lienterie stomachi
quia tanta aquositas subito ex-
trahitur et expellitur sine digestione
a renibus. Patitur etiam morbum compo-
sitionalem proprium et specialiter in uno ut
lapidem pilos arenulas lapides
autem aut arene generantur ut plurimum in
eadem materia et in eodem loco. nam materia
omnium eorum sunt humores grossi
qui inspissantur et densantur a caliditate
renum. et interdum est quod pori in-
spissantur. tunc fiunt pili subtiles
et longi. quia materia eorum per poros
aliquos strictos paulatim expellitur
et continuata sunt a poris tales ex-
pelluntur paulatim. et continuo fit quemad-
modum pili et capilli. in qua illa materia
plus exuritur generatur arena que
aggregata generat lapidem. et
hic lapis est rubeus. quia renes
rubei sunt Et ille lapis si sit
ita magnus quod non possit egredi
per porum uritidem vel non frangitur
faciliter [illegible] cure. quia non
nisi per incisionem. a qua [illegible]
[illegible] Si non sit primus et frangi-
bilis difficulter curatur et expellitur
cum fortissimis doloribus cum transe-
at per membra valde sensibilia et
ingrediatur per tortuositates vesice
que sunt ita stricte. sed fortitudine
virtutis aperiuntur et dilatantur
et non est longinquum quod aliquem scin-
dant. Patiuntur etiam renes so-
lutionem continuitatis quantum ad venam
eorum ex qua accidit fluxus san-
guinis cum urina. Et nota quod
hec solutio continuitatis huius vene
que est causa fluxus sanguinis
proprie debet intelligi esse facta et
fiat in parte in qua vena illa

est subtilior et rarior et hec est pars panniculi velatoris ut apparebit tibi ad sensum et ideo quia illa solvitur cum debet sanguinem prohibere descendere non prohibet ideo sanguis egreditur cum vena et sic minuitur sanguis. Cuius est quod dicunt alii quod id accidit ex vena soluta super renes et dicunt sperma causa est eius quia vena dilatatur in generando. Sed tene primum dictum quia rationabilius est et sensui magis concordat. Quatur 3o sine quarto generatiunem oppositam ut apostema et tunc inhereret dolor in fixus propter substantiam suam solidam aggravans ac si lapis esset in loco infixus et in dolore est multum aggravat tum colica tamen de hoc dictum est supra. Hijs cognitis non eleves renes sed quere venas adversa spermatica ut videas ortum eorum et ideo dato quod vesica sit gravata quatuor membrum generationis tum similitas anathomiarum vasorum spermaticorum et testiculorum.

Debes ergo scire quod membra generationis in viris et mulieribus conveniunt in aliquo et in aliquo vero in aliquibus differunt. Conveniunt primo in vasis spermaticis quantum ad ortum eorum quia secundum Avicennam 3o canonis fen 20 et 21 de anathomia matricis vasa spermatica in viris et mulieribus oriuntur iuxta renes ita scilicet quod vasa spermatica que sunt in parte sinistra ortum habent a vena emulgente sinistra et dextra ortum habent super renes scilicet vene a vena chilis et arterie ab arteria adorti et quia hee vene ortum habent a corde et epate ut infra videbitur. Potes cognoscere quod vasa spermatica sunt diversa a corde quia non tangentur sed mete et hic in viris et mulieribus poteris videre licet dissonant in loco originis in locis tamen ad que terminantur in mulieribus et viris multum differunt quia in mulieribus terminantur ad matricem in loco exteriori ubi sunt testiculi. Primo propter loquendo extra matricem revolvuntur et exeauntur et exeunt tarnibus minutis glandosis replentur et ipsa non sunt veri testiculi sed viri vero sunt sicut testiculi leporum facti propter predictam utilitatem et ut generet quandam humiditatem

salivalem que sit causa delectationis in mulieribus. Praeterea illa hec vasa penetrant substantiam matricis et ad concavitatem eius pertingunt et fiunt ora ipsorum et vocantur cotilidones quia eis mediis alligatur fetus matrici per que etiam fit fluxus menstruorum et quedam perveniunt ad os matricis nervosum ad apportandum humiditatem salivalem iam dictam. Et ab hijs venis oriuntur vel ramificantur due vene a quolibet latere una que in matricem penetrat et ascendit et quanto plus ascendunt minus occultant et extra matricem magis apparent donec perveniunt ad mamillas. Et ideo in mulieribus quando tu facis anathomiam in matrice has venas considera et conserva huius locum in hac muliere scilicet in porca aut in alio animali habente inter mamillas in matrice ille vene oriuntur a matrice et manifestant in matrice et per hanc venam vel has venas descendit ad confinium pectoris inferius.

Sunt in directo pomi granati una vena que venit ad mamillas ad decoquendum sanguinem qui debet converti in lac et ista non videtur nisi una et in porcis pregnantibus valde apparet et tunc apparebit tibi colligantia matricis et mamillarum per venas et etiam apparet quare appositio ventosarum ad mamillas restringit fluxum menstruorum. Et ut conveniens sit sermo. Si facis anathomiam in muliere debes post vasa spermatica videre anathomiam matricis. Et sicut in aliis membris videas primo locum et colligantiam 2o figuram 3o quantitatem 4to substantiam 5to numerum partium eius 6to iuvamenta et nocumenta eius. Locum eius videbis quia est situata in granite alchatim et est granitas fundata spondilibus alcatinis et caude a parte posteriori et ex parte anteriori que dicitur pecten vel femur. Et ipsa matrice locata est inter intestinum rectum quod est sicut vesica eius a parte posteriori et vesicam a parte anteriori et specialiter quantum ad collum eius alter sit granite vesice inter dextrum autem et sinistrum est posita in medio

directe Ideo videas colligantiam
eius que iuxta est · quia colli
gantiam habet cum cerebro ratione
nervorum multorum et propinquus cum sto
paci ratione continuitatis cum membris
que in medio ut dyafragmati re
nibus et matrice Quia mediantibus
hiis cum predictis colligatur et spe
cialiter cum mamillis ut dixi · Uter
etiam cum eis sit colligans mediantibus
aliis venis que oriuntur a ve
na chilis ascendente que oritur
sub furcula ut infra dicetur · col
ligata est etiam cum membris inferio
ribus ut cum vesica per collum eius
· et intestino colon alligata est
anchis et vicinis partibus umbi
licum sive que sunt ligamenta
grossa et fortia alligantia ma
tricem ad anchas que iuxta ma
tricem sunt grossa et lata iuxta
anchas subtilia procedentia sicut
cornua a capite animalis ideo vo
cata sunt cornua matricis / Figura
eius est sicut quadrangularis tamen
quadratum rotunditate habens collum
longum in parte inferiori · et huius
figure sunt exigentia loci et v
tilitas vel necessitas per quam
sunt creata sicut post dicetur
quod propter talem figuram habet di
stinctiones cellularum septem que
dicentur Tercio videas de quan
titate eius Cuius quantitas ipsa
est mediocris secundum quantitatem re
sidue Variatur tamen ratione aliorum
quia maioratur et minoratur ratione
impregnationis quia mulier que fe
cundavit habet maiorem matricem
quam sterilis Ideo ratione coitus quia
mulier utens coitu maiorem
habet matricem quam in virgine vel
· in continente · sicut accidit viris
in pudendo · eo quod operatio magni
ficat membrum secundum Galenum · 6to de in
terioribus 3o ratione etatis · quia iu
venis maiorem habet puella et et
iam senili · 4to ratione complexionis et
habitudinis corporis Ista potes
colligere secundum Galenum 11o in ca. predicto
Et propter istas causas mulier quam
anathomizavi anno domini 13 · 71 ·
de mense Januarii maiorem
in duplo habuit matricem quam illa
que eodem anno de mense mar
tii Potuit etiam esse et quinta
causa quia posuit ibi auctor s.
quia prima erat vetera menstrua
et menstruata sed in tempore menstruationis
impregnata et ingrossata materia di
versificatur aut materia plurium ge
nerantium maior est quam materia v
nius generantis et propter tenuitatem ma
ior erat materie porte quia que
nathomizavi anno 1 3 · 06 quam umquam
viderem in femina humana Po
tuit tamen esse et alia causa quia
erat pregnans et in utero ha
bebat 13 porcellos et in ea mon
stravi anathomiam fetus sive pre
gnantis quam tibi narrabo · Sexto
videndum ad substantiam eius substantia
eius est nervosa et pelliculosa
ut possit dilatari ad fetum con
tinendum · ideo et frigida et sicca est co
plexionis · et substantia eius est spissa
multum quia spissa in dilatatione
non · Quinto vide debes numerum partium
eius · ipsa enim habet partes extrio
res et extrinsecas · extriores sunt la
tera in quibus sunt alligati testiculi
vasa seminaria etiam dicta cornu
a eius et collum eius extremitatis
est vulva Et circa collum nota
quod ipsum est longum in quantitate pal
mi ut virga latum et dilatabile
et ideo pelliculosum et rugosum
rugas habens ad modum sanguisu
ge ut titillatio ei ex motu
virge contingat et in extremitate eius
superiori vel anteriori est foramen
colli vesice infra vulvam per duos
vel tres digitos · et in extremitate
vulve sunt pellicule due se ele
vantes et deprimentes se supra
orificium predictum ut prohibeant
ingressum aeris et cetera extrem
peracta in collum matricis vel re
cte sicut pellicula pueris virginibus
(...)bicerum · et ideo vocat eam hali
albas loco pallegato (...)itia ma
tricis Partes intrinsecas poteris
videre scindendo eam per medium
· et tunc videbis quod eius est ner
vosa multum sicut ad modum cera
tuli iuxta nati · vel ut (...)ius
loquitur ad modum tele aranee
· et in superficie eius in virginibus
est velatum velamine subtili ner
voso · et hoc in violatis corrumpitur et
ideo sanguinatur Continentias vero
eius habet 7 cellulas · iii in par
te dextra · et iii in parte sinistra · et
unam in summitate seu in medio eius

eius et ille cellule non sunt nisi
quedam concavitates in matrice exi
stentes in quibus sperma potest co
agulari cum menstruo et contineri
et alligari orificiis venarum
Ex hiis omnibus apparent iuvamenta
matricis quia primum est fetus
propter conceptionem et ex consequenti ut
totum corpus superfluo sanguine
et indigesto purgetur et hoc in
homine quia alia animalia me
struorum fluxum non compatiuntur
quia tales superfluitates sumuntur
in eis in pellem pilos ungues
rostra et pennas et hiis homo
caret Et ex hiis patet quod multis
passionibus est submersa et mul
ta membra eius per compassionem
compatiuntur. que sunt ei passi
ones propter accidentia et cause et
cure longinquum esset enarrare
et extra propositum intentionis sed quere
illud in locis appropriatis ut in
3a canonis fen 21a et Serapione Ra
si et Iohanne Mesue et com
passiones sunt tot quot sunt me
bra quibus alligantur que iam
vidisti Unum tamen ex anathomia
poteris comprendere quod ponit Galienus 6o
De interioribus scilicet quod suffocatio ma
tricis non fit quia matrix cor
poraliter moveatur usque ad gu
lam vel pulmonem quia hoc est
impossibile sed hoc accidit quia ipsa
non potest expellere vapores per
partes inferiores propter aliquam
causam ideo movetur et constrin
gitur in parte inferiori ut ex
pellat ad superiora. et si isti vapo
res propter colligantiam iam dictam
pervenerint ad stomachum et per compassi
onem ad auriculam cordis faciunt
singultum et eructuationem frequenter
et tunc mulieres dicunt quod ma
tricem habent in stomacho Si vero
hii vapores ad pulmonem pervenerint
et impediant inspirationem eius et
dyafragmatis scilicet anhelitum. dicunt
mulieres quod matricem habent in
gula sive in trachea arteria
que ordinata est ad inspirationem
anhelitus inmediate Si vero illi va
pores pervenient ad cor quod
raro contingit suffocantur cum sin
copi pariuntur et tunc dicunt
mulieres quod matricem circa ad cor
pervenerit Unum est quod hec suffocatio

fit per compassionem ad dyafragma
propter alligationem quam matrix habet
ad dyafragma et ad lumbos Non
enim pervenit ad hec membra sed
vapor quo autem possit et per quas
vias pervenire potuisti videre Et
que sit curatio et cum quibus hec
queras ab auctoribus quia ana
thomia a nobis proposita dat notitiam locorum
et ideo narravi anathomiam ma
tricis et vasorum spermaticorum mu
lieris Et visa est convenientia
oppositum in viris et mulieribus quantum
tum ad originem. sed dictum est. quod
tamen in viris testiculi sunt extra
sicut sunt in quolibet animali
quod dicitur esse morosum in coytu sicut
omnia quadrupedia preter equum
vasa habet spermatica intra mirach
non terminantur sed egrediuntur mi
rach et testiculis copulantur ut
duobus suspensoriis Quia membra
nobilia non sunt tuta ab offen
sionibus extrinsecis debent igitur esse
velata panniculis Ista vasa non
contenta in mirach et contenta et
velata sunt panniculo orto ad
syphac quod nominatur didimus. cuius
orificium est in fine ylium clau
sum sed nimium existens in pressu
eius secundum quantitatem eius vasa
rum dilatatum existit in fine eius
dilatatur ad quantitatem testiculorum
et in parte ista vocatur bursa
testiculorum sive ozeum sic apparet osseum
tibi figura istius didimi et quan
titas et numerus panniculorum eius et sub
stantia et positio seu colligantia
Apparet etiam eius iuvamentum
quod factum est ad continendum ad
custodiendum testiculos et vasa
spermatica venientia ad eos. egri
tudo est specialis cuius cognitio
et cura declarata ex anathomia
Et est dilatatio orificii eius
propter nimium que causa est ut illa
que inter syphac continentur de
scendunt in ozeum et talis descen
sus dicitur hernia Et quia
illud quod descendit possibile
est quod sit ventositas vel aquo
sitas vel intestina. et secundum hoc
triplex est hernia scilicet ventosa aquo
sa et intestinalis Carnosa vero
non causatur ex descensu alicuius
Curantur autem hee passiones per con
strictiva emplastra et ligationes secundum

quod ponunt auctores sed illa que
est intestinalis specialiter quia per-
cessit iam circumgyra curatur.
Et modum videas quia supinatur
homo et intestina reintromittuntur
sive ad proprium locum redditur. Postea
ca testiculi reducuntur superius donec
sit in loco altiori in quo posset
esse et illum locum signa quia
tunc est recte super os femoris
et in loco illo debet fieri incisio
vel perforacio non super locum
illum quia tunc perforacio in-
carcerata vel aliquod intestinorum non
debet etiam fieri infra locum illum
qui remanet post consolidacionem
eminencia magna preter naturam
Significato loco debet fieri perfo-
racio et ista fit a quibusdam cu-
rasoris et circumcisis expediunt et ra-
dunt cum ea extraenando didimum
et testiculum ab orco et postea al-
ligant in parte superiori et ab-
scindunt didimum et non testiculum
et sumunt et ligant in parte su-
periori et ponunt medicamina for-
titer constrictiva et dimittunt
Vel fit illa perforacio cum cauterio
caustico corrumpente et adurente
cutim in loco illo postea ponunt
arsenicum sublimatum quod corro-
dit et causticat et stringit adu-
rendo et omnes partes didimi
corrosas extrahunt postea vero
consolidant

Expedito didimo debes scire
quod auctores ponunt scilicet quod va-
sa spermatica sunt duplicia pre-
paratoria et differencia preparato-
ria sunt hec que descendunt
a locis predictis ad testiculos
et iuxta partem superiorem testi-
culorum ingreditur et ista vasa
sunt nervosa magis et quanto
plus ascendunt ad testiculos
tanto magis sunt nervosa et a-
scendunt usque ad locum ossis fe-
moris ubi incipit didimus egre-
di et tunc profundantur in nervis
iuxta loca vesice et colli eius
et tamen procedunt usque ad vir-
gam et ad meatum virge per-
venit in loco qui est in fora-
mine ossis femoris et tunc per-
meatur qui ibi sunt duo scilicet
vasa preparata que emittunt ista
que appertinent a testiculis

quod ab eis generatum sunt in capite
aliqui et illud sperma emittunt in ca-
nalem virge virga vero postea ext-
emittit vm est quod illa foramina
non bene poteris videre nisi quia
anathomisatis virgam Et ex hys tibi
de testiculis hominis et vasis sper-
maticis apparet figura et substancia
quia testiculi sunt glandosi appa-
rnit quantitas et posicio et colligan-
cia apparet etiam iuvamentum eorum
Et ex hys apparet egritudo quando 172
inducuntur vel apostemantur vel opi-
lantur vasa vel alia de causa materia
spermatis non pervenit et cessat coy-
tus Sicut interdum propter opposita
causas fit emissio spermatis invo-
luntaria et maxime contingit propter
spasmum vel mollicies predictorum
membrorum et vasorum

His completis eleva et valde
extraenando vm pocius verticem
vel ambos et videbis quod terminantur
ad vesicam iuxta meatum eius Et non
est perforacio vesicam directe vero
foramine magno sed foraminibus
parvis et obliquis et lateralibus
procedentibus intra tunicam et tunicam
vel inter tunicam et receptorium et hoc
factum est ut quia vesica impletur
urina urina vero non redeat
ad renes urino quanto plus repletur
magis tunc illa foramina clau-
duntur quia paries urinis tunice
ad parietem alterius tunice sive
receptorii applicatur Scinde ergo
vesicam et videbis eius magnam
concavitatem que nervosa est et
videbis eius collum carnosum
et musculosum ut temporalibus deter-
minatis quando oportet et homo velit
expellat urinam et quando est
intrem remeat et quia muscu-
losum est eius collum si incidatur
vesica in eius collo consolidatur preter
si in fundo non Collum autem eius est
perforatum foramine recto per quod
emittit urinam ad canalem vir-
ge et extra egreditur nam illud
collum statim est continuatum cum
primo virge ut poteris videre
Et sic ipsius vesice pz quantitas
locus seu colligancia iuvamentum et
substancia et iuvamentum Egritudi-
nes potest pati omnium modorum
una tamen patitur que dicitur
litiasis nam in eius quantitate

grauitate pt' ḡnaū lapis ex humo
rib; inuiscillaginosis congregat' inea
et condensat' a caliditate superflua
et hic lapis creatur cū dispositio
nib; eius uel per missionem Na
hic lapis situato homīe debito
modo ne possit se mouē sedendo
dz cum digito posito in anū et
cū manu a posita super femur
conduci ad collum vesice et con
ductus ibi retineri Deinde dz fieri
incisio in loco colli et cū tenacu
lo violent' extrahi et hoc si la
pis est magnus si uō sit paruus
qd per canalem virge possit ex
trahi dz p compressionē factam
cum digitis ex collo uesice co
ducto usq; ad virgam et si non
egreditur cū tenaculo paruo
debet extrahi

Ultimo uō est virga continuata
cū collo vesice cauernoso con
tinuata cū ligamentis et cordis
que oriuntur ab osse femoris cū
multis neruis ortis a nucha
et id est valde sensibilis et exte
sibilis est etiā continuata cū ma
gnis venis et arteriis Quia ad
virgam et ad linguā veniunt
maiores vene et arterie qz ad
aliquod membrū eiusdem qn̄
titatis venis et arteriis ortis a
vena descendente et arteriā in
loco ubi bifurcat' ad duas an
chas et id in loco ptimeon in
volute sunt ille vene et ar
terie et sunt magne et ibi
est locus seu principiū virge
Et ppz hoc hee vene sunt sic
radices virge et ppter istas vir
ga tota est neruosa et sue cauer
nositates replentur ventositas
generata in predictis arteriis
et quia ventositate replentur
erigitur virga et ut melius
anathomiam eius videas debes
ossa separare femoris et eleuare
virgam cū vesica et intestino
recto uel sine illis et diuide
virgam in longitudinem usq; ad
canalem eius et tunc in principio
eius apparebunt tibi duo foramī
na predicta et apparebunt eius
cauernositates Ex hijs que vides
qn̄titatem eius quia qn̄titas siue
longitudo eius est unius palmi
sicut et longitudo colli matricis

Apparet etiā substā eius quia nō
vacua est preter extremitatem eius q̄e
vocatur sphincter Apparet etiā nūs
paruū eius apparet positio et colli
gantia figura uō eius oblonga
quia virga in homine est absoluta
non applicata ventri sicut in q̄
drupedibus et causa sunt quia
homines in coeundo non coniungunt
sm̄ dorsalia sz amplexando Et
si x cū virga eleuasti intestinū
siue extremitatem intestini recti cuius
anathomiam diximus supra tunc
in illo cognosce intestinū siue ex
tremitate eius que dicitur anus
musculos mouentes seu capientes
et constringentes Considera etiā et
venas emorroydales que in extre
mitate eius sunt et in aliquibus
sunt magis pfunde sicut in qui
busdā predictis terminat' aperiunt
et fit fluxus emorroydarum Et
in hijs completa est anathomia
membrorum naturaliū que conti
nentur in ventre Hijs expeditis
incipe excoriare ventrem me
usq; ad principiū colli quia us
qz ad principiū capitis sunt mem
bra spūalia Et nō sunt priores
ille hēt duplices partes s' partes
continentes et membra contenta
continentia sunt membra pectoris
Et pectoris sunt duplices partes
s' exteriores et interiores Exteriores
quedam sunt directe et quedā
laterales Directe sunt siue vo
cant' partes furcule et ille sunt
due sz furcula superior et furcu
la inferior siue pfuncyle late
rales partes vocant' latera pe
ctoris s' dextrum et sinistrum
Interiores aut' partes sut qnqz
s' cutis pinguedo que note sunt
mamille musculi et ossa et carti
lagines Secūm

Mamillarū primo videas figuram
quia figuram habent curuabili
te et rotundum quia debent esse
capaces sanguinis qui debet con
uerti in lac Item quia ut di
cunt G. s' scutū cordis et ideo
non debent habere figuram totam
anteriorē talis aut' est rotunda
habet aut' papillas ut fetus no
uiter nati possint sugere lac ex
eis Deinde videas substāntiam quia in
parte hnt' carnes glandosas quia

sanguis superfluus bene decoctus
in eis debet conuerti in lac et ista
conuersio est per infrigidationem eius
et ideo carnem habuerunt glan
dosam / 3o videas quantitatem · tu
primo scias quod in muliere sunt
maiores quam in viro · quia in mu
liere facte sunt propter duo · Unum
est ut generet lac · sed in viro non
Unde in muliere debent esse magne
Item in muliere facte sunt ut
caliditatem quam recipiunt a cor
de ad cor reducant reuerberando
et hec est magis necessarium in mulieri
bus ut minus habeant de calore
circa cor quam viri Quarto nota
numerum · quia due sunt in homine
sicut in quolibet animali quod ge
nerat vnum vel duo In anima
libus autem poligonis siue in ge
nerantibus multa · plures sunt ma
mille Quinto vide locum et col
ligantiam et positionem Primo in ho
mine mamille sunt situate in
pectore · sed in aliis animalibus non
sunt in pectore Et causa vna est
quam dat G. in 7o capitulo particule
quia mamille facte sunt propter
generationem lactis · lac autem ge
neratur ex superfluitate sanguinis
bene digesti · multa autem quantitas
talis superfluitatis in aliis animalibus
transit in generationem cornuum et
in dentium et huiusmodi Aliam
causam dat Aristoteles in 2o de p
tibus animalibus · quia alia animalia
habent plicas et tibias anteriores · quod
ad inuicem complicatas · et ideo
pectus habent strictum · propter quod
mamille in pectoribus eorum non
poterant locari · et ideo habent
iuxta anchas posteriores si sint
animalia generantia vnum tantum · vel
dispersas per ventrem si generat
plura ut in porca et cane Ho
mo autem cum habeat pectus latum
habuit mamillas in pectore lo
catas Item cum hoc habent iuua
menta Nam lac debet in eis
generari ex sanguine subtiliori et
bene digesto · maior autem digestio
fit circa pectus in mamillis propter
calorem existentem in illis quam in
omnibus aliis partibus · et propter
eandem causam natura ordi
nauit venas que veniunt ad ma
tricem · ut ibi dicit G. propter totum

esse ad hoc ut sanguis continue subti
lietur et bene digeratur Secundum iuua
mentum sunt · quia sunt sicut scutum
cordis · et in homine cor bene debet
tueri · quia est sine pelle · 3m est iu
uamentum quia caliditatem vel calorem
recipiunt a membris spiritualibus vel re
ceptum vel reuerberatum ad ipsum sicut ve
stimentum · ut etiam ibi ponit G. Ex
hoc apparet colligantia earum · quia
ipse colligate sunt cum corde et cerebro
per venam descendentem a qua iuxta fur
culam ramificantur rami qui descendunt
supra dorsum et intus testam tendunt
ad mamillas Colligantur etiam cum
matrice et mediantibus venis que ascen
dunt a matrice ad mamillas de quibus
dictum est supra · Et iuuamentum eius
potes videre nominata Post mamil
las sunt musculi Musculos autem
omnes pectoris ista anathomia discer
nere non potest · licet cum eis non
discernantur quia sunt musculi
quibus omnis motus pectoris com
pletur Tamen debes scire quod isto
rum musculorum quidam sunt tantum dila
tantes · et quidam dilatantes et con
stringentes Dilatantes tantum sunt
duo musculi diafragmatis qui sunt
in inferioribus pectoris · Sunt etiam
duo musculi qui sunt in collo · sed
dyafragma dilatant in parte infe
riori / ubi est spaciositas magna
· sed illi qui sunt in collo dilatant
grauitatem superiorem que est parua
Sunt etiam musculi qui sunt in
dorso ubi est origo testarum et
incipiunt iuxta originem prime
coste / sunt etiam multi musculi
parui Musculi vero qui sunt
inter costas locati quia inter
quaslibet duas costas sunt duo
musculi quorum vnus habet villos
latitudinis · et alius transuersales post
musculos sunt ossa Ossa autem
pectoris fuerunt plura et non
vnum continuum ut posset dilatari
et constringi Nam debet esse
in continuo motu Ad motum autem
localem et voluntarium requiri
tur ossa que sunt sustentamentum
motiuum Et hec est causa vna
quare iste venter non fuit mu
sculosus tantum ut superius · neque tantum
ossuosus quantum ultimus Ista ergo
ossa fuerunt duplicia scilicet coste et
ossa toracis Coste sunt 12 · quia

qui interdum generatur. Dz forte dubi-
sic dubitauerit aliquis de loco palleto quare
natura non fecit cor magnum ut
potuisset continere omnem multitudinem
sanguinis et spiritus. sed fecit illa ad-
ditamenta. Dico quod causa fuit
quia si cor fuisset valde magnum
esset causa debilitatis virtutis
propter dispersionem spiritus. Et propterea ani-
malia que habent corda magna
sunt timida ut lepus et ceruus.
Secunda causa fuit quia cum non semper
in nobis generetur multum sangui-
nis et spiritus ut plurimum in cordis
concauitas extitisset vacua. sed quia
ille auricule de facili possent con-
trahi quando non sunt replete igitur
non erit vacuitas. Item euitatur
ponderositas. Que autem sunt circa
a corde subsequenter apparebunt. Par-
tes autem intrinsece cordis sunt ventri-
culi cordis dexter et sinister et
medius. Scinde ergo cor primo in
parte dextra et incipe a cuspide
eius sic quod aliud parietem non
tangas sed a latere ventriculi me-
dii diuidas. et tunc occurret tibi
statim ventriculus dexter et videbis
in eo duo orificia quorum unum est
versus epar. et est orificium per quod
vel a quo ad ingreditur vena chi-
lis et est orificium maximum. quia
per hoc orificium cor attrahit san-
guinem ab epate et ipsum expellit
ad omnia alia membra. et quia
per illud orificium habet plus attra-
here quam expellere ordinauit natura
ut clauderetur hora constrictionis qua
debet expellere. Et apparet quia cor
dilatatur et attrahit tria hostiola
que ab extra aperiuntur ad intus
et quia per idem orificium fit etiam
expulsio sanguinis perfecte decocti.
et licet non totus expellatur quia
aliqua porcio eius expellitur ad
pulmonem et alia pars eius transit
in spiritum. ordinauit natura ne illa
hostiola essent multum depressa et
ut perfecta clausura non clauderetur.
Nota tamen hic duo. primum est quod sensus
tibi debilit quod vena chilis habet
(chilis) originem suam a corde quia cum
substancia cordis est continuata et ipsum
non perfixit. et est iuncta cordi sicut
stipes arbori. Et secundo aduerte quod
ab ista vena antequam concauitatem
cordis ingrediatur oritur vena que

circum circa radicem cordis circulatur et
ab eo rami oriuntur diffusi per substanciam
cordis. et ex hac vena nutritur cor id est
ex sanguine huius vene. Propterea secundo ver-
sus pulmonem est aliud orificium vene
arterialis que portat sanguinem ad pul-
monem a corde. quia cum pulmo deser-
uiat cordi per modum dictum ut cor ei
repletur et transmittit ei sanguinem
per hanc venam que vocatur vena
arterialis. Vena que portat san-
guinem arterialis quia habet duas tu-
nicas et habet duas tunicas quia
primo vadit ad membrum quod existit
in continuo motu. Secundo quia portat
et subtilem et colericum ut igitur talis
non euaporet et ut non statim sen-
darunt hec vena propterea habet duas
tunicas. igitur dicta est vena arterialis.
Et in orificio isto vel istius vene sunt
tria hostiola que aperiuntur ab intus
ad extra. et clauduntur ab extra ad in-
tus perfecta clausione. quia per hoc
orificium cor tantum debet expellere a se ho-
ra constrictionis et non debet retrahere
aliquid hora dilatacionis. Hoc viso scin-
de ventriculum sinistrum ita quod rema-
neat paries in quo est ventriculus
medius et tunc statim apparet tibi
grauitas ventriculi sinistri cuius pa-
ries est grossior parietibus ventriculi dex-
tri. et hic natura fecit propter tria. primo
quia hic ventriculus debet continere spiritum. sed
dexter sanguinem. Sanguis autem gra-
uior est spiritu. propter quod cum in con-
caua plus aggrauat partem dextram
quam sinistram. et ideo cor non fuisset
equalis stature. ut igitur sit equa-
lis ponderis fecit parietem sinistrum
grossiorem ut recompensaret sua gra-
uitate grauitati sanguinis. Secunda
huius causa est quia debet continere spiritum
qui facilis est resolubilis. ut igitur
non resoluatur paries sunt spissius.
Tercia causa est hic primum debet
spiritum generare ex sanguine. spiritus generatur
ex sanguine a forti caliditate subtili-
ante et euaporante. Fortior autem
est caliditas que est in maiori et profundiori
densiori. hic igitur paries huius ven-
triculi fuit spissus et densus in con-
cauitate autem circa radicem sunt
duo orificia. quorum unum orificium
arterie aorti que dicitur adorta
quia immediate a corde orta. vel quod
est principium originis omnium arteriarum
que sunt in corpore. et per istam

transmittit cor spiritum in ipso generatum ad omnia membra que constringit. et propterea natura ordinavit in primo principio ipsius orificii tria hostiola de sa valde que perfecta clausione clauduntur ab extra ad intra. et aperiuntur ab intus ad extra. et hoc orificium est valde profundum. Aliud est orificium arterie venalis que dicitur arteria quia vaporem portat et venalis quia tamen unam habet tunicam. quia natura non multum fuit sollicita de custodia eius quia per ipsam transit est vapor caprinosus vel aer que attrahit cor a pulmone et per istam venam cor attrahit et expellit. nam in hoc orificio tamen duo possunt hostiola quorum dicta perfecta clausione non clauduntur. et sunt hostiola ista multum elevata ut cadant parieti cordis quia expellit et transmittit spiritum ne per ipsum spiritus expellatur. et sunt ista inmeabilia aperta nec sicut inmeabile est opus ventriculi medii. Nam iste ventriculus non est una concavitas sed plures. ut late magis sunt in parte dextra quam in sinistra. Et hoc ut sanguis qui vadit ad ventriculum sinistrum a dextro quantum debet fieri spiritus continue subtilietur. Quia subtiligans eius est preparans ad generandum spiritus. et natura non transmittens eo ad membra vel viam aliquam nunquam transmittit oriose illud sed preparando ipsum ad formam quam dat susceptus ut frequenter ponit G. in libro de iuvamentis ut in c.° v.° de venis membri semper. et hec de partibus substantialibus cordis. Alie sunt partes que sunt orte et ille sunt 4.or scilicet vena chilis vena arterialis arteria adorti ad pulmonem unde anathomiam statim videtis

Ex dictis aliqualiter apparere potest substantia pulmonis et iuvamentum per cui eius. Nam ipse completus est ex triplici vase ex carne molli et pinnulis cordis que portant nutrimentum sanguinem nutrimentalem pulmonem. Secundo ex arteria venali que ex sinistro oritur ventriculo portans vapores caprinosos ad pulmonem. et per eandem aerem ad cor a pulmone. Et 3m est trachea arteria que ad pulmonem et portat aerem et ab ipso extra reducit et hec vasa omnia conveniunt in hec quod primo quando ad pulmonem veniunt in duos ramos dividuntur. Unus vadit ad partem dextram eius. alter ad sinistram, et quilibet eorum dividitur in duos ramos magnos quorum unus vadit partem superiorem pulmonis. et alter ad inferiorem. Postea etiam vadunt sic dividendo usque ad ramos capillares in minimos. et ad invicem continuantur et contexuntur sicut rethe. et componunt sicut rethe substantiam pulmonis. et sicut vene epatis substantiam. Et scias quod rami. tracheae arterie sunt iuxta ramos/ vene arterialis ut cibentur ab ea, et iuxta ramos arterie venalis ut aerem transmittant ad arteriam venalem ut eum portent ad cor. et a corde ducat ad tracheam arteriam. Iste tamen vie vel rami sunt inter has ita stricti ut sicut minimi sanguis et propter aeri intrantis et exeuntis. et ideo si dilatantur superflue propter fieri exitus sanguinis sine ruptura a pulmone ad concavitatem et vacuitates huius rethis replet caro mollis ipsius pulmonis; et hec est pars 4a eius. Tertia non pars eius est panniculus eius extra ad quem terminantur orificia horum vasorum. Unum est quod orificia vasorum tracheae arterie sunt maiora orificiis alterum vasorum et apertiora. primo quia orta sunt ex stipite maiora et largiora. 2° quia sunt cartilaginosa et non panniculosa. et ideo cum sint dura magis possunt stare aperta. Et ex hiis iterum nota viam per quam a pectore ad pulmonem et tracheam arteriam expellitur screatus vel sanies aut sanguis emanans a pectore. ut in pleuresi vel conciliter eius. ut in emoptoyca passione et empimate quod non in hiis locis est congregata. ipsa dividitur ad minima et fortitudine pectoris impellit a pulmone. Et quoniam pulmo dilatat orificia vasorum tracheae arterie magis aperiuntur et per illa extrahit materiam predictam et non per alia orificia aliorum vasorum. quia non sic sunt lata neque dilatantur secundum amplitudinem. et tunc ex vasis illis ille humor vel liquor expellitur ad vias largiores et ex illis ad maiores donec ad originem perveniat canne pulmonis Et cetera. nam tussis expellitur et tussis etiam adiuvat ad penetrandum humor catarrorum in canales iam dictos Ex hiis apparet quod expurgatur hec materia et data quod non

perveniat ad cor sed si experimentaveris
ad duo vasa bene de virtute perve-
niret ad cor. Hec omnia invenitur a 6to
libro de interioribus ca 2o. Sic ergo ha-
bet vitis parvum integumentum pul-
monem. partes eius quantitative
sunt v. scilicet due in parte sinistra
et iii in parte dextra quarum 3a
dicitur pomum granatum sive valet. quia *pomum granatum*
super ipsum sedet vena chilis et arteria
in directo cordis in loco ubi vena
ascendit ad cor. Ex hoc potes videre
quantitatem pulmonis quia si sit pri-
mus non inflatus si tu sufflando
sufflaveris videbis ipsum magnifi-
cari. maior est tamen quantitas eius in dex-
tra quam in sinistra quia in sinistra
est cor locatum et occupans locum
sicut eius patet quia ad figuram
... figuratur in parte posteriori
longiorem sive magnitudinem quam an-
teriori. Eius colligantie patent ex di-
ctis et iuvamenta et egritudines eius
satis sunt note. et debes excoriare
ramos trachee arterie et videre an-
nulos rotundos quos exprimit posteri-
ores vel posteriores quia illi sunt ro-
tundi. sed si inveneris ultimus in carnea pul-
monis de cuius anathomia statum pro-
sequendum est. nec exprimit anulos per-
fectos. Et si anulos exprimeret non
tamen rotundos ...

Expedita anathomia pulmonis
oportet videre anathomiam trachee
arterie que est via ad pulmonem. sed ut
eius anathomiam videas perfecte oportet
primo anathomiam quorundam que
in ea sunt colligantium. ergo ut
tu excorienes collum sive gulam et
videbis musculos longitudinis super
quos videbis venas ex utroque latere
quod quidem sit iuvamentum eorum dicetur in
in anathomia pectoris. illis elevatis
invenies duas amigdalas ab utro-
que latere una que sunt carnes
glandose facte ad formam et figu-
ram nuclei amigdale. quarum iuva-
mentum sunt ut humiditatem quam ge-
nerant et generant humectent tra-
cheam ne exsiccetur propter motum. item
iuvamentum sunt ut repleant et ade-
quarent loca gule. quia gula propter
epiglottum in parte superiori propter strictu-
ram trachee est valde gracilis
amigdale ergo illam partem inficiant e-
piglottum adequant. 3m iuvamentum
est ut sint scutum venarum et arte-
riarum appoplecticarum que portant
sanguinem ad caput. Et arterie por-
tant spiritum qui postea in cerebro quod
oriuntur cum conflato sub cerebro fit
alius. et ille vocantur appoplectice. quia
ex plenitudine earum frequenter fit appo-
plexia. vocantur etiam vene somni
quia ex nimia opilatione fit in cerebro in-
ducta tanta somnia. vocantur etiam
profunde quia sunt locate in profun-
do nimis sive super musculos spondili-
um colli. et ut eius originem vide-
as scinde furculas et cape venam
arterie adorte ascendentes et vene a-
scendentes et videbis quod antequam egredi-
atur furcula ramificat primo in
duos ramos. quorum unus vadit ad
partem dextram alter ad sinistram
et antequam ad sub ascellam veniat
alter istorum ab altero descendit ve-
na una per spondiles dorsi ad nut-
riendum 8 costas partes superiores pecto-
ris. postea penetrant per ascellam
quamlibet predictorum et vadit per dome-
sticum brachii et in cubito apparet
una manifesta. cubiti et dicitur basi-
lica. et est inferior dolor. Et ex hoc
potes videre partes pectoris superiores
et sic apparet causa quare in pleuresi
in qua ascendit superius dolor us-
que ad furculam competit flebotomia ba-
silice ut ponit ypo. 2o regiminis acu-
torum. et G. idem. Postea dum egredi-
tur furcula et ramificatur in ramos
quorum due obliquantur et unus eo-
rum vadit ad brachium dextrum et
alter ad sinistrum et ad silvestrem
partem brachii et apparet in plica
cubiti brachii et dicitur cephalica et
hec evacuat a capite quia est con-
tinuata cum venis duabus directe pro-
dentibus superius ad caput. et ille
dicuntur vene predicte appopletice
Et sicut dixi de venis ita et eodem modo
procedunt arterie. postea iuxta istas ve-
nas arterias appopleticas invenies
nervos duos magnos descendentes
a cerebro a sexto pari inventi unus
a latere sinistro alter a dextro
et ex utroque formantur et ramifica-
tur nervi reversivi qui sunt nervi
vocis quos videbis loco suo. Resi-
duum autem dextri cum ysophago pro
maiori parte iungitur et in os stomachi
ramificatur et tendit usque ad fun-
dum et licet aliqua pars eius infra
furculam cum venis et arteriis et capsula

coniungatur sed sinistra pro maiori parte cum membris spiritualibus complicatur et quantum ad ea que cure sunt naturalibus coniungitur huius membri extremitas. Eleua simul tracheam arteriam et ysophagum. et hoc non poteris nisi alia membra serues eleues. Inde ergo et eleua mandibulas inferiores a superioribus.

Ad hoc faciendum nota anathomiam oris. Nam ipsius oris primo occurrunt labia inferius et superius, et hec labia sunt composita ex neruis carne et cute mixta commixtione ita quod cutis a carne neque caro a neruis potest separari neque panniculus ab eisdem. et hoc fuit quia illa labia debebant moueri versus omnes differentias scilicet sursum deorsum ante retro dextrorsum sinistrorsum. Et ergo oportuit quod haberent diuersos musculos et plures quod est impossibile propter quantitatem. Ante oportuit quod carnem et neruos secundum eminentiam eorum haberet permixtos. Cooperiuntur etiam labia panniculo qui oritur a tunica intrinseca meri continuata cum tunica intrinseca stomachi sicut et omnia membra oris ut sint similia eisdem cum stomacho. et propterea contingit quod in vomitu facto tremit labium inferius. Post labia sunt dentes numero 32. scilicet duo duales inferiores duo mesaini duo canini et maxillares et sex molares et totidem superius. et dentes primo facti sunt propter contritionem et diuisionem ciborum. Et ideo carentes dentibus uel labiis non bene loquuntur. Post dentes est lingua cuius anathomiam reseruo. Postea vide palatum habens concauitatem in regione superiori ut fiat intonatio vocis et reuolutio agilius ipsius cibi qui dentibus conteritur. In fine palati videbis vuam pendentem ad modum grani vue. et ideo vocata est vuea siue vuula in substantia eius rara spongiosa. Quia primo est facta propter superfluitatem descendentem a capite hora reumatis ne ad membra inferiora descendat. et propterea frequenter apostematur. Est etiam facta ut vocem moduletur et formetur secundum aerem qui est in voce. Secundum iuuamentum eius est ut [illegible] aerem qui ad pulmonem vadit et attrahitur per nares et os respirando aliqua-

diu in ore retineat ne frigidus sit et alteratus perueniat ad pulmonem et propter hoc contingit quod habentes abscisam vuulam sunt catarrosi et ideo prohibetur ab auctoribus ne incidatur sed si sit putrida aut corrupta debet abscindi. Est etiam alia causa quia propter situm et substantiam eius que inciditur raro consolidatur sed sanies congregatur ibi putrida et semper sentitur fetor oris. et ideo melius est ut cauterizetur ferro ignito. Modus autem est ut habeatur cannula ferrea uel lignea linita luto sapientie siue creta. ut ponit Auicenna 3a fen primi canonis capitulo de cadere uuule et cauterium. et aperto ore interposito inter maxillas ligno rotundo in una extremitate cannule vuula postea ferrum ignitum per concauitatem cannule intromittatur et tangatur vuula et cauterizetur. Post vuulam vero sunt fauces et sunt loca ampla glandosa apta suscipere superfluitatem et ideo frequenter apostematur et apostema earum licet extra non emineat sed intra. eminet tamen intus et ideo si os aperiatur et in profundo inspiciatur apparet tumor. et ideo ibi fit squinantia in secunda specie et vocatur vulgariter gom epiglotti. Et in fine seu termino harum existit principium canne et meri et ibi videbis membrum unum cartilaginosum. Nam cum magna sapientia est fabricatum quod vocatur coopertorium quia hora transglutitionis ciborum claudit foramen epiglotti ad hoc ut cibus et potus non descendat ad pulmonem qui posset esse causa suffocationis. et ideo contingit si aliquis ridendo transglutiat quod tunc vadit ad pulmonem quia hora risus stat epiglottum apertum et tunc videtur suffocari. Postquam expedit eleua agiliter et leniter videas anathomiam reliquorum meri cum trachea et huius eleuata nota primo substantiam eorum. Nam substantia meri est pellicularis et mollis. sed substantia trachee est pellicularis et cartilaginosa. et causa fuit quia meri est via ciborum qui interdum in magna quantitate degluttiuntur propter quod oportet meri eius dilatari. sed trachea est via aeris penetrantis ad pulmonem qui cum

lenis sit et non solidus per viam
penetrat que stat aperta sed paries
unus cadit super alterum Et ideo pel
licularum non stat aperta propter molli
ciem sed cadit paries unus super
alium et ideo non sunt canna ista os
suosa quia debet esse flexibilis propter
vocis formacionem Item impediret tran
situm cibi multi et solidi per meri et
ob hanc causam non fuit tota car
tilaginosa sed sunt solidis continuata
per pelliculas et illi anuli sunt sic
circuli quidam non completi sed in
figuram c vel dicuntur cesformes Re
siduum autem cartilaginis continuat sub
stancia pellicularum in directo meri
et hec ne substancia dura cartilagi
nosa comprimat meri et impediat
transitum meri et impediat transitu
cibi et ideo sentire debes quod a parte
anteriori canna est cartilaginosa quia
versus partem illam non contangat
meri Item tenetur tunc magis a
nocumentis sed versus partem poste
riorem est pellicularum et hoc usque
ad epiglotum que tota est cartila
ginosa propter causam que dicetur
et sic apparet substancia canne sed
substancia meri est composita ex du
plici panniculo sive tunica intrinseca
que villos longiles ad trahendum
habet et extrinseca que villos habet
latitudinales aptos ad expellendum
illud quod attrahitur ab extrinseco
Unde quod prima principalior est quam secunda
et ex hiis patet invamentum horum
et inde partium preter partes tra
chee que partem inmanderi prin
cipalem scilicet que dicitur epiglotum
cuius anathomiam postea ponam
3a videas differenciam ex parte situs
Nam meri est longius et ma
ius quam canna quia tendit ad dy
afragma et infra ipsum continu
atur cum ore stomachi sed canna pul
monis non descendit infra nisi
per furculam et causa patet quia pul
mo statim est sub furcula sed
os stomachi inmediate sub dyafragmate
Quarto differunt in situ et loco
Nam meri est magis positum in
profundo versus spondiles colli
et dorsi Sed trachea est magis
posita anterius et causa fuit tri
plex Una est quod trachea sit
magis dura cartilaginosa Et
meri pelliculosum potest magis

meri cannam ab extrinsecis altantibus
quam meri quae magis sunt posita
exterius Secunda causa fuit quia
per tracheam arteriam attrahitur
aer cuius continuus ingressus debet
fieri et ideo debet habere situm
directum ad os et sic habet quod pona
tur anterius sicut os 3a causa fu
it quia si meri fuisset positum
anterius versus gulam vel oppor
tuisset quod per finem trachee meri
obliquinisset versus dorsum sive
quod ad finem canne usque ad prin
cipium oris stomachi fuisset varietas sed
utrumque est inconveniens nam finis est in
inmagle Primum autem patet quoniam
et impedimentum maximum transglutiendi
hoc vides clara meri incipiendo
a parte inferiori cum sollicitudine
ne tangas aliquem circum reu
sum Unde est quod anglice separatur a
trachea usque ad epiglotum i
nde differt Postea quod tunica me
ri dispersa est in epiglotum et
ideo ab eo non facile separatur
et hoc fecit natura sagaciter ad
hoc ut in hora transglutiendi cum me
ri elevatur ad os ad attrahendum
cibum epiglotus etiam elevetur
ne sui durities et soliditas impe
diat transitum cibi et ista continu
acio non sunt vera in tota tra
chea quia ipsa tota preter epiglo
tum non est cartilaginosa Et ex
hac anathomia manifestatur sententia G in
libro de motibus liquidis quod epiglo
tum hora transglutiendi non movetur
sursum quia aliquid moveat
ut ex se sed quia trahitur ab
ysophago propter continuacionem dictam
et hec sufficiant de anathomia
ysophagi

Elevato meri videas extre
mitatem pulmonis grossam
et solidam que vocatur epiglotus
Et hic epiglotus est compositus ex
quadruplici substancia scilicet pelliculari
qua velatur propter causam dictam
et ex musculis et nervis et car
tilaginibus musculi Ut dicit G 9o
de iuvamentis c 2o 12 inter cartilagi
nes eius et 8 preter epiglotum
et membra continuancia non tamen
omnes perfecte possunt discerni
Nervos autem invenimus ascendentes
ab unoquoque latere trachee
arterie Unde et isti sunt rami

orta a nervis sursum descendentibus supra dictis. Et oriuntur ab eis iuxta cor et sursum revertuntur et ideo isti vocati sunt nervi reversivi aut nervi vocis quia ipsi sunt principium motus vocis. Et causa quare hii nervi reversivi fuerunt et non directe ad epiglotum venerunt a cerebro est duplex ut dicit Galienus post a(?) in libro de ... motibus. Una est quia isti nervi sunt principium motus et fortes et spissi. propter quod debuerunt esse fortes et sicci quia nervi motivi quanto sicciores tanto fortiores. nervi autem sunt sicciores quanto magis a cerebro sunt remotiores. quia iuxta cerebrum et originem eorum nervi sunt valde molles. propter quod ut essent remoti a cerebro natura transmisit usque ad cor. postea reflexit superius et reflexit iuxta loca calida ut ad cor et arteriam adduci ut fierent sicciores. Secunda causa fuit quia cum vox sit motus quidam voluntarius vel factus a voluntario motu eius principium debet esse cerebrum et quia cerebrum non potest multum moveri. taliter ordinavit natura istos nervos ut cerebro mediante moto moveretur epiglotum secundum imperium voluntatis ipsius. Quod hoc fit per hoc quod nervi illi sunt situati ad modum freni et habene et ideo ibi dicit G. quod cerebrum utitur hiis nervis ad movendum sicut miles utitur freno et habenis. 3a causa est. illa vox licet dependeat a cerebro tamquam a principio voluntarii motus dependet et a corde tamquam ab eo in quo formatur spiritus et ideo cum sit operatio amborum cerebri et cordis. nervi qui sunt instrumenta vocis debent contra(?) ... cordi et cerebro, et ideo cum ortum habeant a cerebro transitum debuerunt habere iuxta cor. Et causa est quia nervi ad musculos deveniunt(?) ... iuxta principium eorum et non finem. Principium autem musculorum epiglot[i] est versus partem inferiorem quia nervi ad eos venientes ab inferiori parte debent ad eos pervenire. quare reversivi fuerunt et isti nervi. licet

manifeste appareat tamen duo tamen multiplicantur(?) propterea secundum multitudinem musculorum. et ex hiis potes videre quod ex incisione nervorum potest fieri lesio et amissio vocis. Item quod cum inciduntur nervi ascendentes simul amittitur vox et in motu ... Et cum inciduntur soli reversivi amittitur tamen vox et non alie operationes impediuntur. Post incisionem anathomia eleva nervos et musculos et conspice tres cartillagines. Prima anterior est maior omnibus clipealis vel scutealis appellata ad similitudinem scuti aut clipei. Item quia posita est exterius ad defendendum ut clipeus. Secunda vero est ad complendum totum quod deficit ex prima et hec vocatur innominata(?) ... Et causa quare facta fuit epiglotum complete cartillaginosa est ut sit magis sonora et ad ipsam fiat melior repercussio(?) et non impedit nec hec transglutitionem quia elevatur hora transglutiendi ad superiora cum meri propter causam predictam. 3a est que existit in medio. et vocatur cymbalaris. In medio autem eius est lingua fistule dicta fistula ad similitudinem fistule nasalis(?) et ... est dictum.

Expediens(?) hiis que circa pulmonem et cannam eius et epiglotum tunc remanet lingua que fabricata est prima(?) esse facta ad figuram laude ... habuit enim in sui fundamento os ut eo sustentaretur et quia etiam diversis et variis motibus debet moveri ut ei mutatur(?) et eidem affigatur quia omnis motus localis debet esse ad aliquod affixum. et hec est causa quare hoc os fuit figure laude. quia si fuisset tamen unum oblongum aut directe pressisset deorsum. et tunc penetrasset epiglotum vel meri vel strinxisset a latere uno et tunc lingua non existeret directa sed ad idem latus applicata. Postea scinde linguam per medium et videbis plures magnas arterias ad eam venientes ut facilius moveatur et magnificetur. Videbis etiam duo paria nervorum scilicet motivorum quorum magnus profundatur in profundo et radice lingue et sensitivorum qui in superficie et in panniculo eius expanduntur ad comprehendendum(?) sensum gustus

et tactus et sic iam pervenisti ad
anathomiam unius cum cerebro et
virtutum sensitivarum

Hiis expeditis assume caput
quod est venter extremus conti-
nens membra animata et specialiter cerebrum
quod est immobile et ideo caruit musculis
Situs eius est pars superior corporis
Causa autem situs eius est supra dicta
Ex hiis apparet primum eius scilicet substancia ipsius
quia de se ossiosum est porosum et
musculosum apparet 2o situs et locus eius
et ex superioribus et sequentibus apparebit
colligancia cum aliis 3o quantitas
eius quia hic venter in homine est magne
quantitatis respectu aliorum maioris quam in
aliquo animali eiusdem quantitatis cum ho-
mine Et hoc quia licet omne cerebrum
quod maius est in homine quam in ali-
quo animali eiusdem quantitatis cum homine
et debet habere ventriculos maiores et
magis distinctos figura autem capitis
et forma apparet Quia est figure
sperice pressa ex utraque parte ita
quod secundum anteriora et posteriora habeat
tuberositates quasdam secundum dextram vero
sinistram habebat planiciem Causa
vero quare sunt sic rotunde quia est
omnium aliorum capacissima et talis
figura sperica non potest tangi nisi in
puncto et periculo a rebus exterioribus
Et hiis autem duobus indiguit caput
quia debet esse capacissimum propter rece-
ptaculum Et quia valde expositum exte-
rioribus alterantibus debet esse tutum ab
eis quare sunt figure sperice non
tamen sunt perfecte figure rotunde sed
leviter presse ex utraque parte propter
ventriculorum cerebri dispositionem Et
propter ortum sensuum principalium a parte
anteriori quare sunt sic producte Et-
iam ex hiis apparet 7m scilicet quod consuetum
nominari in anathomia cuiuslibet membri
scilicet iuvamentum eius quod est commune et ge-
nerale et continet membra animata
et specialiter cerebrum et orta ab eo
Sequitur ultimo videre numerum partium eius
partes autem capitis secundum Avicennam 3o
kanonis fen prima capitulo primo sunt x scilicet capilli
cutis cerebri pannicullus exterior cranium
panniculi intrinseci sive duo cerebra
duo panniculi inferiores rethe mirabile
os maxillare et adde orta Capil-
li in capite sunt generati et ex
necessitate materie et finis Ex necessitate
materie quia cum caput sit camminus to-
cius corporis quia recipit fumositates

superfluitates a toto corpore que sunt
materia pilorum et ideo per cutem egrediun-
tur et formantur pili magni qui
dicuntur capilli Naturales fines sunt quia
cum caput sit expositum rebus exterioribus
alterantibus habuit capillos ut per eos
tueretur a nocumentis exterioribus alterantibus
Cutis capitis grossa est quia capilli
debent esse formati et infixi in ea quia
debent habere radices magnas et grossas
et ideo cutis grossa fuit et etiam est vela-
men et scutum ossis et cerebri cum super
cranium non sint musculi Etiam apparet
in fronte et temporibus et etiam mandibu-
lis elevata cute cranei apparebit tibi
pannicullus exterior sive tunica propter tria invi-
menta Primum ut cranium a cute et cutis
a cranio sine medio non tangatur Secundum
ut cranium per hunc panniculum servetur 3m ut
per hunc panniculum dura mater suspen-
datur a cranio quia hic pannicullus ge-
neratur ex nervulis et ligamentis per
commissuras et poros cerebri ex cranio
ex quibus contexitur hic pannicullus exterior
Cranium est os magnum continens
cerebrum extra in quo continue existit
cerebrum locatum et ideo magnum est hoc
os in homine sicut et cerebrum eius
situm est quia velatum est partibus
predictis propter nocumentum dictum et re-
lat cerebrum propter dicta etiam notandum quod
istud cranium non sunt unum continuum
sed potius habent et hoc propter multa
primo ut si fiet nocumentum in una
parte quod alteri non continuaret vel totum
Secundo quod fumositates possent per iuncturas
extra cranium expelli 3o ut vitam medi-
camina tempore necessitatis possit ad sub-
stanciam cerebri penetrare Iste par-
tes continuate sunt naturis que vo-
cantur adhuc scilicet serratiles non enim
fuerunt nodatiles quia non debent
movi ista ossa sed fuerunt serrati-
les ut fumorem facerent colligamentum
Et ideo dentales sunt et fuerunt
amplices scilicet vere et mendose Men-
dose sunt due scilicet in utraque tempore
una et dicuntur mendose quia non pe-
netrant ad intus vel intus sed tamen
apparet extra sed vere sunt tres
sicut tres sunt ventriculi scilicet coronalis
scilicet facta ad modum corone sagittalis
procedens secundum longitudinem ad mo-
dum sagitte vel lancee 3m adhuc
lauda que continuat cranium posterius
quod etiam sic laude Etiam sunt
sic istius ab posterius quia cerebrum

postius est sicut piramidalis que sit
causa istius apparebit in anathomia
similiter cerebri posterioris Ex hiis patet
quod in quo sunt ossa capitis scilicet os
frontis duo parietes cranei os laude
et pexillare quod statim videbis
Et ex hiis patet quod sit mutatio cranei
et figura eius et extitudines eius secundum
suum genera ut eum pati malam
complexionem et solutionem continuitatis Et
quod ipsa est periculosa valde quia disco-
opertum est aeri et appropinquat extrin-
secis alterantibus et maxime si fiat in
loco ulcerarum et specialiter in loco qui
dicitur bregma et est pars mollior et
gracilior quam sit in cranio et tardius
induratur in pueris et hoc quia ibi
fit coniunctio sive unio duarum commissu-
rarum de pia matre et dura matre
Expedito cranio videbis panniculos du-
os subiectos scilicet duram matrem et piam ma-
trem factos ut teneant cerebrum ut quod
non contingat a cranio quod est valde du-
rum et ideo inter cranium immediate est
dura mater que solida et dura est et
iuxta cerebrum pia mater quia mollis
et liquida est ut non ledat cerebrum
et etiam quia ipsa contexitur et contexte
sunt vene quibus mediantibus nutritur
cerebrum Etiam ex hoc apparet quare duo sunt
panniculi quod hoc sunt ut durus non con-
tingeret cerebrum et ut mollis non
tangeret cranium Est etiam alia causa
scilicet ut si nocumentum contingeret in uno
vel in alio quod ad hoc non intraret cerebrum
et dura mater magis est alligata cranio
ut suspendat ei et ideo per suas subtiles
porositates transmittit mullos et liga-
menta Habet etiam dura mater granite
ad cerebrum Unde penetrat per ipsum dividens
ipsum per medium in dextrum et sinistrum
usque ad ventriculum anteriorem et dividit
etiam ipsum in anterius et posterius et ideo divi-
dit anterius cerebrum a posteriori et sunt
hic nervorum quod unum est divise cognitionis
tal est. Vrina viscosa cum dolore renum
mala est. Vrina grossa et multa cum
dolore capitis dissolutionem denunciat dolo-
ris. Vrina multa plus quam solet vel
pura in febribus mala.

Vrina maior aquam ebibita consumptionem
corporis significat plus quam soleat mundi-
ficationem corporis in ieiunantibus vel sudan-
tibus maximeque, finalis humiditatis et
consumptionem interiorum. Vrina multa et
grossa sine consumptione multitudinem
humiditatis significat. Vrina grossa cum gra-
vitate corporis et colore dolore in
colore et liquore bona exiens et
sine dolore dissolutionem doloris significat
maxime si cum ypostasi alba grossa et vi-
scosa vel mucosa. Vrina multa et
grossa in colica passione laudabilis est.
Vrina multa et viscosa habens ypostasim
vel mucosam laudabilis in dolore renum.
Vrina multa et grossa in yleon lauda-
bilis maxime si alba habeat ypostasim. Vrina
multa et spissa aquosa vel parum ru-
bea hemorroida sanguinis denunciat. V-
rina multa in tercio febris augmentata
cum multa ypostasi talis defectionem significat.
Vrina diu exiens cum ypostasi multa in fe-
diutina dissolutionem febris significat. Vrina
alba multa et spumosa epilenciam significat.
Vrina multa fluita et rubea que sanguinis
mansionem venarum in renibus signat.
Vrina in peticiis plus quam oporteat
et si continuati attineat pessima est
quia ydropisim signat, que cum venit
multitudo urine laudabilis est. Cum
aliquid accidentaliter accipiat si multum
urina alias multa, alias parva in se an-
ta pessima est, et in levi duratione
fe morbi significat. Vrina parva in acutis
febribus est pessima si ypostasis alteretur in
diversa colore diversa, et magis
in reumaticis. Vrina parva paulatim
exiens et guttatim pessima. Vrina
parva cum ypostasi rubea in se antita tim-
da est. Vrina parva et rubicunda
longitudinem morbi significat. Vrina
parva et subtilis et quasi sanguis ma-
la. Vrina parva et grossa in se anteta
pessima maxime in fluxu menstrua-
li. Vrina fetida putredinem et ne

mortificationem significat. Vrina si se stri-
xerit dolor lumbis capitis spasmum
denunciat. Vrina exiens sine voluntate
cum renum sanitate et vesice pessima
et morti vicina est.

Apostasis que grossa farina exiens
in diutina febre significans alias bonis
dissolutionem significat febris et quanto si in illa
qualitate permanserit per anticipationem capitis
mortale est et pessimum erit maxime
cum urina apparet signum pessimum. Ypo-
sis multa cum febre continua si febris non
mutetur vel minuatur, consumptionem corporis
significat. Ypostasis furfurea et ut san-
dolorata cum sanitate renum et vesice
rigore febris significat. Ypostasis multa cum lau-
dabili liquore et naturali per xiiii dies
dissolutionem febris significat. Ypostasis natans et
non in fundum descendens cum sudore et
attensione ypocondrie et dolore tam timida est.

Nebula post crisim apparens
morbi denunciat reversionem. Ne-
bula rubea acuitatem morbi significat. Ne-
bula que farina grossa diutinitatem
morbi. Nebula nigra alienationem
mentis significat. Nebula nigra in fe-
bre acuta et sine interpolationis custo-
ditiva mutatur febris in quartanam significat.
Vrina in superficie quasi spumosa in se
anteta dolorem capitis denunciat. Vrina
spumosa si sit viscosa et sine alia
significatione mala erat bona. Vrina
spumosa in superficie multa sit vera
dolorem renum signat

Expliciunt urine Ysaac

Urbes sunt Basilei praelium morata de rom-
lamora sanitate necessitas le quam neramte

Quod in primis coegit antiquos disputare de naturis ciborum studium fuit et investigatio eorum sanitatum custodiendarum egritudinum curandarum. Huius autem studio due cause fuere initie. Una in nutriendis corporibus, quia regerentur et conforterentur et restaurentur que ab ipso calore interiori naturali et aereo exteriori dissolvuntur. Unde necesse fuit supplere deficientiam, utitur ut cibis eidem congruis. Altera vero ut appellatur inventa que complexionibus corporum sint convenientia. Cum enim dissoluta omnino sibi similibus negant reperiri, prelatum quod non recipiantur ex toto similia nature que ad cibaria, quia non omnino corporibus humanis assimilantur. Pars enim quedam corporibus humanis similatur et hec in sanguinem mutata, per traduntur in membra eorum nutritiva et assimilativa. Pars autem altera id est fex cibi expellitur a corporibus a natura ut pote que superflua est neque corporis nutritiva. Cumque nature humane diverse sint in calidi frigidi humidi et sicci et virtutis destitutione necessitate et spissitudine pororum. Quibusdam enim primus sanguis dominatur. Aliis colera et singulis singula seu flegma principatur. Aliis pori cutis spissi et in dissolutione sunt diversi. Aliis rari et cito dissolvuntur. Aliis omnia membra sana. Aliis quedam infirma. Cum hec igitur omnia adeo sint diversa, compulit nos causa ipsa diversorum ciborum cognoscere naturas ut singulis possimus dare singula suis naturis convenientia, sanis scilicet similia, extra vero naturam dispositis dissimilia. Iuvamentum enim medicinarum et proprietas actionis eorum regimentum est et augmentum naturalium complexionum temperamentum qualitatibus eorum cum similitudinibus ciborum earum et reductione earundem complexionum temperamentum extremorum cum dissimilitudine ciborum et minoratione vel recessione malarum complexionum. Verbi gratia. Quibus sanguis dominatur clareus et purus, medicina eis cibaria clara temperata in qualitate et quantitate dantur, ut mala sanguinis generatio semper sanitas assequitur, reliquum emittatur a corpore. Quibus colera dominatur vel flegma, dandi sunt cibaria complexionibus eorum et naturis contraria, que mutent et diminuent complexionem malam superfluitatem et reducant ad temperata mediocritatem. Verbi gratia. Si colera dominetur eis dantur cibaria refrigerativa et male complexionis humectativa. Si vero propter flegma dantur calefactoria et desiccativa. Si vero colera nigra calefacientia et

et humectatam. Sed in quantitatem qualitatis alterationum contendentium oportet oppositam esse contrariam qualitatem malarum complexionum dominantium, non excedentem modum earum neque minus subsistentem. Si enim complexio est temperamento calidior quam unius gradus sit, dietandus frigidis, quia a temperamento unius gradus exierit. Idem in ceteris qualitatibus et gradibus particularibus considerabitur, ut qui a temperamento exierit gradibus sibi contrariis ad temperamentum reducatur mediocritatis. Particula quoque est intelligenda: inter duarum complexionum extremitates interpositam unum esse mediocre temperatum, inter duo quoque contraria intemperata unum esse temperamentum mediocre. Temperat ergo complexionibus contraria temperata et omni mala qualitate carentia necesse est. Demum similibus vero complexionibus et intemperatis similiter et particulariter contraria intemperata et sibi dissimilia dari utile est, quoniam male complexiones reddende sunt et temperatiores. Omnes vero mutationes rerum contrariis et oppositis fieri necesse est. Omne igitur temperamentum duobus modis est: unum naturale et verum, alterum accidentale et particulare. Verum est secundum cursum naturalem et inter ceteras mediocre extremitates, ut medium sit inter calidum et frigidum, siccum et humiditatem et asperitatem et similia. Particulare quidem temperamentum est ad comparationem omnium complexionum que extra naturam sunt. Unde et dicitur temperamentum contrarium ad ea ad quorum corpora reddendum est temperamentum. Verbi gratia: Si quis colericus est, cuius complexioni caliditas et siccitas dominatur, huic temperamento contrarium inutile est calidum et siccum; frigidum et humidum utile est, repugnans et refrigerans calorem ariditatem et humectans siccitatem et ad mediocritatem et temperamentum reducens. Temperamentum igitur contrariorum dicitur duobus modis(?), particula est intelligenda(?). Aut enim congruens et assimilans est sue complexioni, ut nutriat et augmentet cui simile sit; aut contrarium et oppositum ei cuius complexio exiit temperamentum, ut reducat ad mediocritatem. Hunc autem modum intelligimus in etate, temporibus, regionibus, artificialibus, consuetudinibus. Nullus enim physicus ambigit temperatum esse aliud alterius iuvenum quam senum; in vere vero alterum esse quam in autumno, in hyeme alterum quam in estate, in regione septentrionali aliud quam in australi, in exercitantibus et quiescentibus(?), in laborantibus alterum quam in quiete et plenius viventibus(?). Laborantes enim et exercitantes exigunt cibum grossiorem et ad digerendum duriorem atque ad dissolvendum tardiorem. Quietis vero et plenis(?) … competens(?) est subtilior cibus et ad digerendum velocior et dissolutioni de membris facilior. Idem etiam in corporibus intelligimus secundum

opilationem pororum et raritatem eorum. Si enim pori sunt rari et facile dissoluti, non sunt(?) in quantitate multi, quandoque sunt in qualitate grossi et viscosi, ut pre magnitudine sui impleant raros poros et viscositate tardent dissolutionem. Si enim cibus purus sit et subtilis, pori vero largi atque rari, non mirum si(?) quam plurimum dissolvatur et per poros cibi velociter egrediatur et ita membra nutrimento pereant(?). Si autem cibi multi sint et grossi, impleant raros poros et dissolutionem tardent, neque a corpore egreditur nisi que a natura expelli cogitur. Si autem corpora sunt opilata et non dissolutiva ex consuetudine eius, … parum in quantitate, subtilis in qualitate sit. Cibus enim multus et grossus in porosis(?) opilationibus … et ex tercie digestionis … superfluitatibus tanta generatur materia ut non … quandoque inde diutini morbi generentur, maxime nervorum dolores et arteticorum. Si autem subtilis sit cibus, cito de strictis poris egreditur, neque remanet in corporibus nisi quantum in nutriendis membris a natura expetitur, et corpora in sanitatis sue statu sunt constituta. Constat ergo antiquos de naturis ciborum disputationes intendentes ut cibi tales essent quales secundum illa que de corporibus dixerunt(?). Unde non tantum intelligere naturas ciborum in sanitate conservanda et restituenda sufficit, nisi etiam et corporum capientium eos naturas intellexeris. Naturis vero ciborum solum perfectissime intellectis, corporum vero suscipientium neglectis, nihil aliud prius exquisisse invenit in complenda intentione custodiende sanitatis in sanis et reddende infirmis. Corpora enim multa sunt sibi diversa in complexione et compositione. Unde etiam secundum eorum diversitates danda sunt cibaria diversa. Compellit ergo necessitas ad corporum diversitates inspiciendas, ut intelligamus qualia sunt rara et larga, qualia vero opilata et stricta. Complexiones quoque singulorum corporum sunt exquirende, tamquam(?) membrorum singulorum singule, sive membra singula secundum compositionem sunt sive non. Cum enim totum corpus aliquod calidum inveniatur, solus vero stomachus sit frigidus, et eius in ceteris membris intelligendum est. Intentio vero antiquorum in custodienda sanitate in sanis et reddenda infirmis non eadem fuit nisi tantum in dietis. In sanitate enim conservanda infirmis eadem(?) non intendit; semper esse reddenda per contraria, sive de plenitudine inanitionis et e contrario, sive de calore refrigerandis et e contrario, et sic in ceteris. In dieta vero non sic(?). In dieta vero intenderunt sanis esse congruens et consimile temperate complexioni. Contrarium autem

complexioni que ex natura fuit. Item intenderunt uel et perfecte ut cibaria primum in stomacho in qualitate essent digestibilia ut que de his ad certa membra perueniunt ad penetrandum sint facilia et conuenibilia singulorum membrorum quam certo quam traducibilia in assimilatione uniuscuiusque membri. Omne quod conuenibile nutrit et augmentat, contraria uero corrumpunt et destruunt. Unde qualiscumque cibus cuiusque animalis est contrarius aut numquam comeditur ab eo aut cum nulla delectatione in alio si comeditur si rogatur. Unde G. Qualiscumque cibus cuiusque animalis seu hominis seu arboris non sibi est conuenibilis augmentatiuus et nutribilis dicitur. Ubi aliqua natura est cum habet affinitatem et amicabilitatem cum suscipiente. Verbi gratia dulcis aqua natiua herbarum uel arborum assimilatiua est fenum et ordeum equorum et asinorum assimilatiuum [illegible] carnis leonis. Panis perfecte comis et caro porcina humane assimilatur complexioni. Unde et illud uidemus cibum esse conuenientem usitatum [illegible] passerum i. secundum [illegible] sine aliquo nocumento eorum. Procul dubio autem hoc hominibus sunt. Propter hoc autem quosdam inuenimus homines quosdam cibos bene digerentes, alios plurimos indigestibiles quos conspiciunt quibus ille nature suscipientis animati. Ex quibus stomachi accidentibus cibum non propter bonitatem sui decoque admirabilibus sed ex aliqua occasione [illegible] sibi competenti dicenda.

Quoniam

Quam in hac arte comprehensum non cibarum duabus modis fit experimentum et combinatio. Nulli enim dubium est quod experimentis sciatur uelocitas digerendi seu tarditas, bonitas quoque cibi seu malignitas, si stomacho conueniat siue non, siue solubilis sit uentris siue non. Sed qui experimentis sic sciunt, non tamen suis operant conbinationibus aliorum in dubium et insipientium horum cadere? [illegible] operationes seu passiones in corporibus tribus modis diuersificantur. Unum ex diuersis ciborum qualitatibus. Alter ex simplicitatibus uel ex compositionibus eorum. Tertium ex accipientium diuersitatibus, et quomodo accipiat. Eundem enim cibum quibusdam sepe inuenimus congruum, quibusdam uero non, quibusdam uero stipticum, quibusdam uero solutiuum. Unde Ga. quod et G. confirmauit dicens quod caro uaccina et similia grossa ad digerendum tarda bene digerunt. Et rursus quod carnes perdicum et galline pullorum sunt laudabilium peiorum. Similiter nos uidemus quibusdam mel laudabile et conuenibile confirmantibus illud solutionem eius facere et ita eius sanitatem prestare atque illam custodire. Aliis uero egritudo faciens diceretur sibi stipticum esse et nociuum ut parte [illegible]

mutatis complexionum, i. lentes quoque et caules non omnibus sunt stiptica, sed quibusdam aliquod contraria. Unde non absolute de quolibet est dicendum nociuum esse seu iuuatiuum solubile uel stipticum, nec absolute dicimus stomacho uel inimicum nisi prius tribus modis inuestigatum fuit. Quamuis ut non conueniunt corpori, cibum illum suscipientium et complexio et compositio earum. Sed dulcis diuersitates cibi cum et nature simplices quoque uel compositiones eorum. Tertiam quo cibus ille mutabilis sit in suscipiente, quibus sufficit inuestigatis quod quecumque facile est inuenire, et quare idem cibus aliis conueniat, aliis non, rectificare possimus.

Omnium humanorum natura corporum triplex est diuisa. Uel enim ex compositione, uel ex natura et complexione, uel ex accidentibus que aliquid extra naturam patitur. Stomachus ex compositione duplex. In omni enim corpore duo foramina dicuntur ex fellis ore unum maius, alio minus. Maius nascitur ut in [illegible] bus ad intestina dirigitur. Unde et multa colera a felle descendentia in ea peruenit quod nuntiatis expetit, ut quicquid de fecibus ciborum adunatum expellat ab intestinis colera mordicatiua intestinorum spinam ut ad emendas feces se moueat. Minus ad os stomachi uenit cum moderata colera mittit quibus adiuuetur in digerendis cibis. At quamque grosse humiditas inde coadunatur mundificet. Accidit in hominibus aliquorum diuersificatur ut minus ad intestina ueniat portans eis paruam coleram. Unde et cum accolere desinat in intestinis et ducitur in illorum [illegible] fla. et ingrossetur in alueis quod digeritur et feces egredi uelociter phlegmate et tempora exeundi discordentur. Unde plurimum incidunt passiones colericas ex grosso flate nascentes et humidi in intestinis lumbricum et ascarides et his similia. Maius autem in stomachi ueniens multam sibi mittit quantitatem co[lere]. Ut hac [illegible] ciborum subtilitatem uelociter digerendorum perueniunt in stomachi corruptiones et grossa et dure digerenda uelociter et perfecte digerat ea. Grossus enim cibus repugnat multis colibus, et contra eam mobiliores indurat eos efficitur et caloris naturalis actiones in eo comple[n]tur. Unde et perfecte digitur. Leuis quoque et subtilis cibus propter instabilitatem et uelocitatem non potest contra repugnare in stomacho multitudinem colericum quantitatem. Et ideo multorum mutatur in illa et colericis illis assimilatur. Eius quoque uirtus. Unde quidam medicorum ueterum corum complexionem et si flauia sit arbitrantur quoniam possibile est ut complexio sit flaua

et tamen multa de colera quantitate in stomacho adunatur propter maius foraculum a felle venientis ad os stomachi. Stomachum possibile est quod complexio corporis sit calida et calidissima. et que in stomacho adunatur sunt colera rubea propter quod os a felle veniens strictum et parvum est. Calor enim complexionis omnis corporis causa est multitudinis partis colere sanguini commixte que per totum corporis membra divisa est et causa multitudinis colere est in stomacho largitas est oris maioris in stomacho canalis a felle venientis. Aliquando vero hic os largum est et colera sanguini commixta que per totum corpus dividitur sunt parva. unde ad stomachum decurrentia sunt multa. et in complexionis econtra. pauca tamen sunt colerica. et alia colera sanguini commixta sunt multa et os a felle veniens ad stomachum strictum est. et quod colericum ad stomachum parum venit unde et complexio colerica est et calidissima. sed stomachus dissilis est.

Diversitas vero corporis secundum naturam vel complexionem duplex est. Quibusdam enim calor complexionibus dominatur sive naturalis sive accidentalis. Quorundam vero complexionibus frigiditas naturalis sive accidentalis dominatur. Ex quibus calor dominatur cibus subtilis ad stomachum eorum veniens a stomachi calore erit ad superiora stomachi ex sua levitate. et permanet ibi natans circa partem stomachi nervosam longe a loco carnoso remota. locus enim carnosus in stomacho est locus circumpositus inferior vicinans calori epatis et fellis. Cum ergo cibus ille aliquandiu permanet in stomacho in superiori loco calescit et ebullit propter fumum ad ipsum ab inferiori parte stomachi ascendentem et mutatur in genus colericum. mordens et generans in ore stomachi mordicativum dolorem et sitim fortem. et fumosam eructuationem. Cui autem hec naturam frigidam ad stomachum veniat cibus grossus. et ad digerendum durus grossitie sua repugnat calori descendens gravitate sua ad inferiora et quiescit in loco carnoso stomachi confortatus in eo ratione caloris naturalis. ut digeritur secundum quod oportunum fuit. Et si frigiditas quocumque dominetur complexionibus. cibus eorum veniens in stomachum duobus corrumpitur modis. Aut enim ex viscositate sua et humiditate lubricat et antequam digeratur descendit ad intestina que si humoribus mundis invenerit velocius ut exeat necesse est et non quiescat ibi. Si autem in intestinis humores flegmaticos invenit immoratur in eis ad digerendum indiget mutatur se et corrumpitur et rugitum generans et torturam dolorem inflationem in intestinis. Aut residet in stomacho propter defectionem caloris corrumpitur et mutatur in aciditatem et putorem. generans inflationem rugitum. acetosam

et putentem eructuationem. Et si putor eructuationi dicatur via melius fugitur. Et si acetosum flatum generatur. hic et in omnibus diversificatur secundum species diversas flatus. flatus enim dividitur v modis. Est enim sine sapore. et hic naturalis est species habitans in omnibus venis dividenda toti corpori propter bonitatem sui ad naturam sanum. Unde et natura aliquando operatur illo flatu in corpore ministerio propter nobilitatem sibi immittere. et corpus sanguine moratur. Iuvat autem ex hoc flatu corpus. ut conglutinat conglutinanda faciliter. et ut articuli et continue naturales faciliter et cito moveantur. et ut toto corpore lubricetur. et expellenda expellantur. Est et altera species flatus que dulcedini attinet. signum caloris naturalem flatum dominantem digerentem quod et mutantem illud in dulcedinem. Est et tertia salsugini attinens et nitrositati signum nimii caloris dominantis flatui et mutans illud in salsuginem et nitrositatem. Unde hec species flatus contraria est appetitui potandi aque. et nimis appetitui ciborum. Est et quarta pertinens aciditati et est in urina. frigiditatem nimiam flatui dominantem signans excoquendo ipsum flatum obviante et in aciditatem illud mutantem et ideo hec species flatus appetitus atque incitativa est. et desiderii ciborum augmentativa. Est et species quinta. que nominatur vitrea que albi ut fusi est assimilativa de qua dispositione hic nulla expetit notitia. Non enim nutrit corpus nec immutat sive [illegible] materie masse sua [illegible] adimixtione subtilitatem speciei flatus. Neque obedit alicui actioni nature. propter grossitiem et frigiditatem suam. Sed [illegible] et ideo in multiplex dividitur. Est etenim una que vocatur ruffi cuius color est ut rubeus et citrinus. et hec species est naturalis. cuius mansio [illegible] est fellis sacculus. Natura enim hanc odio habuit propter acuitudinem et acuitatem sui [illegible] et in urina [illegible] neque mandat ad sui [illegible] nisi quantum necessitas expetit ad appetitum confortandum in qualibet parte corporis. [illegible] et ipsa natura [illegible] exclusit huius et in splene conclusit. neque consumit sanguinem nisi quantum necesse fuit ad confortandum retentivam virtutem in quolibet corporis membro. Est et secunda species extra naturam in stomacho habitans et hec dividitur in quadruplicem. Alia enim vitellina quia in colore vitello est similis. Alia citrina quia in colore citro assimilatur. Alia prassina quia colori prassii assimilatur. Quarta est eruginosa [illegible]. Vitellina vero et citrina minoris sunt caliditatis et siccitatis quam naturalis quia causa eorum humiditas est flegmatica que colere est commixta. sed tamen [illegible]

est in calore quam vitellina. Similiter enim congregat
quia humiditas sua et commixtiones subtiles sunt et
pauca. Unde et calor confortatur et liquor sub-
tiliatur. Pessima vero et eruginosa calidior et
siccior est ceteris. Causa enim eius est extremus
calor est qui cum invenerit coleram ad stomachum
descendentem invenit eam et calefacit. Unde et pessi-
ma est et molestissima. Sed tamen eruginosa peior
est et corruptibilior. Unde et videmus destruit
et mortificat. Cibus vero comestus ex cibariis
que ex natura patitur stomachus duobus modis.
Aliquando enim est in stomacho cibus qui cum in digestione
mediatur stomacho cum cibis qui commixtione suscipiuntur
priore subtilior aut equalis priore. Ergo iam di-
gestio et a stomacho descendente deponit statim cibum
secundum et recentem crudissimum. Hic autem cum [illegible]
cibus ad epar venerit epar quia in eadem
cruditate ad cetera corporis membra dimittat
non minus suum quod cum per longum tempus pervasit
que preparata videtur generatur. Unde necesse est
non sumi cibum nisi stomacho mundificato precedenti-
bus et cibis aliis. Quando autem cibus commiscetur
quod aliquando cibus accipitur ab initio grossus et
ad digerendum durus ulterius. Post autem
subtilior et digestioni facilius qui ex
sui levitate cito digeritur et exire impedi-
ta a grossiori egredi prohibetur. Remanens autem
ibi aliquamdiu mutatur vel in fumositatem et
[illegible] stomachus est naturaliter calidus
vel in acetositatem et putredinem [illegible]
[illegible]. Unde oportet a cibis incipi levioribus
et ad digerendum facilioribus. Postea vero grossio-
ribus et tardioribus ut cum descendat subtilis
et digeratur non inveniat offendiculum a quo
retineatur. Respondendum tamen [illegible] quod
inveniunt [illegible] a subtili et ce-
leriori. Post autem grossior succedat cibum
grossiorem non [illegible] ei egredi [illegible] asse-
rimus et [illegible] mediante in digestione cui
si supervenerit eo subtilior vel equalis sibi
ambo in simul diffundentur. Unde est hoc
falsum opposuisse. Nos enim ubi posuimus
si cibus priore digesto et exeunte. Necesse est
alterum egredi sit subtilior vel equalis
priori in subtilitate. Priore digesto et exeunte
necesse est alium egredi ex sua subtilitate et le-
vitate. Grossior vero cibus leviorem sequi-
tur et priorem digestum, expulsiva virtus que
in stomacho est exire repugnat ex grossitie sua
que non actioni sue obediat quousque ad digestio-
nem expleat et stomachus lubricus et mollis
fiat. Cum tunc tamen virtus expulsiva ex-
pellere adiuvat

Diversitas
ciborum ex naturis [illegible] duobus modis
fit. Aut enim simplex est aut composita. Simplici-
ter intendo naturam sue forme et sui liquoris
in comestione apparentem. Unde compositis cum
due nature sunt commixte et opposite et ut
natura forme opposita repugnet liquoris sui nature.
Simplex cibus sapores forme simplicem
quam sapori sui liquoris in comestione apparentem.
Sunt autem sapores VIIII scilicet dulcis unctuosus
salsus amarus acutus acetosus ponticus
stipticus et [illegible] sive sine sapore

Dulcis sapor scilicet purus
Dulcis sit enim carens [illegible] acu-
minis sive viscositatis saporosior omnibus
aliis cibis natura erit quia naturaliter vicinior
est sanguini mundificans et consolidans nutri-
mentum gustus et sensus venter temperate
humectans sine labore nature. Unde et
actio eius temperata est in digestione et a stomacho
ad intestina egressione generaliter et naturaliter.
Penetrat autem venas non ex natura sua sed acci-
dentaliter. Cum enim membra corporis dulcorem
non compererint et sibi invicem traxerint
natura dulcoris ex unitate appetit intestina
[illegible] et festinat ea egredi ex relaxatione
sua et lotura. Cum ergo membra semper sibi alli-
ciant quod in nutrimentum accipiunt. Magis est
nutrimentum dulcis saporis omni sapore et
si sua substantia cocta sit et solida maior
erit membrorum confortatio sua quia multo plus
moratur et tardius dissolvitur. Cum autem cum
dulcore suo habet viscositatem sicut dactili ve-
lociter stomachum exit preterea quia cum lotura ad-
est sibi lubricitas. Cum autem inde ad ve-
nas penetrat dure et tarde. Necesse est
digeratur propter grossitiem et viscositatem suam.
Unde et sepe generantur opilationes in iecore
et epatis et splenis et mutationes in putre-
dinem et corruptionem fit. [illegible] quod inde de-
[illegible] febris. Et cetera commixtiones dulce-
dinis composite ex pasta et melle et [illegible]
sive frixa in oleo [illegible] et [illegible]
[illegible] sit. Quedam autem dulcedo sit naturali-
ter ut mel apium. Quod enim acuitatem habet ab
[illegible] illud [illegible] sibi [illegible]. Unde
lavativum et mundificativum et grosse et vi-
scose humiditatis fit [illegible]. Ideo quia si
invenerit ventrem preparatum ad expellendas
feces ab interioribus ad exteriora invenit
et [illegible] ad [illegible] cibos in re-
tentiva membra corporis adiuvat expulsiva
virtute in expellendo fecibus illis. Sit
causa fortis ad dissolutionem ventris.
Si autem virtutem ventris preparatam ad
[illegible] membris invenit et [illegible]
ad expellendas feces ab interioribus
suis [illegible] et [illegible] aperit
[illegible] usque ad cibum ut [illegible] penet-
[illegible] quam humiditatem [illegible] et
[illegible]. Unde fit causa ad

ad constipandum ventrem. aliud quod diversas
sunt in hominibus actiones quia in quibusdam
est salutis et sanitatis custoditivum. quibus-
dam vero stipticum et morborum generativum.

Quibus autem calidum sit ventri
coli sicut amigdale et similia
propter hoc esse sunt cibum prius significatur
sunt aliquid propter virtuositatem. Commixtus autem
cibis virtute dulcedinis ingrossat impedien-
tes digestionem. Cumque cibi digestioni incipi-
at et pilos stomachi amigdale sua virtuositate
emollescat calores lubricant et velocius eli-
minat. sed cum cibi illi velociter ad venas de-
veniat eas inflat et ingrossat. Continentes
desiderium ne aliquid affectant.

Quibus autem salsi sunt fructus propria pe-
netrandi sed mixtura mordicativa quia inte-
stinorum expellentes ut si contingit expellat
velocius. Unde G. Calefacta multum dulcia et in-
tropa penetrantes cruda sunt. proprietate pene-
trandi ad venas. et velocitate exeundi inte-
stina. sed tamen citrea ad hoc agendum duobus
modis sunt fortiora. Vel ex salsedine sua et
incisione sua intestina mordentibus ad ex-
pellendum velocius. Vel quia horribilitas sapo-
ris et immane suspiciens corporis natura
tamen grossissimum sibi inde attrahunt. Unde ex
multitudine sua in intestinis remanet continua
et integro expellat. Egestio. sed cibi
dulcis non eadem ratione sunt laxantes. Acetosi
enim ex delectatione sua eos sibi attrahunt
plurimum. et in intestinis parum inde remanet
Unde levius fiunt et velocius expelluntur. Unde
G. Dulcedo multum fieres fiunt quibus accidit
salsedo non multas incendit. quia de salsa-
gine sua multa fex in intestinis coadunatur
cum parum inde penetret ad venas ad nutri-
enda membra corporis

Cibi amari inducuntur sicut et salsi in
omnibus accidentibus suis. sed tamen minus stomacho
ex ponticitate sua sunt nocivi.

Acuta necesse est ut sint
incisiva sunt et laxativa. Unde G. Que
multum calida acuta sunt et citrea in accidentibus
suis incisiva sunt. propter quod et laxativa faciunt
ventrem. sed non impetu suo non sui voluntate
solventia. Id quia in corporibus non secundum cibum tamen
sed secundum medicinam operantur. acuta tamen naturaliter quia
citrea sunt fervida.

Acetosi cibi in accidentibus suis sunt incisivi
sine calefactione. sed tamen actio sua est binaria
Si enim in stomacho vel in intestinis ventositatem
humiditate grossam acetositas ciborum invenerit
incidit eam et deponit. Si vero ventrem siccum
humiditate reperit stipticum paulatim desiccat
feces et constipat et ventrem non solvit. cum hec
actio sua sit naturalis. hoc autem facit cum acetosi-

tas sua sit simplex sine admixtione aliqua dul-
cis. commixta enim vistoptica(?) sicut tamarindi
oxisacchara prima quia etiam laxativa.

Cibi pontici naturaliter sunt stiptici
cum sint constipativi et humiditatis ingrossa-
tivi et desiccativi. Unde faciunt ventrem quod
talis in corpore operantur. Unde et subtilitate di-
etarie volentibus nocivi sunt. quia penetrans eo-
rum est confortare stomachum neque dimittere a se cibum
et ita naturaliter constipat ventrem. Aliqui tamen la-
xativi sunt accidentaliter. Accepti enim ante cibum
aliquid descendentes ad inferius ab stomacho confor-
tat et inducit neque permittit exire ci-
bum sicut quod sit causa fortis ad constipandum. Et
si accipiuntur post cibum in actu superiori stomacho
exprimentes cum sit tortula(?) quod sibi appo-
nit et cum in interiora velocius. Unde dissol-
vit ventrem maxime si stomachi sonat in tenendis
cibis sit defecta et antiora cibaria subti-
lia fiunt. sicut herba feniculi et similia cocta
cum oxisacchara et oleo adaptata. hic enim
cum ut accepta post quia ponticia adiuvat
et solutionem ventris confortat. Unde G. de
tempore quedam dicit sepe inimicati(?) quod qui
cum maturaret pontica sicut pira mala co-
tana fortissima solutione solvit sibi ven-
trem. quod audiens G. ad id exprimendum accid-
erit et ratione excogitavit invitans eum semel
ad prandium ut videret quo tempore et quantum de illis
stipticis acciperet precipiens ne quod muta-
ret de assueta dieta. Necessarium fecit. Cum
autem ad balneum assuetum accederet. bibit parum
aque frigide. deinde herbam feniculi comedit
sicut quidam consueverunt tamen prandium. Post autem
bibit parum dulcis vini sicut quod comedit mo-
diolum cibum cum oxisacchara oleo et parum
vino. Deinceps vero accepit pullum colum-
binum et gallinarum et carnem porcinam bis
bibens vinum. Post aliquid accepit mala
stiptica atque pira. Unde valde dissolutum cepit
et fortiter magnum sibi faciens ridiculum
de medicis. Hoc autem G. consyderans ut altera
die secundum commedere rogavit. id quod gaudens
fecit. Exiens autem de balneo sicut consueverat
apposuit sibi mala atque pira iubens ut
illa comederet prima. atque fecit ita. Pira
comedit sicut prius consueverat. quod cum fecisset
non solum solutionem caruit sed etiam venter
constipatissimus fuit. Admiratus ergo fuit
interrogans. Unde hoc fuit. G. autem incipit
sibi. Cum cibaria acciperes grossa et sti-
ptica. post ea que venientis solutiva sunt
hoc constipandi fuit causa. Item G. de
quodam iuvene quiddam accipiente die se-
mel et in v. horis ad dissolvendum
medicinas deinde inimicatus de stomacho et infla-
tione ventris. confortatus est ultra modum

Dolor illius adeo ut sincopim illi incurreret in
acclamare. Ego autem suam considerans inscien-
tiam precepi ut mala citonia acciperet ace-
tosa et stiptica. quae cum explesset nimia fuge-
rente solutione quievit. Hinc vero iuvenem
rethoricum illum reprehendi et quid passus fuit
recitavi. Dixi ergo rethorici illi. sic tibi contin-
get si post cibos stiptica comederes. Causa autem
huius est defectio stomachi in retinendo cibos. nunc
superiora comprimendo precium continentia facile ev-
incit. Respondit rethor. Bene dixisti stomachum
meum scio forte defectum. Unde et stipticum post
cibum non comedo. nisi cum stomachus ad vomitum
moveatur. non enim post prandium comederem
mollia sicut melonem malum vel dampasce-
nas (?) et alia [illegible] vomitus. Respondit
ergo ad vomitum bene consuluisti. Res enim
mollis comminuta cum stomachum sit movet et
stipticum continet et stomachum confortat. Unde nobis
cum plurimum convenit cum cibo in fine acetosa
stiptica comedi et stiptica stomacho ob confor-
tationem et ab inferioribus humiditatem illam
emittentia.

Cibi vero absinthii sive sapore sunt acu-
ta et plura velocius penetrat venas
tamen ad ventrem constipationes sive solutio-
nes sunt mediocres. cum vero acrime sunt. nec
salsuginem unde faciat solutionem nec constipa-
tionem unde stiptica fieret. Unde si virtutem
ventris paratam ad penetrandos cibos in
membra invenerint moventur cum cibis propter
suam facilitatem et liquiditatem et velocitatem
sive mobilitatem. Et si virtus ventris ex-
pulsiva ad expellendas feces infimas pre-
parata fuerit. lubricat feces. fit causa
solutionis. Si autem ventris defectus fuerit
ut cibi neque penetrare possint. neque emitti
feces ab inferioribus, mutat stomachum et muta-
tur in corruptionem. generant rugitus. hec ad
est proprietas et natura sua. cum simplices fu-
erint non saporosi. nullo alio sapore
sibi commixto. Si enim comixti fuerint viscosi
sicut colocasia. atriplices malve. melo-
cine. auferunt virtutem lubricandi et stomachum
mollificant. Unde et hec olera facilius ex-
eunt. quam non saporosa alia propter humiditatem
et viscositatem suam maxime si post accepta
ambulaverint suscipientes ea per loca declivia
et in terra arenosa vel pulverea. Cum motu
enim velocius exeunt quam si quieverit digere-
rentur. quam quiescendo melius quam si ambula-
verint. Cibi vero hec natura habentes sunt
dulce vinum mora passa cerasa. precipue
si dulcia sunt. sunt et meliores. sed tamen alterius
proprietatis sunt. quod non habent illa. nec sit
diminutio propter suam collationem sive saporosi-
tatis. enim sunt aliis omnibus recentes acetu-

et acrimonie. Unde et cibi mundificantur inde
loca. hec tamen omnia non saporosa neque odori-
fera in stomacho ut quae dulcia et acetosa
vel stiptica et solubilia sunt mediocria
sicut diximus de melonibus sicut et de cucurbita
similibus enim sunt sive amaris. Unde si stomachum
purgatum invenerint ad penetrandos cibos
inter venas cito dissolvuntur. et ut ad hec
facienda stomachus adiuvetur. Et si purgatus ven-
ter sit in fecibus emittendis lubricant eas
cito dissolvendas unde solvitur ventris solutio.
Et si ad utrumque ventris sit defectus mutat
morantur et in corruptionem mutantur.
Unde ad dissolvendum ventrem hi accipiunt ma-
teriam videat si sit subtilis et feces liquide.
Si enim materia grossa et feces dure fuerint
acetosa melius videntur competere. neque so-
lum acetosa sed et salsa et acuta et amara.
Unde et cibi acetosorum in subtiliando
grossis humoribus acutorum acrium vicinantur.
Differunt tamen quia acuta subtiliant et cale-
faciunt. acetosa subtiliant et refrigerant.
Oportet ergo dici acuta cum materia grossa sit et
frigida. acetosa cum subtilis sit et calida. Post
dulcorem si parum acetositatis commisceatur magis
vincit. Amaris autem cum inter laxativa
et stiptica mediocres sunt. sed tamen hec et
propter ventositatem et inflationem plus quam in ceteris
que videntur esse insipida. propter dominantiam
aquose humiditatis eorum. Sed hec nimis
faciunt ventositatem et inflationem. Cum ca-
nis longe bene sunt diversa propter proprias hu-
miditates suas et mediocritates inter humida
et sicca.

Cum autem cibi ex duobus oppositis sunt
compositi ut stiptica sua suo liquori sit
contraria. verbi gratia si virtus substantie eorum terrestris
sit et stiptica. et liquor acutus et subtilis
acutus. ut potest videri in lenticulis et caulibus
et in aliis terrenis et similiter in quibusdam vola-
tilibus. quorum ambobus substantia virtus stipti-
ca est. et ad digerendum dura. unica vero
ut cetera sunt acuta sunt et subtiliativa et
ad digerendum velocia. Unde si hec in ventribus
sunt. accipiantur in fine unica sibi acuitate
et subtilitate. querunt exire. sed substantia ille
obviat illis. et sua duritie resistit. Unde
quedam in illis generantur repugnantie que
maxime dolorum tortiones inflationes et
ventositates sunt cause. et ventositates
unica ibi clausa hic faciunt. Et si virtus
ventris ad deponendum parata sit et
unica confortantur et solam invenerit descen-
dunt velocius. sic quod quievit inferius.
Cum vero virtus ventris apta sit constipa-
tioni confortantur substantie et virtutes unica
augmentatur doloribus diu inter constipate

immoratur. ideo quod lentes in quibusdam sunt laxative, in quibusdam vero constipative et in lite. Ubi enim utitur ventris preparata solutioni invenerint, adiuvat eam expellendo et cito solvitur venter. Si vero aliter eius contrarium, ergo consimiliter bonum coquit cum in aqua et prima aqua proiecta in aliam coquitur aqua ut vis prima suo actu in aliud traducta esse et sic constipando non sua careat utilitate.

Mel autem in quibusdam bonum laxativum sanitatis est custoditivum, in aliis vero non similiter, sed potius constipativum et morborum generativum. Generans igitur est natura sive saporum vel generum. Omnis enim alibus natura augmentat sua similitudine et confortat, dissimile sibi minuit vel omnino destruit. Mel autem in sua natura calidum et siccum est. Calor ergo et siccitatem suscipientis calidum et sic natura est ut augmentet et ut sua compleat actione. Frigiditatem ergo et humiditatem frigidi et humidi corporis econtrario minuet. Calida autem cum talis est et sic. Si ergo colericus est et mel comedat, notum est quod mel sanat ideo quod suum est: confortat enim et augmentat eam. Si ergo colerico calor et siccitas ducitur, mel susceptum utrumque augmentans et in eo contradicit ei quod vincitur sic quod fex desiccatur et venter constipatur, nisi in intestinis invenit aliquam materiam quam mel acuitate sua mordens excitat eam et ita solutionibus fit causa. Causalis que ex colericis fit intestinis. Si vero flegmaticus mel accipiat, cuius complexioni frigiditas et humiditas ducitur, talis fit eius complexio propter mellis complexionem et superfluitas desiccat humiditatis sic quod natura eius ad mediocritatem temperamenti revocatur, et causa fit prestande et custodiende sanitatis. Maxime si in stomacho humiditatem coadunatam invenerit quod eam lavat et intestina mundificat, eam movens ad colericas feces expellendas, adiuvat ad ventris solutionem. Unde A. in quodam sibi de ore stomachi communicat invenientem flegma coadunatum in ore stomachi et precepit sibi curam, scilicet lactucam et portulacas elixas coquere et cum sinapi manducare. Quod cum fecisset, flegma inciderunt, cum ab illis sumptis depeller(?) nimias feces ad inferiora quod per plures dies saturavit se usque ad fastidium de ultra(?) his acutis et inde in stomacho mordicatem sensit. Contrarium est autem hec acrimonia prioribus quia A. vocatus esse simul et manducavit simul cum sinapi sic antea semper curavit agrum sucredentia. Sed si fuerint causa in confortanda et augmentandam mordicatam stomachi ardentem, simili ergo est melli simul similibus confortare et augmentare. Dissimilia vero econtrario expleto.

Expleto quid utiles cibariorum secundum experimentum investigetur, nunc secundum rationem eligenda sunt dicere consequenter. Non enim solius experimenti intentio mea, de his prius. Cibaria autem secundum rationem distinguitur tribus modis: ex saporibus vel ex odore vel ex colore, et ex coloris complexionibus compositionibus intelligo soliditatem et raritatem, levitatem et gravitatem. Ecce in has qualitates rationem ab eis generatarum compositarum subtilium grossarum velocium seu tarde digerendarum. Omne autem cibarium duobus modis dividitur. Aut enim sensui est passivum aut sensui in illatum(?). Item aut sensui inferius duplicitur dividitur. Aut enim est corpus eius compositum sicut albugo ovi et similia, aut simplex sicut aqua et cetera elementa. Quod si corpus sit compositum ex qualitate grumbarum(?) vitium significat sapientum que sunt calida frigida. Unde et ipsa albugo mediocritatem quandam habet, sed tamen parum frigida attinet. Passiones insipientes sensui qualitates diverse sunt secundum consuetudinem liquorum substantie rei et subtilitatem eius ad mediocritatem. Si enim liquores terrestres sint et grossi natura rei de complexione frigida est et sicca et desiccativa, et dum frigida et sicca sunt terrea et materies causa et similia. Si autem subtiles sint liquores et aerei natura rei virtute ipsa erit inter istas qualitates mediocris sicut olim quidam vocant ensaron(?), id est de olivis natus. Simul quod si liquores inter subtiles et grossiores mediocres sint, sic etiam res inter strictum(?) et mollescere mediocris et vocabitur frigida et humida sicut albugo ovi et recens caseus. Alia que etiam aliter dividuntur secundum motum suum in qualibet extremitate. Si enim maior sit grossitudinem res viscosa et lenitiva erit sicut dragaganti et amigdali. Si subtilitas attinueret res mollitiva erit sicut liquida cera et raro pinguis. Nulla vero passiones gustui insipientes si sunt simplices, nil erga sensum sunt operantes. Non sunt simplices, id est prime compositionis. Natura res sensui operantes et inferentes sunt composite, sensibiles enim sunt composite. Simplicia vero non faciunt in compositis quod composita in corpore. Unius enim actio naturalis non operatur nisi in his quorum similitudines sunt in potentia qualitatis ut eam contrahat in actum, neque patitur nisi a similibus et non recipit nisi quales ipse habet potentie qualitates. Complex autem sapor neque potentie neque actu in corpore potest esse et econtra, neque sensus eum recipit neque in eum mutatur, sed mutatur circa composita que sunt sibi similia. Unde propterea plus refrigerat et extinguit sitim quam aqua, et si aqua naturalis sit frigidior quam pomum, quod simplex est aqua numquam operatur. Ideo quod acuitatem suam concordant, quod elementa non mutant corpora neque membris assimilantur aliquibus

fuga propterea quia virtutes eius separant. Acu-
ta autem et fortiora sunt petitis quia calor coniunctus
est subtilis. Salsa autem quia calida sunt in ii° gradu
minus separant et non minus fugit ea. Amarum
autem quia in 3° gradu sunt calida in actionibus suis
inter salsum et acutum sunt mediocria. Semper ergo
plus fugit ea quam salsa et minus quam acuta.

De passione vero

in inspexerimus sic actione ignis invenimus
in melle. Sicut enim cum igne excoquitur et igne
mediocri confortato ut calor temperamentum transgre-
diatur, sua humiditas minuitur et salsitudo ge-
neratur. Et si actio ignis in illud augmentetur et ad
vehementiam accedat, plurimum sua humiditas de-
siccatur et in acetitudinem mutatur. Et si plurimum
adhuc augmentetur actio ignis in illud et hu-
mectatio siccitatis sua penitus firmata, acutum effi-
citur. Unde autem quicumque sapor acutus est
aut amarus sive salsus, complexiones sive calide
nature in intelligantur. Quicumque ponticus aut
stipticus sive acetosus, complexiones eorum frigide
erunt. Dulces vero vel unctuosi vel abusive vel
non saporosi moderate erunt complexionis. Quorum
autem subtiles sunt substantie vel unctuose seu acute
vel acetose erunt. Quorum autem grosse vel dul-
ces erunt seu pontice vel amare. Quorum vero
inter subtile et grossum sunt moderate, que sunt
vel stiptice vel salse vel sine sapore. Cum autem
grossitates et subtilitates substantie diversitates et
caloris moderationes componantur cum caloris diver-
sitate novem species saporum confirmant. Prima dul-
cedo est ex calida complexione cum grossa substantia composita.
Secunda unctuositas ex calida complexione cum subtili sub-
stantia composita. Tertia non sapora ex moderata
complexione cum substantia moderata composita. Quarta
acetosa ex complexione frigida cum subtili substantia
composita. Quinta stipticitas ex complexione frigida
substantie cum substantia moderata composita. Sexta pon-
ticitas ex complexione frigida cum grossa substantia composita.
Septima acuitas ex calida complexione cum subtili sub-
stantia composita. Octava salsitudo ex calida complexione
cum moderata substantia composita. Nona est amaritu-
do ex calida complexione cum grossa substantia composita.
Cum autem substantiam calidam vel frigidam sicut vel humidam
dico subtilem vel grossam ad comparationem tem-
perate complexionis intelligo. Certe enim illi an-
tiqui omnium saporum investigatores posuerunt
aut saporatum aut non saporatum. Saporita vero
instituerunt esse temperata humane complexioni assi-
milata, cum non ea sensus abhorruerit vel ab-
hominati fuerit, sicut aqua tepida sed tantum
delectaretur. Que autem ex his sensui non assi-
milantur, sed quodammodo sensus patitur, sicut
aqua calida temperie excedens contraria sensui
est, sed si parum humane complexionem comprehenditur
contraria. Hinc etiam in primo gradu ponitur.
Augmentata vero plus, sicut aqua calida, in secundo gradu

constituitur. Rursus modum excedens adeo
ut ea sensus abhorreat, neque nisi mixta
ea tangat, tertio gradu attribuitur. Ita adhuc
crescens ut intendat et separent virtu-
tes et complexiones destruat, in iiii° gradu sunt
locanda. Ita in illis vero est de frigida sicut hu-
mida. Cum autem gradum aliquem intensionis
vel separationis virtutis non invenerint, simplicitate
in his tamen substituerunt et gradus in iiii^or
esse confirmaverunt. In his quia in iiii^or non inve-
nerunt nisi acuitas et ... complexiones diver-
siores, neque nomine eos imponere valentes omni-
nus gradum tres attribuerunt prius minus
... Constat ergo saporatissimam
eorum complexionem humane esse vicinam sicut dul-
cedinem, cum unctuositas secundaria est, tertia non
non saporata. Unctuositas enim temperamento vi-
cinatur in calido. Unde et calor suus in secundo gradu
ponitur. Non saporata vero invenimus in frigi-
dioris temperamento, id est frigida in primo gradu sunt
ponenda. Temperabilia humane complexioni sunt contraria
quorum amores sunt diversiores. Aut enim cum mul-
ta adiunctione sunt ponticitas vel stipticitas, aut
cum multa separatione sicut virtutes. Hec autem dua-
bus modis fit. Aut separatione sine calore, sicut sunt
acetosa. Aut cum calore sicut acuta, amara et salsa.
Constat ergo quod unctuositas et dulcedo eiusdem
sunt generis in calore, sed tamen differunt quia humores
dulcedinis viscosi sunt et grossi temperamento vi-
cini humiditatis substantialis corporis humidum assimilatum.
Humores autem unctuositatis subtiles sunt et aeris
humiditati similes sunt. Unde et naturalem calorem pervi-
nientes sunt quod palam sit in his que de ...
et pinguedine existentes et videri que ...
sunt nutrimenta ignis. Horum enim humiditates hu-
miditati aeris sunt similes propter colligantiam faciunt
qualitates ... caloris. Salsa vero et acuta et
amara eiusdem sunt generis in calore et siccitate
sed differunt quia humores acuti subtiles sunt et
ignei. Salsi inter grossum et subtile sunt me-
diores terrestresque sunt vicinates. Amari
grossi sunt et terrestres stipticitate vel siccita-
te ... Unde non sunt ita nocivi sicut salsi
et acuti. Stiptici et pontici et acetosi eiusdem sunt
generis in frigiditate et siccitate, sed differunt quia
humores pontici sunt grossissimi terrestres et
grossi. Humores vero stiptici sunt grossi mediocres
et temperamento vicini, acetosi plurimi et subti-
lissimi. Duobus tamen modis sunt aquosi, sicut
malagranata et mala citrina sunt et viscosi saporis
et aerei sicut ... et similia. Sine sapo-
re vero et si sint frigida sicut acetosi et stiptici
differunt tamen quia acetosi et stiptici sicci-
tatem ... sunt ... sine sapore vero sunt
aliqui humiditatis ... quia sapores sui sa-
pori aque sunt vicini. Aqua vero frigida est et
humida. Omne ergo frigidum et humidum aut sine

sapore est aut inter sine sapore et dulcedinem
mediocre. Amplius ergo sapores octo sunt
neque hunc numerum excederes neque infra subsistentes
scilicet dulcedo unctuositas salsedo amaritudo
acuitas acetositas stipticitas ponticitas. Quidam
tamen ponticitatem exceperunt et vice sua sine
sapore posuerunt. dicentes ponticitatem se movere
vice de stipticitate quare esse. neque se invicem
differre nisi in fortitudine et debilitate. Si
autem necesse sit ponticitatem in genere saporum nominari
et si de speciebus sit stipticitas. necesse ergo
erit acceptabiliorem saporem. et si de speciebus sit
dulcedinis. inter sapores tres esse computanda. Regula
ergo sit. Notandum quod dulcedo medietatem et temperamentum
sequitur inter calorem et humiditatem unde
etiam animalia aqua tepida dulcedine assimilantur
quae amplius humano assimilatur. ideo quod simul
nutrimentum conterit multum. secundum medium vero quod
sed humidis dissolvit et mundificat. diversas
res temperat. Durum enim mollificat cum humiditate
sua et mollia indurat cum caloris sui subtilitate
vel debilitate. Non ergo nocet sensui neque abhorret
ab eo. neque naturae sibi repugnat. et ideo plus quam
ceterorum saporum aliquorum corpus nutrit. maxime
si sua substantia aliquatenus viscosa sit. Unde A.
Omne inquit nutribile aliquam dulcedinis quantitatem
maiorem vel minorem oportet habere secundum quod
magis nutrimento approximat vel elongatur. nam nutribile
autem omnino caret dulcedine. Multa ad
simpla masculos bonos facit, multo magis
feminas et laus lactis et laus femineitatis
facit bonas. Redarguem tamen de vaccis
antiquis. Iste femine in bobus meliores non
sunt suis maribus. nam vacce naturaliter rapi-
nis sunt sicciores. Videmus enim vaccinam
duriorem esse et tardiorem et adhuc nature
inobedientiorem. Cum ergo femine non omnium animalium
similiter se habeant et vacce quia femine in
grossitie et in digestibilitate duplici extra
erunt male masculi autem quanto plus naturaliter ca-
lores in animalibus omnium et in corporali sua specie
meliores sunt in digestione tanto plus mas-
culis erit femina dignior in bonitate. tamen nu-
trimenti non melioris erit. quia humiditas fe-
mine naturaliter siccitatem temperat in sua specie
Unde et bos masculus melior est lactens et
laudabilior non lactente. quia humiditas lactis
complexionem suam temperat. Castrata vero ani-
malia inter complexionem maris et femine mediocria
sunt in specie sua tamen, ideo quia calores sue et
fortitudines femininis sunt vicinatas. quia cum qui-
libet masculus nascatur nobilissimus tamen mascu-
line naturalis caloris sunt fundamenta demptis in
calor deficit et complexio sua. attamen fe-
mine apparuit. quia nunquam calefaciunt masculis
plus femininis. tardius in animalibus. tamen fe-
minis digeruntur. Sanguis autem quem generant
melior est quam quem femine, peior quam quem
masculi nisi tamen in rapinis ut dixi. Castra-
ta autem maris masculis sunt nutrimenti. et fe-
minis melioris bonitatis.

Explecionem ergo differentiis maris
et femine et neutri redeamus
ad premissa et incipiamus a complexione na-
turali. Antiquiore animalium ergo triplex est
complexio. Aut enim mediocris in humiditate et
siccitate est. et hec duplex est. est enim secunda sicut
lactentium rapinarum carnium. est et talia
sicut animalium agnorum. Aut est cui siccitas do-
minatur. que iterum duplex est. Aut enim
talia sicut vetus pecorina. Aut secunda sicut ve-
tus caprina. Aut est cui dominatur humiditas
et hec duplex dividitur. Aut est talia sicut animal
agnina. Aut secunda sicut porcina. Concorda-
tur autem antiqui quod nulla animalia ambula-
bilia et bruta corporis nutrimenta porcinis
sunt peiora. Que autem animalia inter humida

et sicca sunt mediocria in velocitate digerendi et
bonitate nutrimenti multo meliores sunt ceteris
maxime si iuvencula sint non vetera ut la-
ctentia. Vetera enim sunt sicca et macra et
caro eius dincissa(?) est. Lactentia enim humida
sunt ad digerendum dura et viscosa et fluxus
generativa grossi nisi naturaliter animalia sint
siccissima sicut caprina et bovina. Hec enim in
vicinitate lactis laudabiliora sunt humidi-
tate quia sua reparatur siccitas quia quamvis sunt
siccissima naturaliter pessimi sunt nutrimenti
nisi in lacte sint vel vicinitate lactis. Hec
dant diversitatem nutrimenti bone complexionis sicut
ad secundam declinant. Ideo quia rapina vel
bovina lactentia iuvenculis vel veteribus sunt lau-
dabiliora. quia in natura sua sicca sunt, et iuvencula
erunt duplicant sicca et dura. et nimium famem
generantia. Si autem secunda sunt animalia sicut rapina
et bovina in contrario erunt media. sicci-
tas enim calore, iuncta ingenit et velocitate desiccat
nata in corruptionem mutanda. humida naturaliter
in teneris sunt mollia et tenera a stomacho et inte-
stinis cito descendentia. ideo viscosi flegmatis
generativa. Que tamen calidiora sunt animalia sicut iuvencula
pecorina secundaque sicut porcinis sunt meliora
quia porcina ceteris animalibus minus sunt calida
et magis humida. Unde antiqui dicens infirmo
applauserunt in sanitate. ideo quia ad digerendum
sunt dura et grossa et ad penetrandum venas
tarda. Ablata enim humiditate penetrare nature
est ut calor adiuvet vel contrahat dum at-
tenuat ut coagulet et ad digerendum et penetran-
dum inducat

Diversitas nutrimentorum ex
etate est quadruplex. Aut enim perfecta
sit nativitati vicina vel a nativitate remo-
ta. adhuc tamen secunda sicut annua vel iuve-
nilis iam completa vel decrepita. Lactentium
carnes sunt humidiores et ideo a stomacho lubricandos
ventris solubiliores. fluxum sanguinem et
multam superfluitatem generantes. nisi sint sicce
naturaliter. sicut bovine caprine. quarum nutrimenta
sunt ceteris laudabiliora. maxime bonum lac
sugentia. Unde G. dicit quod animalia sunt
lac sugentia et bono nutrita lacte lauda-
biliora faciunt nutrimenta. In multis quo(?)
themenis(?) Edulina et vitulina laudabili
lacte nutrita laudabiliores carnes sunt
et saporosiores. Quamvis autem lactentium carnes
et saporositate et digestione sunt meliores
Eduline tamen omnibus quas diximus lauda-
biliores. Unde sanguis quem generant subtilior est
et mutabilior et omnibus hominibus convenientior
maxime existentibus ab egritudine. Vituline
autem non similiter. quia sanguinem quem generant gros-
siorem faciunt. quia bones grossiores et dur-
iores naturaliter. Unde vituline carnes et si sit

laudabiliores non tamen sunt excedentibus ab egri-
tudine · nam membra eorum in digerendo grosso
cibo deficiunt Si autem lactentia naturaliter sunt
humidiora sunt pessima · quia naturalis humiditas et
etatis in corde se colligunt et in fiunt grossa
et viscosa et ad digerendum dura · corruptum
nutrimentum faciencia / Humide autem complexionis flu-
xos humores generant et grosses firmos et
corruptos Unde lactentia porcina et agnina
sunt pessima Sed plus porcina ex naturalis ca-
loris puritate et viscositatis et humiditatis
dominatione et ideo caucius Unde mirabiles
porcina nulla habet bonitatem ad nutrimenta
maxime si sit lactens Capris lactentia por-
cina durior et ad digerendum grossa porcinis
quidem inveniuntur Hec enim animalia naturaliter habent
venas strictissimas sanguinem purissimum pin-
guedinem multam · quod lactentibus solum dominatur
etiam minime nocetur nisi in necessitate co-
gantur comedentes si talia habeant complexiones
et siccas humiditates fortes exercitationes et laboran-
tes frequenter In etate secunda i adolescencie
fere minores sunt humiditatis et viscosi-
tatis quam lactentia quia a cibo matris et la-
cte sunt remota Unde sunt duriora minus
superflua i nutrimento temperata ad digeren-
dum velociora · ad dissolvendum a membris
dura · maxime si animalia naturaliter humida sunt
sunt porcina et pecorina quia nutrimenta
sua inter humidum et siccum sunt temperata
· nam sic complexionis humiditatem siccitas re-
spicit etatis · et ideo non invenimus neque for-
tibus neque laboriosis neque exercitatibus que-
[illegible] Unde [illegible] Adolescentes
porcine et pecorine carnes laudabi-
liores sunt ex quo a lacte separate sunt quasi
adusque perveniant ad nutrienda animalia Si
autem animalia naturaliter sunt sicca sunt duri-
ora et ad digerendum tardiora quia in eis au-
getur siccitas · ideo quod bovina et caprina
in hac etate sunt illaudabilia In etate
tercia i iuvenilia siccitas dominatur in
membris · ideo quod carnes duriores et grossiores
et ad digerendum tardiores sed tamen in isto
et exparte huius digeste nutrimenta sua dant
forciora et multa a superfluitatibus mun-
dificata tarde a membris dissolvuntur
ex paucitate sue humiditatis et viscositatis
Unde si animalia naturaliter sunt humidiora huius
digestioni sunt nutrimenti sicut invenimus ex-
certarum Ideo quod carnes porcine et pe-
corine iuvencule et si sunt humiditatis
grosse huius tamen digeste laudabiles sunt
in membrorum confortatione et durius plus
quam regenda sanitate Si autem animalia naturaliter
sunt sicca nutrimenta sua sunt pessima ex
siccitate sua duplici Iuvencula quod caprina

et bovina sunt pessima carnes dura in
digestione tarda · digesta grossum generant
sanguinem et melancolicum In etate completa i decre-
pita omnia animalia sunt pessima duplici
ex causa Una quia caloris naturalis extincti-
oni sunt propinqua alia quia ceteris temporibus sunt
sicciora ex humiditate sua carentibus Secun-
da quia ad digerendum durissima · quia carnes
sunt nervose et fere nimis digesta · maxime si
animalia sunt naturaliter sicca sunt bovina capri-
na · quia duplicant sunt pessima · ex naturali sicci-
tate et etate sua Unde G. Que animalium
naturaliter sunt sicca puerorum · carnes sunt me-
liores et nutrimento laudabiliores Que vero
humidiora sunt pecorina et porcina quanto perfecti-
ora tanto meliora Item G. Que magis
sunt carnosa membris sunt sicciora · et ad di-
gerendum duriora / quanto minora tanto melius
sunt tenuiora et ad digerendum velociora Ob
hoc lactentia erunt fluxa maxime si naturaliter sunt
humida Item omnia animalia volatilia vel am-
bulabilia dico sunt recentia carne sunt lau-
dabiliora · quoniam que sunt iam declinata ex-
media inter hec duo extrema laudabilia sunt
vel illaudabilia secundum extremum ad quod sunt
magis pendentia

Diversitates in animalium nutri-
mentis iam diximus secundum quod pascuntur
Itaque tamen ad memoriam reducamus Animalium
quedam silvatica quedam ut diximus dome-
stica Silvaticorum vero sanguis ~~lauda-~~
~~bilior est~~ subtilior est et acutior · quia minus
comedentia sunt et sicciora · ex nimio motu
et calore aeris vel alimento Sunt enim sole
cooperta Unde pori rarefiantur superflu-
itates humidorum dissolvuntur · quia parum co-
medunt atque bibunt Sanguis quidem dome-
sticorum datus est communis · quia durior et
grossior et viscosior atque mutabilior ex
puritate aeris et desitione movendi et
multitudine comedendi et bibendi Unde
pori oppilantur et nutrimenta sua ingrossan-
tur Dividuntur autem in terra Quedam
enim maiores herbas sunt pascentia sicut
boves et similia quedam minores et mino-
res sicut pecudes et similia / quedam tamen ra-
morum extrema sunt capre et similia Pa-
scentia herbas maiores pessima et me-
lancolica corrupcione sicut in hyeme sunt
et usque ad medium veris · similiter in temporibus
marcia sunt non bona nec inveniat sibi
pascua [illegible] a medio veris inantea
cum iam bona inveniat sibi pascua quia
venena increassatur augmentantur et
prosperitate nativitatis et laudabile fa-
ciunt nutrimentum Unde G. Omnia inquit
animalia sicut bovis competentes et sue complexioni

inveniatur. Unde pascentium carne salubriora
et laudabiliora sunt. Non invenientia herbas
sunt contraria. Pascua et minutas herbas
pascentia bonitate carnium sunt laudabilio-
ra ab initio veris usque ad medium estatis.
Herbe enim temporibus illis complexiones sibi inve-
niuntur. Unde et herbe temporibus crassiora et
teneriora et laudabilis nutrimenti esse vi-
dentur. Extrema ramorum pascentia
ab initio estatis usque ad medietatem hye-
mis sunt bona, tunc enim rami arborum
teneriores sunt et humidiores. Ypocras. Que
magis aliquando in pratis et campis pa-
scuntur sunt carne leviori et faciliori ad
digerendum plus quam ea que in domibus
nutriuntur, ex sui frequentia exitus et mo-
tus subtilior et serenior aer attrahitur
ab eis. Unde superfluitates humorum minuuntur
et sue complexiones temperantur. Que liberis
parum stratis et minutis pascuntur melio-
ra sunt quam que herbis nutriuntur humidis.
Que teneros ramos comedunt et frondes
meliora sunt quam que domi fructibus earum
aluntur. Que autem parum comedentia et
bibentia multum comedentibus et bibentibus
sunt meliora.

Diversitas animalium in
macilentia et crassitie triplex est.
Aut enim pinguissima. Aut macilentia. Aut
mediocria. Pinguissima sunt peiora quia pin-
guedinis superfluitas stomacho et digestioni est no-
civa. Primo enim cibus natat et facit
cibos inflatos et cito putrescentes. Velut aut
alii cibo admiscetur sua viscositate ingrossa-
tur alius et digestionem retrahit. Digestio impedi-
ens villos stomachi emollit et viscositatem
et lubricitatem eis tribuit. Unde continua
orexis ei deficit et expulsiva confortatur
in expressione. Inde plurimis lienteriam generat
eis quibus stomachus est humidus. Quibus est ca-
lidus fumositas fit calida de coleris continuis
bus. Quia calor stomachi ex pinguedine magis
intensus fit sicut exterius calor ignis pin-
guedine et oleo accenditur, ideo quia antiqui
studuerunt artificialiter adaptare, cum multo
sale assari forti et caseoso igne
ut mali humores sui plures sint desiccati et
ut accedat temperamentis. Prohibuerunt etiam in-
ungi carnes exterius oleo et aliis cum
assantur, ne forte cum assentur parum
clausis malos humores exire prohibeat. Inde
innuere me de pinguissimis animalibus nisi
sola carne rubea comedatur. Caro enim so-
la pinguedine nuda et si de pinguissimo anima-
li sit melior est et laudabilior. Quia que
commixta est pinguedini. Licet non sit de pinguissimo
animali duabus ex causis. Una quia caro pin-
guedine nuda et si naturaliter sit crassa
et virtuosa non tamen licet de pinguedinis superficie
per stomachum, possit innatari et lubricare. Im-
mo caro quia vel corrumpi quia subtilis adeo et
ad digerendum facilis est ut sit temperata. Unde
multum licet nutrimenti et fortitudinis et in-
tercede dissolutum a membris ut corporibus in
bona virtus restituatur humanis. Secunda quia tamen
licet virtuose subtilitatis commixte eiusdem
qua restituitur sanguinis nutrimentum et calori natura-
li et augmentationi sui. Calor enim naturalis
non nutritur nisi ex virtuositate sanguinis.
Unde et virtuositas quasi fundamentum et nu-
trimentum est caloris naturalis. Ideo prohibuerunt
antiqui infirmos febricitantes carnibus
nutriri, vel aliis virtuosis que causa sunt
augmentationis febris et confortandi eas.
Inde est. Sic oleum et alia virtuosa exte-
rioribus sunt alimenta ignibus sic et interio-
ri calori pinguedo et alia virtuosa. A-
nimalia vero macilenta carne sunt innosa
propter viscositatis et parum sanguinis habentia
parum humidi et parum nutrimenti. Sed tamen
causa sue prave viscositatis velocia sunt
digeri et venas penetrare magis nisi quam
carnes crasse et longe sunt remote
a stomachi lubricatione et intestinorum minus
calefactione et longe a commixtione in ge-
nerata colera a lubricatione stomachi et inte-
stinorum sunt remota dupliciter ex causa. Una
quia neque lubricitatem habent neque viscosi-
tate stomachi villos emollientes cum porositas
sibi deneatur. Unde antiqui et maxime caute
preceperunt ut carnes macre nulla pin-
guedine habentes acquiratur elixe vel
in persello carne est macra ab aqua fiant
humide. Unde siccitates temperentur sue.
Secunda quia ex perforationibus venarum velo-
citate non diu in intestinis permanet ut
ea gravat ad expellendum feces velocius
parum calefacere sunt in stomacho. Tarde enim
mutatur in generandam coleram ex ablatione
sue pinguedinis et viscositatis que mate-
ria sunt colere incensionis. Que animalia inter
crassitiem et maciem sunt media in natura
carnis et pessimis sive sunt mediocria et
continue carnes pinguissimorum animalium et pin-
guedine nuda valentia. Ideo quia temperatiores
ceterorum animalium carnibus et laudabiliora
cum non tamen pinguedinis habeant quod talis incre-
dat atque villos stomachi lubricet, neque adeo
macra ut carne fiat virtuosa et san-
guinis propria. Et ideo antiqui insti-
tuere non tamen sale adhibendum. Unde sua
desiccetur humiditas, nisi tantum eius so-
nus prevaleat ut sua desiccetur virtuositas
exterior quia oleo unguantur et sale assetur

igne temperato · continue oleo expletur cutis
et humiditas custodiatur similiter Ergo fiat
in carne pinguedine media et de pingui
bus animalibus facta carnem temperatam. Hec
conveniunt ibi causa sue sanitatis · Paulus
Carnes inquit iuvenilium animalium in pinguedine se
parata melior est quam pinguissima sive macilenta
Nutrita cibis digestibilibus melior est quam que
crescunt nutriente Que autem naturaliter humida ma
sculina quam feminina meliora sunt et in etate
perfecta meliora quam in imperfecta Contra naturaliter
feminina masculinis sunt meliora et in etate
imperfecta meliora quam perfecta ut patet de ca
pretis

De diversitate carnium

Carnium diximus ex temporibus anni · Nam que
dam carnium diximus esse quibus calor et sicci
tas dominantur sunt camelina et similia · Sunt
etiam quibus calor et humiditas sunt porcina
sunt et frigida et humida sunt ... · sunt et
frigida et sicca sunt bovina caprina · sunt et
temperata sunt edulina lactentia et vitulina
et animalia agni Que vero calida et sicca
illaudabilia sunt in estate · sed hyemi compe
tentia Que vero calida et humida in vere
sunt bona et in autumno congrua · frigida et
sicca illaudabilia sunt · tamen a principio
estatis usque in medium bona Adhuc enim
aer tamen habet humiditatis quod temperet sicci
tatem sue complexionis Que autem frigida et humida
a medio estatis usque in finem sunt optima
hyeme vero sunt pessima · In vere et au
tumno mediocria Que vero temperata in ve
re bona sunt in estate sicut ... ·
... inquit porcina in vere et autumno et hy
eme est non laudanda In estate vero bona
porcina in vere bovina in fine veris
et in initio estatis erit laudabilis

Diversitates

Diversimode carnium artificialiter sunt tres
Aut enim assantur et suffocantur aut in
aqua et sale elixantur · aut in vasculis cum
aceto vino ... et aliis condiuntur assa
ta et suffocata in nutrimento sunt ...
et ad digerendum duriora et siccissima · quia
humiditatem suam amiserunt · quia sine medi
ocritate ab igne tacta sunt ... Qui
assare carnes volunt que vero humidores et
laudabiles sunt sunt carnes nimie pingue
dinis oportet multum salsare et diu igni appo
ni ut sua humiditas illaudabilis firmatur
Carnes ergo laudabilis humiditatis assan
de sunt carnium mediocrium in crassitie vel
pinguedine non forti foco neque diu
sunt apponende · ne consumatur a sua lau
dabili humiditate Oportet autem de foris
ungi et ita poros opilare, ut sua hu
miditas interius valeat contineri Nos ergo carnes
pingues debemus comedere nisi assata cum multo sa
le super carbones ignis ut plurima sua
humiditas fiat desiccata Si enim humiditas
illa remaneat · lubricando in stomacho et in inte
stinis exit ... Si autem in stomacho calorem super
fluum inveniat et fortius sit tunc contenta
sua corruptetur et in fumositatem mutatur cole
ram Si autem carnes cum sale et aqua e
lixantur ex aqua humectant et teneratur
et facilius digeruntur Unde antiqui preceperunt
ne carnes macra nisi elixa comedantur quia aqua
humectat eam et temperat cum ipsa naturaliter sit
inopia et siccissima In vasculis vero cocta
inter has duas media est Si enim ex aqua
humectatur ex condimentis tamen desiccatur · et ideo
in vasculis non sunt condiende nisi carnes de
animalibus sunt inter macra et pinguia me
diocribus aut que ex pinguibus sunt elixa
demulcentur Iura enim si laudabiliter fiant
custodiunt humiditatem Sed tamen in fortibus co
mate multum diversum sicut condiuntur
Sunt enim condimenta que carnes custodiunt
in natura et bonitate sua Quedam vero educunt
a natura sua · quedam enim in aqua cocta et
oleo et ~~[illegible]~~ sale co
riandro cepis cimino Quedam autem cum
aceto ... vino et aceto ...
Quedam autem cum aceto ... et malorum dul
cium succo aqua ... et coriandri succo
quedam cum aceto ... · et aceto
pomi citri · et malorum ... · que cum aqua et sale
et oleo et aliis elixa condiuntur · quia humi
ditatem carnium custodiunt quam cum aceto ...
... vino et aceto ... condita
suffocantur in calore et siccitate ...
... autem inter hec sunt temperate Sed que
cum aceto et ... et malorum ... succo co
nduntur mediocres sunt et temperate inter ca
lidum et frigidum · et humidum et siccum Que
vero cum vino acerbo vel aceto pomi citri
vel malorum ... frigidiores sunt et sicciores et
stomachi confortativores Unde ... colica
sunt urinates que ex ... est ...
... in stomacho et in epate Que cum a
ceto ... et acuto ...
laudabiles sunt et suffocatas cum acuto ...
... id ... est ut quedam carnes
... oportet preparande sint Nos
... autem quedam carnium diximus esse sicca
quedam humida · quedam calida quedam frigida
Que vero naturaliter sunt sicca et macra cum
sale et aqua sunt elixanda aut cum aqua
et sale et oleo et coriandro cimino et ce
pis condienda sunt · ut ... pia ...
... siccitas Que humida sunt assan
tur et ... et cum oleo et ... ...

quidam ut sua humiditas temperetur et desi-
cetur maxime si pinguia fuerint Que ta-
lia in uva acerba et aceto ponuntur vel
malogranatis in xamino particulare apparent.
Si vero non suspicientes sicca sint in aceto
et succo ... cum omnibus ... tarde
laudantur sui calore temperantur Que
sicca in succo mete apparent hic absomo-
gato et talia in capsio et vino Que tem-
perata sunt sic erunt conveniencia ut in aceto
succo malorumgranatorum succo et aqua ro-
sacea ... reverentes succo pluribus temporibus ...
... prope ... Aut in succo malogra-
natorum vel succo malorum et aqua ro-
sacea. Dande aut sunt secundum accipientes complexiones
Si sint talia in aceto malogranatorum et succo sunt
accipienda et similibus Si sicce in absomo-
gato ... Si ventres sint solubiles as-
sate et in vino ... Si complexiones
sint temperate sunt in artificio de apparandis
carnibus erunt carnes dande

Sufficit nobis
disputasse quod carnes artificiales
sunt dande et que in talibus et sicut ...
humidis sunt meliores et mutuo apparande
et in diversorum animalium non sunt eodem modo
preparande non sunt equaliter laudande. Aliquid
enim in vino sit laudabile aliud erit illau-
dabile et econtra verbi gratia. Si perorcina assata
et caprina elixata comparentur equaliter
artificiali laude sunt efferende. Perorci-
na enim ex sua humiditate bona est assa-
re et caprina ex sua siccitate elixare.
Item si comparentur bovina assata et por-
cina elixata equaliter sunt illaudabiles
quia porcina ex sua humiditate elixata est
mala bovina ex nimia sua siccitate as-
sata est mala. Unde ... Non sunt comparande
assate quorundam animalium cum elixatis alio-
rum sed ut conferende sunt crassa unius gene-
ris cum alterius generis macris. Hic enim
non expetit ratio nostre comparationis conferende
ergo duorum animalium diversorum cum in eadem quan-
titate crassitudinis sunt et maciei et in eadem
specie artificiali ut meliora eligi possunt
verbi gratia Si perorcina et caprina sunt conferenda
et utraque crassa caprina erit melior
humiditatis enim sue pinguedinis temperat
siccitatem carnis propriam sive complexionis
humiditas vero perorcina laudabilior est
assata siccitas caprina melior elixa.
Similiter si comparentur vaccina assata et
porcina elixa inveniuntur utraque pessi-
ma equaliter quia vaccina ex nimia siccitate
sua ad assandum illaudabilis est porci-
na ex humiditate sua elixa est illaudabilis

Unde ... Carnes animalium alterius generis
elixe et alterius asse non sunt comparande
sed ut crassorum et aliorum macrorum non
enim expetit ratio vel comparatio. Duorum enim
animalium carnes diversorum comparande non
sunt nisi eiusdem quantitatis sint crassitiei
et maciei et eiusdem qualitatis artificia-
lis verbi gratia. Si comparentur perorcina et cap-
rina et utraque crassa et elixa caprina erit
melior quam perorcina quia caprine [illegible] aqua
temperatur siccitas humiditas vero perorcine
in grossitate et viscositate mutatur non
sit laudabilis Similiter perorcina et caprina
si comparentur assate perorcina erit me-
lior quia humiditas sua desiccatur siccitas vero
caprina augetur Ita ergo facienda est comparatio
Si perorcina assa et elixa comparentur as-
sa erit melior Si aut assata caprina
et elixa comparentur elixa melior erit

Animalium
membra triplicem sunt diversitatem primum
ex compositione sua, secundo ex locis, tertio ex
motu et quiete. Compositio est triplex. A-
lia dura et nervosa sicut venter cutis nervi
intestina cartilagines et plura alia mollia
et tenera sicut pinguedo medulle cerebri
mucha (?) et plura Alia media sicut caro mu-
sculorum et lacertorum et carnes carentes pin-
guedine nimie maxime si de animalibus in
crassitudine sunt temperatis Que membrorum
sicca sunt et nervosa siccitudo sibi dominatur
et siccitas Unde ad digerendum dura et stomacho
laboriosa in sanguine diu et tarde conver-
tibilia Talibus enim nascitur siccus paucus san-
guis et humiditas huius diu in stomacho moratur
et tarde digeritur et ideo dat nutrimentum pa-
rvum maxime si de macris sicut vetericibus (?)
sit animalibus sicut bovinis caprinis Si
aut de iunioribus pluris crassis vel natura-
liter humidis sicut perorcinis et porcinis
si bene post digestionem multum dant nutri-
mentum ad dissolvendum a membris du-
rat quia siccitas complexionis eorum membrorum
humiditate et crassitudine temperatur Que
membrorum mollia et tenera sunt ca-
lor et humiditas eis dominantur Humi-
ditas vero plus quam in terra dividitur
alia enim sunt liquida sicut pinguedo in-
teriorem et carnem admixta que est unctu-
osa alia coagulata sicut pinguedo re-
num et renum dorsi et locorum semino-
sorum et plura alia media sicut cerebrum
medulla mucha liquida ex liquiditate
sua nutrire est in te subtile et grossum
significat coagulata ex coagulatione sua
et grossitie grossum nutrimentum sui de-
monstrat Unde [illegible] Pinguedo est duplex

Alia enim mollis et liquida calore autem ignis
dissolvitur et infrigidata sicut oleum vetus re-
manet coagulata. Alia igne dissoluta
cito refrigeratur et coagulatur. que in
sua dividitur. Aut enim est de aquosis ani-
malibus sicut piscibus. Aut de terrestribus. que
de piscibus cito dissolvitur et cito coagulatur.
Que de terrestribus non cito dissolvitur
et cito coagulatur. Unde aquosorum pin-
guedo plus est quam unctuositas. terrestri-
um autem maior est unctuositas quam pin-
guedo. quod duobus modis intelligitur
ex sensu et ratione. sensu quia si tangimus
pinguedinem terrestrium animalium manibus
unctuositas sua inviscatur sicut oleum. Et sa-
poremque unctuositatem in sapore multum
sentimus. In aquosis autem non similiter.
Si enim tangatur. nulla unctuositas mani-
bus inviscatur. neque in sapore sic unctuosi-
tas terrestrium sentitur. Ideo quia de aquoso-
rum pinguedine plus comeditur quam de pin-
guedine terrestrium quia terrestrium ex nimia
unctuositate sua cito saturat. Ex ratione
quia aquosa naturaliter sunt humida humiditate
autem sua in corpore augmentata pinguia me-
mbra inde nutriuntur. quedam superfluitas
inde remanet quam membra expellunt
ad corporis interiora. ubi est locus ad quem
superflua expelluntur in quo coadunentur
et augmententur et a naturali sicco excoquuntur
et deinde inspissatur pinguedo quedam confirmata.
De terrestribus non similiter. quia humiditas ad
comparationem humiditatis aquosorum minor
est. Quod autem cum grossa sint membra pau-
periora sunt in nutrimentis. et non ab eis
separatur humiditas sed per totam carnem divi-
ditur in qua calor naturalis agens eam dissol-
vit et unctuositatem liquidam facit. ideo
quia omnia animalia naturaliter humida sunt pin-
guiora et minus unctuosa. Que autem na-
turaliter sunt sicca. unctuosa et minus pinguia.
Ideo quia in porcis pinguedo augetur. quia
complexioni sue naturali humiditas donatur.
Unctuositas autem in bobus crescit. quia
siccitas sue proprie complexioni confert. ergo
intelligimus unctuositatem esse calidiorem
et humidiorem quam pinguedinem. quia calo-
rem naturalem habet propter vicinum sibi carnis
calorem. Pinguedo autem frigidior est un-
ctuositate sua et siccior. quia a carnis calo-
re est remota et humiditate. Sunt autem
pinguedo et unctuositas in se super. pa-
rum nutriunt et illaudabiliter. Unde non ad
cibum. sed solum ad condimenta danda sunt.
Pinguedines enim horum primo stomachi est
inflativa saturativa cito et nauseativa
omnium aliorum. Invenit in stomacho et super

innatans. mixta vero villis inviscat et
inspissat illos et ad digerendum contrahit. sic
quia in stomacho moratur. neque alios cibos stomachus
appetit. Cum autem incipiat ille cibus di-
geri. asperitatem stomachi emollit. lubricatus
ergo fit et cito emittitur. Cum ergo ad intesti-
na devenit. subtilis cibi inspissatur et pe-
netrativus epatis per mesaraicas constringitur.
Unde membra pessimum et pessimum acci-
piunt nutrimentum. pessimum quia opilationem fa-
cit et in grossum vel subtile mutatur. Flegma
secundum qualitatem sui se tradunt. Si enim
grossus est et coagulatus sicut renibus et pin-
guedo renum. flegma generat grossum. Si autem
unctuosus liquidus sicut carnium admixtus sub-
tile flegma generat. Inde causa est membra inter
non de pinguedine vel unctuositate accipiunt
tantum nutrimentum. quantum plenitudinem et
saturitatem faciunt. Intendit autem quod satu-
ritas sua sit maior quam membrorum nutrimen-
tum. Ad stomachum enim veniens inflat implens
et cito saturat. Cum autem digeri incipiat cito
emollitur ad intestina. sic quia vene parum in
accipiunt nutrimenti. Inde est. Que magis
crassiora sunt plus saturant. magis exina-
niunt. que vero minus crassa minus satu-
rant et sunt tarde exinanientia.

Diversitas autem
nutrimentorum pinguedinis et sue acci-
dentis est. quia pinguedo calefacit et hume-
ctat. Sed in multum et minus diversantur
quinque rebus. Una ex animalium generibus. Secunda
ex naturis et complexionibus. tertia ex etatibus. quarta
ex novitatibus vel pinguedinis vetustatibus.
quinta ex castrationibus. Ex generibus autem va-
riant. aut enim masculina aut feminina
aut neutra. Masculina calidior est et
siccior ad comparationem femine sui generis.
femina autem minus calida et magis humi-
da ad masculinam sui generis comparata. Ca-
stratorum autem mediocres. Inde est pin-
guedo femine omnium animalium minus est calida
et humidior. Masculina calidior est et
siccior quam castratorum.

Diversitas
ex naturis sic consideratur modis. quia
non omnis pinguedo assimilatur naturali com-
plexioni animalis sui generis. Si naturalis est calidior
plus calefacit. si frigidior minus. Si medi-
ocris mediocriter agit. Similiter de hu-
miditate est intelligendum. si humidior magis
humectat. si siccior minus. mediocris me-
diocriter. Unde pinguedo porcina magis
ceteris corpora humectat calefactione nulla
apparente. Pinguedo autem plus calefacit
quam cetere et minus humectat. humidior enim
porcus naturaliter omnibus animalibus. et calor

mest ei temperatus sic calori naturali virium
Est enim sicut saporosissimum olei in calo-
re solum in humiditate autem non. Pinguedo
enim porcina humida, olei autem sicca. Unde
unctuositatem porcina liquida est et fluida. Et
pinguedo inveterata facit tenasmon in inte-
stinis et nimie mansuete. Sua enim subtili-
tate et liquefacere poros membrorum penetrat
et mordentium humorum nocumentum mitigat
licet autem hec eadem proprietas in pinguedine inve-
niatur anserina ex nimia humiditate sua
leonina certius naturaliter calidior et siccior est
ideo pinguedo sua dissolutiva et inflati-
ssima est sic quod certius (?) nature inveteratissima
ad duricies et ad diuturnam calidum apta. Bovina
mediocris est inter leoninam et porcinam. Ca-
prina et si minus calida sit quam bovina calidior
tamen est quam porcina quod caprina et si certius a-
nimalibus sit frigidior tamen ad comparationem tempera-
te complexionis calidior est et siccior, siccitate
autem sua testatur quod per se dissolutum cito coa-
gulatur. Unde vulneribus in intestinis est inve-
terata si clistere inde fiat, quod cito coagulatur
et solidat iuvat quam si cum ptisano coquitur
vulnera pulmonis et intestinorum. Similiter in
omni passione cui opus est consolidatione. Per-
cina et si porcina et caprina sit calidior
tamen siccior est porcina, et caprina humidior. Et
ideo magis in intestinis iuvat quod colon vul-
neratur, passiones malas quam pinguedo por-
cina quia est siccior ea. Porcina enim ex liqui-
ditate sua est fluida et non manet super
vulnera. Vervecina ex mediocri humiditate
sua melior est et si tardius coagulatur quam
caprina naturaliter. Unde G. De pinguedinibus
pinguedo inquit leonina siccior et calidior
est canina. Canina autem siccior est bovi-
na, bovina autem siccior est caprina, caprina
autem siccior vervecina, vervecina siccior por-
cina, porcina pluatura (?) calidior et siccior
est domestica

Diversitas pinguedinis

Ex animalium etatibus quatuor modis diver-
sificatur. Est enim puri et lactentis, est et vi-
rina lactentis, est et animalis iuvenis, est
et decrepiti. Qui autem lactentis aut
virina lactentis separata in calore erit in
humiditate multa. Iuvenis calidior est
et minus humida. Decrepiti pinguedo fri-
gidior et siccior est certius. Castrina ca-
lidior et siccior est femina. Tamen iunioris ca-
lidior et siccior est vetus.

Diversitas pinguedinis

Ordinis ex novitate et vetustate est
duplex. Est enim recentis virentis ab animali
separata est et vetus id diu servata. Re-
centis minus calida et magis humida. Vetus
autem calidior et minus humida. Et quanto vetu-
stior tanto calidior et minus humida, quia in ca-
lore aeris quanto plus elongatur tanto
magis sibi calor presentatur et humiditas desiccatur.
Unde G. pinguedo vetustissima magis est calida
et multo minus humida, et ideo magis quam re-
centis dissolutiva est. Dyascorides (?). Omnis
inquit pinguedo sive animalium vetustissima hu-
miditate minoratur et calore minoratur, testatur
autem hoc mel vinum acetum que quanto plus
sunt vetera tanto plus confortantur et acuuntur.

Diversitas pinguedinis

Ordinis ex artificiis duplex
erit. Aut enim simplex aut composita. Sim-
plex ex natura et generaliter et certius congregata, com-
posita ex admixtione alia naturali natura.
Unde pinguedo salsa calidior et siccior est
non salsa, quia sal calorem sibi prestat.

Medulla ossium saporosa

Sapor est et melior pinguedine et un-
ctuositate, quia media inter grossam pinguedinem
et subtilem unctuositatem. Et ideo actio sua inter
pinguedinem et unctuositatem media est.

Cerebrum et si naturaliter

sit calidum et humidum, quia ex genere est
pinguedinis et medullarum, tamen accidentaliter
est frigidum propter multum aerem frigidum recipit
rotunditate et propter puritatem cerei et pin-
guedinis super caput existentem. Unde quidam
arbitrati sunt cerebrum esse frigidum naturaliter di-
centes illud substantiam grossam esse et viscosum ta-
stantes hoc ex actionibus et suis passionibus.
Aliqui inveniunt inquiunt cerebrum coagula-
tionem et indigestionem ciborum, ubi debilitas
appetitus. Unde frigidum intelligunt esse comprobat hoc
ex verbis G. putantes suam intentionem inde
inveniri. G. enim dixit: Nam movet vis vomiti-
va post cibum cerebrum. Unde etiam non est con-
dicio in appetitus deficit ciborum. Ex actioni-
bus vero confirmatur ita. Cerebrum est sensus et
motus fundamentum. Unde frigidum esse meretur
et humidum. Si enim calidum esset, motus sensus sit
sepissime calefaceret et incenderet, et sic
animal periret. Quicquid intentio sustinet duplex
Artificialis et racionabile artificialiter quod
cerebrum et si ciborum sit ad digerendum in
stomacho et corrumpens appetitum non ex frigiditate
sed propter hoc fiat ex humiditate et visco-
sitate, et inter pinguedinem et unctuositatem
mediocritate. Si autem hec esset ex frigiditate
cerebri tunc in duplo accideret pinguedini
que proprie appetitum corrumpit digestionem
confundit, sicut ante dicta. Ad id autem ex verbis
confirmata G. Si vehementer vomitum movet
tunc post cibum cerebrum comedentibus. Si
hoc intelligeret substrahit intentionem su-
am G. non ex hoc quod faciat frigiditatem sed propter

humiditas et viscositas generantur. Hoc primo magis
humiditati attinet. quia frigiditas naturalis adu-
nat et continuat et appetitum confortat. Unde
et aqua appetitum auget cum vinum minu-
at. Humiditas autem et viscositas cibo ad-
mixta mollificat eum et vehementer prohibent
eum digerendum. Si autem calorem habeat cibus
vel ventuositatem incitat cibo et rugitum ex-
citat singultum. Si autem frigus aggregat et infrigi-
datur. Sicut dicitur et in aere videmus. Aer
enim frigida aggregata descendit infra. Aer
autem quia calidus fit et levis ascendit sur-
sum ex racione contraria. Dicit Constantinus in libro
de naturis animalium tertio. Cerebrum cum sit fun-
damentum sensuum et motuum. sensus autem
et motus ex virtute caloris naturalis sunt. impossibile
est esse frigidum cerebrum quia frigiditas humiditatem
naturalem claudit et mollificat. sensum supe-
rat et motum repugnat. Similiter si cerebrum frigidum
sit auferretur memoria fantasia et ratio homi-
nis que cum sanitate etiam impossibile esse. quod mani-
festum est ex hiis que palam videmus. Cum cerebro
frigida dominatur vel frigiditas dum est mediocris
... discretionis et celeritate rationis
Sciendum ergo est. Verum potest intelligi quod cere-
brum calidum et humidum temperate sit. non
tamen sentiunt et acuuntur frigiditatem partem ne
sepissime eum incenderet motus. Denique
vero autem superiorem sui testam de pinguedine
et carne ut exterior aer subtilius ad cere-
brum posset penetrare et acuitate calorem
ex nimio motu refrigerare sic cerebri sen-
dunt ex pulmonis et anhelitu per quem conservat
et calidum expellet fumositatem. et ne
sic redderetur temperamento ne suffocaretur ca-
lore naturali. Nucha vero que medulla est spon-
dilium est sicut cerebrum. Unde et de simili cere-
brum esse. est tamen durior. et magis parens
carne virtute inferior. quanto magis fiunt a cere-
bro remotiores tanto plus indurescunt et ideo
nutrit sicut cerebrum et medulle ossium
et pinguedo cum minus ventuositatis habeat et
humiditatis. Sic tamen bene digeratur non parum
nutrit

Membra interiora

Media et molle media sunt lacerti et
caro pinguedine media sunt respectu dictarum
qualitatibus. et ideo ceteris membris sunt tempe-
rata et ad digerendum velociora. et ad pene-
trandum venas facilius. et ad confortandum cor-
pus laudabiliora. Que in duo dividuntur. Aut
enim parva et carnosa sunt circa media et
similia. Aut sunt quorum motus sunt ultra similia te-
stiuli gutturis et colla et similia. Que pinna-
ture sint. sanguinea eis similia dominatur cum san-
guis sit rectus coagulatus lacertis nervis
venis et arteriis sensibilibus et sensui incorporati
sensibilibus delatis. Que vero sanguinolenta
ceteris membris temperatiora. et a viscositate et
grossitie remota. Hec ergo inflatas habet nec
inflat stomachum neque cito saturat sic ventuosi-
tas et pinguedo descendit autem quantitate sua
in loco remotis sicut quibus cum calor dominatur
ur naturalis sua actio completur melius. Unde fit
de ipsis commedi potest quod satietas experienciam
sit quia non tamen habent viscositatem ut lubricet et
exeat de intestinis parvis quod venas penetrare
possit. sed propter levitatem et facilitatem naturaliter
moveatur in intestinis quousque ex parte sibi tra-
xerit. quantum nature sue sufficerit. et ideo in ipsum
sanguinem minime mutatur. quod ad sanitatem cu-
stodiendam et conservandam melius utilissimum est
Que quidem vero sunt minus sanguinolenta. sicut
et in carne remota. quia in sicco cuius est
sanguis. et non sua inter carnem et pinguedinem
mediocris. ideo quod minus habent sanguinis quam caro. et
maioris ventuositatis et viscositatis. et plus
sanguinis quam pinguedo. et mediocris ventuositatis
et viscositatis. et ideo sunt mediocris caloris inter
pinguedinem et carnem sed tamen magis pingue-
dini attinentes. ad comparationem ergo pinguedinis
mutabilior et subtilior fit. grossior vero et
viscosior ad comparationem carnis. Dividitur autem
in duo. Sunt enim quedam non parum ad generan-
dam humiditatem vel actio completa virtutis ge-
nerative sicut ubera lactis et testiculi spermatis.
Sunt et alii quorum ita parum ut generatur humi-
ditas ad humectandum membra sibi vicina
sicut ea que sunt in lingua et in testiculis
et aliis locis

Qualitas membrorum

Ex motu et quiete est duplex. Aut enim
per quietem sunt venter cor caput et cor-
pus quiescentia. Aut per motum et hec duplicia
continuativa. Aut enim naturalia aut contraria naturalia que per
se sed et non naturalia moventur. sicut labia cu-
rule pedes. per aliud sunt carnes colli
virtute dorsi sic coxe. Bene ergo potest intelligi
quod quedam carnes per se per moventur. quedam
palam. mediocriter per moventes ad digeren-
dum sunt velociores. corporaliores veneris pe-
netrabiliores. motu enim humores subtiliantur
carnis longa calor temperatur. per quiescentes
vero sunt contrarie. quies enim refrigerat car-
nes aggregat et ad digerendum inducit. per
aliud sunt mediocres inter has sunt mediocres

Qualitates

Membrorum ex loco suo duplex modus
sunt. Aut enim sunt que in superficie sunt extra
vel interiora. Que exterius du-
rus sunt magis. Aut ossibus vicine sicut ossa
dorsi et colli. Aut non vicine sicut umbilici
et circa exteriorem ventris. Ossibus vi-
cine sunt duriores. quemadmodum sunt pectoris

fundamentis et cetera membra inter cor et caput media. Quedam sunt in inferiori parte corporis sicut que ab epate usque ad caudam quam inter hec duo media quedam in dextra parte felli vicine. Alie in sinistra spleni vicine. Que extremis sunt in medio corporis meliora sunt inferioribus quia ex vicinitate cordis et corporis quibus fumus et sudor dissolvitur alleviantur et saporantur et ad digerendum faciles efficiuntur inferioribus extremis. Que vero in parte dextra vicine sunt fundamento caloris naturalis scilicet epati et felli viliores et ad digerendum faciliores. De sinistra vero parte contrarie quia splenem vicine. Similiter anteriores posterioribus sunt meliores tribus ex causis. Una quia nutriuntur sanguine mundificato in corde. Ideo quia pectus et ipsum fundamentum ceteris membris in quibus sunt meliora ut laudabiliora. Secunda quia pectus voce et flatu semper movetur et ideo cetera sunt a levigatione mundificata facile digeruntur. Tercia quia in pectore cor moratur. Cor autem fundamentum est caloris naturalis et inde supposita membris contingit. In posterioribus autem ex causis non similiter. Una quia sanguine unde nutriuntur non mundificato in corde. Alia quia longe sunt a fundamento caloris naturalis. Unde calor eius in eis deficit. Non enim sunt saporis magis leves neque cito digeribiles. Media inter hec sunt mediocria. Si posterioribus tamen quam anterioribus sunt viciniora sunt deteriora, quia et si vicina sint fundamento caloris naturalis sanguis tamen unde nutriuntur non in corde sicut fuat mundificatus neque sunt in via caloris naturalis ad cerebrum a corde ascendentis qua mundificetur et subtilietur.

Volatilia universaliter
ad cibaria comparata minora faciunt nutrimenta. Ad digerendum tamen subtiliora et faciliora in membris pecorum immo contraria. Que tamen in nutrimenti bonitatibus et malignitatibus quattuor modis diversificantur. Primus ex complexionibus et etatibus. Secundus ex subtilitatibus et grossiciebus. Tercius ex crassitudine et macie. Quartus ex locorum membrorum positionibus. Ex complexionibus quinque modis deprehenduntur. Alia enim tepida sunt sicut gallinae galli et similia. Alia frigidiora temperamento proximiores sicut sturni pulli et similia, temperata tamen diximus hec quia carnes eorum naturaliter calide sint. Horum quia calor debilis est et subtilis et ad digerendum sunt faciles et ideo temperata eorum complexio dicitur. Alia calida et sicca recedentes a temperamento longe sicut passerum et iuvenum columbarum et similium.

Alia est cui dominatur siccitas sicut turturum perdicum et similium. Alia cui dominatur humiditas sicut anatum struthionum pullorum columbarum et similium. Que in calore sunt deficientia et temperamento attingentia sicut phasianum pulli et similia ad digerendum facilia sunt, facile venas penetrancia, cito in sanguinem mutabilia, maxime si in complexione sint temperata. Si enim non sunt crassissima sicut sunt confortaria laudabilem sanguinem generancia omni etati et complexioni congrua. Quia tamen ex subtilitate et velocitate sue dissolutionis non multum membris virtutem prestant. Unde ad regendum sanitatem sunt meliora quam ad membra confortanda. Meliora tamen longa via sicut in lacrimatione incipit maxime masculina. Quo in tempore calor eorum confortatur naturalis et humores minuuntur. Item si comedantur cocta cum aceto et zucaro stomachi extinguunt incensiones. Inde tussi. Si coquuntur cum bleta et cicere et pauco cinamomo solvunt ventrem. Gallina quia naturaliter senior est quam pulli tenera agit pullus quia pulli ventrem humectant gallina alimentum stringit. Gallus autem quia non calidioris est gallina atque pullis quamdam salsitudinem in sua carne sua acquirit. Unde fit solubilis et maxime si vetus sit et decrepitus. Unde G. Galli veteres et decrepiti cum sale cocti et cimino aneto porris et cetera. Cocto cum oleo humores deponunt fluxus et colice passiones et dolorem stomachi de ventositate compressa et inflationem mitigat. Dolorem quoque articulorum et tremorem dicunt tamen quidam quia istud non est in iunioribus gallis cum calidiores sint naturaliter et calidiores sint salsiores. Diximus hic esse duobus modis. Illud enim calor et salsitudo horum sunt fortiores sine digestionis sit causa quia carne duriori sunt decrepiti cum salsitudo sit temperata et caro mollior sit causa humoris breve solutionis. Item G. Galli decrepiti salsitudo levius non separanda carnes mollior. Unde facilior digestio et ventris emolliendi maxime si cum ficubus siccis nutriantur cum lacte pistatis. Item G. galli aliqui et capones si nutriantur siccis et pistatis ficubus inde preposita paratur et velocius digeruntur et cicius.

Domestice vola-
tilia calida sunt et sicca non sepe sunt accipienda maxime passeres nam calefaciunt et in frigiditate et colore incitatrices proprie pluvia et marem quia coitum desiderat et ventrem constringunt. Ideo quia non sunt accipiendi nisi domi nutriti et impinguati sint.

Que complexionis sicce sunt

Domestice calide nimium sicut turtures palumbes pavones et omnia paludes inhabitantia. carne sunt nimiosa grossa et ad digerendum dura tamen bene digesta multum sunt nutritiva ad dissolvendum de membris dura et ideo maxime dum est ad mollificandum carnes earum. Unde animal(ia) tunc temporis sunt comedenda si postquam sunt occisa per diem et noctem dimittantur ut carnes emolliantur. Testatur hic quod videmus carnes occisas una die dimissas estiva molles et teneras. hee tamen carnes ad digerendum velocius sunt bone. non tamen in creando bonum sanguinem. cum sanguis suus sit mutatus sit a calore naturali elongatus caloris externi percussionibus. quod sit palam quia cum carnes si diu dimittantur putrescunt et mutantur. Cum autem hic ex longo tempore fiat. et ex prius aliquid operit notum est. ideo quidem laudabiles sunt carnes iste si recentes sint maxime si multum calidioribus assentur et teneantur. quia licet inde melius confortentur tamen tarde ab eis dissolvitur quod ex recentia fit sanguis et longinquitate putoris et vicinitate caloris natalis. Inde G. Que avalium vel ... recentia sunt quod non oporteat aut non matura quod generat. aliquando reservata sicca teneantur et mollia eorum indurentur et cruda maturentur. sicut quod velocius digerentur. Obviat tamen quidam contra G. dixisse carnem duram diu dimissam esse mollescere et tenerari ex calore aeris. nec quod tamen de recenti aliquid indurasse ut si moraretur quoquo teneretur. Dummodo G. dixisse ubi de avalibus et recenter natis cum dixit carnem duram diu dimissam calore aeris emollescere. et post de recenter natis subintulit qui sicut cum molles tenere quod sunt cum magis moventur indurentur et desiccantur et sunt temperati. Qui autem duri sicci et mitti teneantur et mollescere temperatum. hic autem constat quod si magis perfecte ... humiditas sua consumitur et in pulverem redeunt. Palam ergo sit non de hoc mutatur carnem naturaliter duram et siccam necnon inhabitantibus paludinosa. nisi cum ante per duos dies sint occisa ut sue carnes emollescant et facile digerantur

Que autem volucrum

Utilius sunt humidi sicut anates pulli columbini strutiones carne sunt duriora et grossiora ad nutriendum et digerendum duriora et recentis strutiones sunt peiores. quia plus sunt fatigates. Unde sole ale et membra dant sunt. Hee enim in omnibus volatilium generibus temperata sunt propter nimium motum. Anates autem subtiliores strutionibus et serpentibus(?) magis sicut humidis nutrimentum quarum tamen ale sunt meliores inde ipso. Volatilium leviores partes sunt quam ambulabilium et minus humide levioresque et minus humide carnes sunt turturum ... strenorum. Humidiores autem domesticorum carnes aucarum paludes inhabitantium anatum pullorum columbe subtiliores sunt quam anatum ad digerendum faciliores sunt. quod fit ex puritate sue humiditatis et tenuitate sue carnis. ex multo tamen calore suo sanguinem incendunt maxime pullorum quam calidiores et minus humidi sunt. Unde facile in incensione convertuntur et in colera rubea. Ideo quod antiqui prohibuerunt dari cum frigidus sit in aere vine arte ponitur. Lactura porcellata coriandro stare ... et pluribus iuniores et leviores et subtiliores sunt pullis ut potest in dictis humiditatis diversitates volatilium ex etatibus ... pulli meliores sunt maxime calidiorum iuniorum maiores meliores maxime ...

Diversitas in complexione

Et subtilitate multiplex modus est. Quidam enim est magis in subtilissima sicut passeres aut quidam in medio sicut sturni perdices pulli et similia aut quidam in secundo sicut turtures ... anates. aut in primo sicut pavones et grues. Que in quarto sunt faciliora et leviora et minus nutrientia. Que autem in primo sunt grossiora et duriora plus quam nutritiva. Que autem inter hec media sunt mediocriter. sed tamen que in medio grado sunt leviora et subtiliora quam que in secundo. quia terminus quarto est vicinior et fortiori primo. Coturnices non recentes sunt peiores. sed hec in nutrimento et digestione laudabiles. Dixeret tamen aliquis quod G. pullos et passeres assimilavit in nutrimento cum tamen ... hic ... quia pulli humidiores sunt grossiores et temperatiores. Que non sunt huiusmodi maiores esse debent nutrimenti. Respondemus G. non dixisse ubi in massa multitudinem ubi puritate nutrimenti naturalem sed porcionalem. Intendit ergo ordinem grossitiei et subtilitatis velocitate digestionis et tarditate quod demonstravit quod facilia et subtilia volatilia cito a membris dissolvuntur grossa vero et dura ad dissolvendum tarda. Quod cum recte(?) testificavit intelligimus subtilia et a membris cito dissolvendo et si naturaliter multum nutritiva. ... tamen parum erunt nutrimenti. Quod enim a membris cito dissolvuntur velociter evacuatur. et ad aliud appetendum natura festinat. Unde parum dant nutrimentum. Grossa et a membris tarde dissoluta et si pauca nutriant naturaliter. multum tamen nutrire videntur. quia diutius sine dissolucione in membris non cito aliud cibum expetunt

ctio e qm multu mutabilis Ideo q3 grues
pauones mutabiliores sut anatibus Ana
tes tn sut mutabiles ppt sue humiditat
et sanguinis multas quantitates et grues
ppt maiorem humiditate et sanguinis pau
citate mutabiliores q3 carnes sue nuo
se sut sic et oim volatiliu ale Diret tn
aliq quae carnes gruum et pauonu a
lis asslasti oim volatiliu cu grues
et pauones grossa sint et tarde digestibilia
aues aut oim volatiliu subtilia et
ad digerendu faciliora alas et cruces ee
dicat Qudemq subtilitates membrorum
sut duplices aut naturales sic carniu la
certoru aut accidentales sic carnium ossibus vi
cinarum alarum aut subtilitates accidentales sut
cu macre sint et dure carnes quos natu
sunt ut assiduu motu et labore possit
pati Si tn ex nimio motu et labore so
lidant carnes et sunt sapidiores et ad
digerendu faciliores In se g° qm carnes
gruum grosse sut et dure et ex nimio
motu et labore temperatur et qm lacer
toru extremitates efficiunt

Diuisitates
Nutrimentoru volatiliu ex macie et
crassitie duobus modis sut Que vola
tiliu natural sut humida macres lauda
biliores q3 crassiores q3 macies sua
multa auffert humiditate et sua tempe
rat excessu Que natural sicca crass
sa macres sut meliora q3 crassiores sic
citate maxime muenuit tempat crassiores
etia horum et nutrimenta diuersant secundum an
ni tempora Queda enim crassa in hyeme
et vere sut laudabiliora sicut sturni tur
tures et similia Queda aut in autumno
et estate sut conuenientes

Diuisitas
Nutrimentoru horum ex diuisitatibus
membrorum triplices sut aut ex complexioni
bus aut motibus aut locis Complexiones
sicut iam diximus sicut cerebri et cutis
et intestinorum molliu et tenerum sut
et pinguedo et cerebru Queda aut temperata
sicut lacertoru carnes et pinguedine medie
Viscosa dura et parum nutrientia ma
xime sunt alia aut natural sicca Si enim
crassa et natural humida tn digesta multa dat
nutrimenta et ad dissoluendu dura emolli
enda aut et tenera sut pinguia et cerebra
calida sut et humida sz plus humida ma
xime de natural humidis Vn et parum nu
tritiua et illaudabilia sicut sepe dictu e

Diuisitates
pinguedinu volatiliu
secundum complexiones earum sut Si enim sut calidi

ora erit calida pinguedo et aptitis dis
solutiua Que sut frigidiora horum pingue
do e temperatior Que siccior corum pin
guedo minus humectat humidiorum humectat
maxime nisi si de humido naturaliter e calida
id q3 pinguedo anseru naturaliter valet
ad sane stom et intestinorum clisteri inde
facto Iuniorum pinguedo humidior veterum
aut siccior Nouit instrumentu in quo
calida est et humide longe consideru ca
lidior et minus humida

Diuisitates membrorum
Que volatiliu multiplices sut Que
da enim membra semper moueta naturaliter sic
ut ale colla pedes Queda quieta sicut
ventres Queda aut mediocra sicut venter
virina et ossibus dorsi Mobiliora sut te
nuiora sapidiora ad digerendu veloncia
sicut iam sepe diximus Ale tn volatiliu
sapidiores sut Primo gallinarum secundo
anserum Ale tn et si bone sut saporis
nullius tn sut nutrimenti Virine aut spa
tulis et costis partes ex motu suo sut
sapidiores et digestibiliores Pectora et
si caloris naturalis fundamento virina sunt
raro tn sine pinguedine nullius e sapo
ritatis et virtuositatis q3 calor naturalis de
siccat plurima partem sue virtuositatis
in nutrimentu sui Vn paruitatis e sapori
tatis et virtuositatis Obiicies tn ali
qui q3 carnes costarum virine aliis
no similes se sint q3 caloi natural vi
cinantur non e diximus costarum carnes
et alarum fundamenta pura carne sut
hyria id sut contraria ut virtuositas
ibi colligatur maxime que calore naturali
obediat et saporitatis virtuositas carnem
nes facere sufficiat Ossa no pectoris
subtilia sut et no adeo grauia q3 vir
tuositate etia temperat calori natural su
fficiente id q3 in nutrimentu sui etra
lons natural oppz virtuositates ala
ru et alarum carnium attrahi Si tn lige
nutiunt ppt vicinitate caloris et locam
mundificatione sui Carnes naturalium sa
poritate sut duplici ex causa Vna ex sui
remotione a naturali calore sua virtuosi
tate no sibi auffertente et inde sut vir
tuose Secunda q3 cu ossa sut grauia in pin
guedine multa temperata sut ydonea Car
nes coxarum saporitate sut laudabiles nu
trimenti et cito digestibiles sut duplici ex
causa Vna ex nimio motu et laxegi
tate grauitat ossiu multa virtuosi
tate temperantiu Secunda q3 cu lacerto
sa cu subtilissimis neruis e relata lacer
toru aut carnes et maxime extremitates

rectis carnibus sunt laudabiliores quia minus
movent cerebra et si ad reparationem rectorum
ambulabilium minus nutritiva sint tamen lau-
dabiles habent rectum quia minus humidi maxime
silvestrorum. Unde G. Quae magis volatilium
montes inhabitant cerebra et rectas car-
nes laudabiliores habent ubi. Castrata vo-
latilia ad comparationem ambulabilium sunt me-
liora maxime frixis et lacte nutrita. lau-
dabilem enim generant sanguinem. Testiculi
tamen si solubilia sunt vel scriptura Galli aut
repermatus plus est laudandus quia complexio
sui in magis temperata est qualitatibus et melius
nutribilior et citius augmentatur. Tero-
ni aut cortices motiores non commiscentur
sed tamen desiccati et pulsati ad dolorem valent
stomachi et fluxum ventris aut confortati digestiv-
ne non adiuvant. Carnes eorum ad digerendum
dure sunt sed digeste bene nutriunt. Anseria autem
et gallinarea meliora maxime frixis et la-
cte nutrita, ficatum. Iecur omnium animalium du-
rum est et non laudandum. anserinum autem et
gallinarum melius illum est. Intestina autem
a pluribus non comeduntur nisi gallinarum et
anserum. Unde G. Intestina gallinarum et
anatum et anserum cum sagina et frixis et
lacte nutritorum tamen confirmant et pessima va-
lent. Quamvis tamen Sterconi laudat intestina
sed prima sunt eorum quantum ad alia nutrimenta.
Unde G. Quamvis Sterconi fratris laudat
intestina, linguas autem et cristas vel rostrum non
est penitus esse valentia. Sanguis eorum du-
rus est ad digerendum. sed tamen gallorum gallina-
rum ~~[illegible]~~ volubilis perfectior est sicut et
perdicum. Unde G. Sanguis gallinarum et
columbarum non minus est laudabilis quam
perdicum. **De generali divisione ovo-**
Ova generaliter in octo dividuntur. **rum**
Aut enim de temperatis et sanis ani-
malibus aut extremis. Aut de recentibus aut
marcidis. Aut de masculis habitis sive
non coeuntibus. aut de veteribus sive iunior-
ibus. Ova de sanis sunt nutrimenti sunt lau-
dabiliores et maxime de recentibus maioris
et saporosioris. Similiter de coeuntibus
cum masculis cum calorem naturalem maiorem ha-
beant coeuntia quam non coeuntia. Similiter
de iunioribus quia plus caloris in eis ha-
bent. Ovorum autem naturam ubi temperate
sunt meliores et plurimum complexioni huma-
ne vicinates. Sed tamen albugines frigidiores
sunt ad vitellorum comparationem quam in iii° g.
testatur enim aque proprietas et ideo meato-
re vitelli graviora sunt et indigestibiliora
maxime si de veteribus volatilibus sint. Aut
masculis non coeuntibus. Vitella autem tem-
perata sunt et caloris vicinora et ideo ad

digerendum faciliora maxime si de iunior-
ibus volatilibus masculos habitis. Tamen enim
confortat membra albumen tarde dissolvenda
et si sic toti ova attineat quia in est et
nutrimentum omnium volatilium. Unde Ysaac. sp-
mati et lacti assimilavit quia in est et nutrimen-
tum ambulabilium animalium sunt. Quia magis
in in. et nutrimentum volatilium sunt animalium
nutrimenti sunt fortissimi unde est et multi
cum ulti quia totum assimilatur sanguinis confortat mem-
bra quia quanto plus calor naturalis in eis ope-
ratur tanto magis indurantur. sunt in ex-
neo calore quanto magis decoquuntur tanto du-
riora efficiuntur. et ideo duriora a membris
dissolvuntur et confortant. Dividuntur tamen ova
in nutrimento suo diversimode. Unius ex diu-
ersitate sui animalis. Alter ex etate, tercius
ex recessione et mane sui animalis, quartus
ex novitate et vetustate sui, quintus ex
artificiis. Ex quibus animalis ut si de sub-
tili et temperato sint animali sicut perdicum
gallinarum laudabile est nutrimentum fa-
cile digestivum et maxime de iunioribus vel
masculos habitis, a membris tamen facilius di-
ssolvuntur. Unde ad regimina sanitatis me-
liora sunt quam ad membra confortanda. Quae
de grossioribus sunt animalibus ad digeren-
dum duris et nutrimenti illaudabilis sicut sunt
nonnulli anserum mali sunt nutrimenti. ad
digerendum duriora eius odoratus. et maxime
de veteribus vel masculis coeuntibus. Quae tamen tarde
de dissolvuntur a membris meliora sunt ad
confortanda membra quam ad sanitatis regi-
mina. Ex etatibus tripliciter dividuntur
Aut enim de iuvenis sunt. aut de veteribus aut
horum mediocribus. De iuvenis volatilibus
leviora. de veteribus graviora, de medioc-
ribus temperatiora quia caloris sunt perfecti et
mediocris humiditatis iuvenis et duritie re-
cedentis. et ideo ad sanitatis regimina et
membra confortanda valentia. Similiter etiam
intelligendum de recessis et masculos habitis.
Recessa enim animalia et masculos habentia
caliores sunt maioris naturalis et humiditatis
substantialis. Similiter de veteribus et noviter
exeuntibus ovis intelligitur. Unde G. Ova
gallinarea et perdicum temperatiora et lau-
dabiliora sunt ceteris maxime masculos ha-
bentium tamen nutriunt. Iuniorum meliora quam ve-
terum. recentiora meliora quam marcidorum vi-
rinquam frescora quam vetera. **De diversitate o-**
Ex artificiis quadrupliciter **vorum ex artificiis**
aut assata aut elixa aut frixa
aut in mica cocta. assata elixis grossiora
sunt et ad digerendum duriora, quia fortis calor
lem eorum humiditatem desiccat. Unde desicca-
toria sunt et minus refrigerantia dulcibus

Unde desiccatoria sunt et minus refrigerantia. Duobus tamen modis fiunt. Aut enim
cum corticibus intra calidos cineres ponuntur
aut in testis franguntur. Fracta autem in
testis peiora sunt. Calor enim testarum
consumit et desiccat subtilem humiditatem
et a natura sibi exhibet. Anguste undique excocta
sunt ad comparationem autem inter calidos cineres
positorum hec peiora sunt. Que in cineribus
posita sunt laudabiliora prioribus.
Modis fiunt duobus. Aut enim inter cineres
ponuntur tota aut super carbones partim
discocta. Que autem in cineribus tota sunt
peiora quia calor foris circuit fumositatem
suam exire prohibet. Super carbones posita
fumositatem emittunt et munda fiunt. Elixa
in aqua meliora sunt quam assata quia
aque humiditas in desiccando humectat sua calori
foris repugnat et ideo minus sunt desiccativa et caloris magis refrigerantia. Que fiunt
autem duobus modis. Aut enim cum corticibus
elixantur aut inter aquam franguntur. Cum
corticibus autem peiora sunt quia fumositati et
grossitiei cortices repugnant exituris.
Que qui sepe comederit ventositatem inflativam et gravitatem patitur stomachi et totius
ventris. In aqua autem fracta calore aque temperate penetrat et grossitiem suam
subtiliat et aufert sibi quodammodo sui odoris. Unde hec laudabiliora sunt ceteris.
Sed tamen sola vitella plus sunt desiccativa
et minus solidativa. Sed albugines minus
desiccant et magis solidant. Aliqui autem
elixa sive assata multum coquunt ut indurentur et alii parum coquunt ut calefiant. Indurata sunt desiccatoria et a stomacho dure exeuntia venas quam tarde penetrantia. Si tamen digerantur dure dissolvuntur et ideo stomachum gravant
et intestina. Parum quam et grossa dant nutrimenta. Tamen si ad membra pervenerint bene confortant. Parum autem coagulata minus sunt desiccativa cito digestibilia et venas penetrantia
pectus humectantia parum tamen membra confortant. Inter dura et mollia in actionibus suis et passionibus sunt mediocria. Unde G. ad
expurgandum dura sunt illaudabilia nam prava
et grossa dant nutrimenta. Mollia tamen confortativa
cito tamen et parum facile digeruntur et penetrant
maxime in aqua fracta quia gravitatem odoris
amittunt. Unde propter asperitatem membranarum emolliunt. Unde unctuosissima sunt asperitatis gutturis et meatus pectoris mitigatoria caloris
catarrhantis a capite ad pulmonem descendentium. Ulcera pulmonis solidant et emolliunt

tandem et retentionem membranarum maxime vesice
stomachi et intestinorum quia in eis insistunt
et quia virgini nec oleo et aceto apparatur eis
fiunt. Ideo quia solidativissima sunt. Unde quidam
antiquorum dixerunt si non comedimus odoris
sunt tamen valent quantum et ptisanum solum
et parum plus. Calida non adeo sunt laudabilia quia in odore conveniunt. Item tamen quoad et
pinguia propter odoris gravitatem fiunt. Frixa
autem ceteris sunt peiora quia pinguissimum stomachi inconveniencia in fumositates et corruptiones sunt
mutabilia quicquid ibi invenit, oleum ...
... gravitatem stomachi gravantia fastidia
peiora quam alia faciunt. Ova et maxime si
sint frixa. In ustulis cocta inter assata
et in aqua fracta sunt mediocria tamen in ipsis
remanet odoris gravitas et tamen ea gravantia. Unde G. Que inter cineres
coquuntur graviora quam que in aqua elixa
sunt. Frixa pessimos chymos generant
et fastidia. In aqua autem elixa laudabiliora sunt et maxime mediocriter cocta
quam ex toto cocta mutatis in assatorum naturas et ideo non danda nisi cum re digestiva
sicut cum oxymelite oleo et facti vino

Lac generaliter dividitur tripliciter. Aut enim
dulce recens a mamillis exiens
aut acidum iam diu mulsum aut horum
medium. Dulce minus est calidum quam in
medio primi gradus et humidum in minori
stomachi quod ... sua saporositas et ...
saporis recentitas et facilis in eum mutabilitas. Unde et minus humidum quam posteris
et a flatu longe remotum. Ideo quia laudabilius est suum nutrimentum et ceteris quia
membris facile assimilandum. Ex tribus
tamen substantiis compositum in virtute et actione
diversis. Una subtiliativa et mundificativa
alia grossa et opilativa. Tertia mollificativa et extenuativa ut serum quia est aquosum acutum et subtiliativum. Caseata substantia sua est grossa et opilativa. Butirosa mollitiva et unctuosa. Unde cum sua
substantia aquosa et acuta sit incidit grossas humiditates et subtiliat lavat viscera
mordet intestina et movet adhibita in
stomacho valent expellenda. Ideo quia ventris solutivum est. Et aquositas lactis est laudabilis in hiis que suavis vis mundificativi
maxime si in corpore interiora vel exteriori
cute sint humores putredi et corrupti
vel acuti ... de incensione ... vel
... Item valet putrida flatu sicut

pustulis cutem excoriantibus. Diversitas autem
sive aquositatis ex diversitate est animalium
unde exit. Si enim ex lacte sit camelo in pu
stulis cutis et opilationibus splenis et epatis
et humoribus grossis inveteratis subtiliandis
et potus venenum et epatis constrictionem et yproie
valebit. Unde lac camelinum ipse ydropisi
cum est iuvativum si ydropisis sit ex opilation
ibus epatis vel splenis cum multa sit aquo
sitas et acuta. Et si ex acidibus temperatori
bus hys aliquantulum tamen frigidis humoribus
valet. Unius de morsione toxici et spiritus.
Unde sicut dicitur de lacte caprarum scabiei est iuva
tivum morphee impetiginis lentiginis ca
taractarum in oculis secundum illud quod oportet datum
fuerit. Si ergo clistere fiat intestina lavat et
mundificat de putredine pessima et vulnera
intestinorum de sanie mundificat. Inde G.
Si vulnera corrupta pessime sint saniosa
cum sero lava bibendo si sint peiora prout
in pectore cum clistere autem si in intestinis sint in
feriora. Vincentius ergo lactis maior est aquo
sitas salubrius est aliis et moderate nocu
menti etiam si sepe accipiatur. Quia a grossa
sanguine generando removetur. Inde G.
Ovinum que lac subtile est et aquosum sicut a
sininum et caballinum sanguinem generat
non grossum. Quod non plus humidat ad ca
lidum sicut vaccinum et porcinum sanguine facit
grossum. tamen valet plus vaccinum. Ovinum
in tribus substantiis suis est temperatum sicut femi
ninum et caprinum. Pressum generat nutrimentum.
Unde antiqui elegerunt potius caprinum. Inter
tisicos tamen diversitate sexus. Aliud enim cum
ovium. Aliud cum medullis porcis cum ortu
lani. Aliud cum aqua ca. Aliud super cali
dos cineres. Aliud cum oxisaccara. Cum
ovium in subtilitate augmentatur et mundifica
tione adiuvat ergo ad aperiendum opilatio
nes splenis et epatis et mundificationem
cutis a scabie et pustulis de intensi
one sanguinis. iuvat etiam oculorum cataracta
tas. Quod autem de medulli porcis cum or
tulani calorem sibi accipit et acumen
adiuvat ergo in pectoris flatum mundifica
do. Valet etiam febribus fluxis et diutur
nis. Mundificat etiam exteriora a pustul
salsi fleu. Quod autem de aqua fit calida
flitudinem habet et humiditatem mutuat ab
ea. Unde calorem et incensionem statim extin
guit. Statim autem de cinerem co. tollit.
Simile facit quod cum oxisaccara apparatur
plus tamen hic madet et mundificat et ventrem
solvit. Stomacum autem et intestina lavat ex

qualitatibus sumptis ab oxacari. Quod si
per omnes calores apparatur cum quod cum aqua
calida fit vicina plus tamen desiccat neque putri
aufferet. Butirosa substantia valet calida est
et humida. viscosa et unctuosa. quoniam humidum
vicina est autem quod vetus olim in calore non
in siccitate quod olim sicut est maxime vetus. Bu
tirum vero humidum maxime recens. Unde sepe come
dentes stomacum humectat ventrem dissolvit. et
ideo assilaverat illud antiqui oleo mixto pingue
dini dantes quia si quis accipit valet sicca
tivi de pectore et pulmone maxime si apta ibi fuit
vel in costarum pelliculis quia ipse maturat et humores
dissolvit sed tamen cum oleo acceptum maturat et parum
siccare facit. si cum melle vel zucaro numquam ma
turat et plus siccatum adiuvat. Substantia vero ca
seata frigida est et sicca et grossa. ad digerendum
autem dura tarde descendit a stomacho magis autem
nervis stipticum quam solutionis. Unde autem digesta
gravius est in stomacho et durum in epate et ideo illau
dabilis. Presa autem in generandi opilatione sple
nis et epatis et renum vias maxime si lacta
sta inveniat parata opilationi sic si vie sunt
eis valet stercore et maxime si acquirat cum
melle quia mel saporitatem proprietat ideo quia
intra sibi sumunt plus quam digerere possint
Et si calorem in renibus ultra temperantiam inve
nit valet vel acuit augmentat et lapidem
generat. Pala ergo est intelligi lac in quodam
laudabile esse in quodam non illaudabile. Laudabile
duobus modis. Si bene digeritur in stomacho et epate
intestina lavat aquositate sua et mundificat
butirositate autem sua venenosis repugnat humori
bus intra humectat asperitatem autem ceterum in
lota emollit. aspata ipsi dissolvit. caseositate
autem sua vulnera pectoris iuvat et pulmonis
gutturis renum vesice et intestinorum et repletione mor
sica acutorum humorum in intestinis mitigat quia
visceribus inviscatum humorum prohibet morsum. Unde
cum stipticis datum thenasmo fiet medicamentum
pressum et diarriae maxime assatum cum lapide
ut perdat aquositatem suam et adhuc plus prodest
si calefactum est cum ferro indurato vel calibe et
si lacti tandem aqua administratur. Sed cum semel scintil
la ferri cali ut aqua extincta solum lac re
maneat. Secundi laus lactis est cum maxime nutrien
ti amabilis sit aliis presta in nutrimento sim
et vicina sit imitationi sanguinis. et velox
in assimilatione carnis et cetera membra
accepta secundum quod oportet id est stomacho mundificato genere
temperata ipse naturaliter sit vere naturalis. Lac enim
vere est naturale in quattuor qualitatibus est me
diocre. G. autem dicam facit ut vere naturale
et non naturale in libro suo de genere dicens Ex si

quibus lac accipiat secundo mundificato sive non
temperato corpore vel in tempore non moderato cito
mutatur in fumositatem collecta quia generantur ventris
generatione talibus. Vel vertitur in acetositatem et putre-
dinem in pluribus habent sepe aliquando contingit
Sicut enim quoniam stomachi totam mutatam invenit
et ex natura sepe mutacio fit. Et si accidit
propter cibum vel qualibus occasionem fit racio. Pri-
mo lac et si in substancia sua sit laudabile racione leni-
tatis et subtilitatis et digestibilitatis aliquid vel propter
ex mutatis qualitatibus stomachi coagulatur et
in fumositatem mutatur et collecta generat aut
aliquando vel propter mutatur in acetositatem et futuram
putredinem secundum accidentia hic sufficientia. Causa
enim acetositatis est minimus calor et maxima
humiditas, fumositatis vero minima humiditas et
maximus calor. Ut autem lac mutetur mihi
duo contraria iam dictum est de generatione. Substancia sua aquo-
sa butirosa subtilis humiditate et caseitate
grossa. Cum sua ergo substancia butirosa in fumosi-
tatem mutatur et generat colica quia butirum na-
liter est nutrimentum caloris. Grossities vero casei
in acetositatem mutatur et putredinem. Unde lac
non est accipiendum nisi corpus sit temperatum et stoma-
chus examinatus de coleris et fluxibus humoralibus.
Corpus enim si ab hiis sit mundum et bonum lac
digestum multum dat nutrimentum. Laudabilem
sanguinem generat carnem augmentat totum cor-
pus laudabiliter humectat exteriora tenerat et
facit pulchrum. Inde Rufus lac bibentes ie-
iunos esse oportet et bibant calidum cum exeat
ubera neque ad comedendum quousque digeratur
et labor et nimius motus caveatur. Sicut
cum in imo stomachi invenit descensionem eius lac
antequam digeratur. Si vero forte invenit mu-
tatum in corruptionem non tamen quiescendum est
a deambulatione sed ambulandum sicut quo-
usque in stomachi fundamento descendisse senciatur.
Digestio autem illo secundo accipiat et tamen id
idem faciat. Sic enim facienti solucionem prestat
ventris cum acquisite sua virtute actu aquo-
sa desiccare incipit caseata laborare strin-
gens solucionem et corpus nutriens augmen-
tatis quam carnem quia sanguinem amabilissimum
generat nature.

Electum autem lac quatuor qualitates habet:
colorem, odorem, liquorem, saporem. Colo-
rem albissimum clarum a citrinitate rubore li-
viditate liberrimum. Odorem odoriferum absque
acre et sanitate aliquam. Liquorem inter grossum
et subtilem medium. Si gutta super unguem
et super aliud solidum corpus ponatur rema-
neat continua non liquida nimis neque lata superius
acuta. Saporem acceptabilem ab acritudine
salsitate et acetositate liberum. Omnium autem
lacte laudabilissimum est quod est subtilissimum
sicut feminis. Secundo non adeo tamen in subtilitate vicinum
est asininum grossissimum et plus nutrimentum maxi-
mum. Deinde pecorinum. Augis vero caseatum
pecorinum quam vaccinum plus acetosum porcinum
post hoc camelinum tercio caballinum et asininum.
Comparacione et in terciis sibi mediocris ferme in
secundo caprinum. Causa quia omne lac naturam et com-
plexionem animalis cuius est imitatur. Si ergo de grosso
animali grossum erit. Si de subtili subtile. Unde lac vacci-
num est grossius et nutrabilius et virtuosius
inbecaune quam confortabilius et frans. Camelinum
autem subtilius et minus virtuosum et peius nutri-
tivum magis calefaciens et dimittens. Quia came-
lus naturaliter est calidissimus. Calor ergo virtuositatem
sibi totam trahit sanguinis ideo quia sine virtuositate
remanet sanguis. Lac autem nihil aliud est quam san-
guis bis coctus et ideo sapor huius lactis sal-
sus et acutus. Unde invisum est humidum et sub-
tiliat grossiciem eorum. Cum vaccinum est contrarium.
Cum enim vacca non tantum caloris habeat quam virtuo-
sitatem sanguinis eius consumat, fit eius lac virtuo-
sissimum et nutrabilissimum. Obiicitur tamen nobis
de lacte porcino. Quare inquit non sit vel
eciam plus lac porcinum virtuosius. Sed cum porci
ceteris ambulabilibus sint frigidiores. Respondemus
Sic minus porci calidi ceteris sunt naturaliter. Ideo la-
cti auferunt colores virtuositatis. Lactis causa
coctio et digestio sunt completa. Si ergo inquit
adeo est subtile ut facilius. Sed non camelino in
actione diurectica et mundificacione similis sunt
dicimus subtilitates lactis porcini propter siccitatem
et ablacionem est coctionis. Camelinum autem ex ini-
micitate caloris et fortitudine coctionis. Di-
cunt etiam quod pecorinum caseatum est quam vaccinum.
Vaccinum vero grossius est et virtuosius. Respondemus
quia cum pecorinum sit calidius calor suo dat nu-
trimentum magis unde plurima virtuositatis sibi
dat et caseata augmentatur sub[illegible]. Vaccinum autem
cum non tantum caloris habeat sibi sufficit
virtuositas ideo caseatam cumbat et magis nutrit
quia sub[illegible] virtuositas nutrabilior est caseata ut
pote calidior et humor et calor sanguinis vicini-
or et in mutacionem sanguinis facilior. Concor-
dati sunt omnes antiqui et moderni testantur nulla
re melius nutrire corpora quam que facile in
sanguinem mutatur. Tamen de pinguedine nobis
dicitur. Quare inquit pinguedo non cicius in
sanguinem est mutabilior et lacte nutribilior cum
sit virtuosior. Dicimus pinguedo et si vir-
tuosior ceteris nutrientibus non tamen habet requisitam
subtiliatem liquidam et corpora penetrantem
unde generat et tamen cibis inmatat et cito coagulat

et induceat. lac non simul est nimis et aquosum sit liquidum et penetratiuum. Testatur illud quod in butiro et in caseo videtur. quae nimis ab aquositate separantur coagulat et tarde digeruntur. Quia ergo lac habetur ut ratio augmentetur nimis tercijs suis substantijs dicitur vaccinum pecorinum siue caprinum. Quod cum quis biberit ad refrigerationem caloris et restaurationem epatis aufferatur butirositas sua et nimis caseositate sua bibitur aquositas et solum accipiatur vaccinum. Qui autem mundificare velit humores aufferatur duo illa et bibatur sola aquositas. Si autem frigidi sunt accipiatur camelinum. Si calidi caprinum. lac enim in subtilitate et grossitie modis quinque diuiditur. est enim subtilissimum et minus subtilissimo et grossissimum et minus grossissimo. et horum medium. Subtilitas autem lactis duplex dicitur. Aut in substantia. aut in actione. In substantia autem sic quod homini assimilatur humanum lac ut potest feminum. secundo caprinum. Tercio feminum temperatius et mutabilius citius est et mortificis suauiores veneris. Valet quidem dolori diafragmatis volnibus pulmonis renum et vesice. maxime si exugatur a mamillis. melius enim est quam si multum aerem tangat et mutatur aeris sibi caloris naturalem auffert. Subtilitas autem in actione est nimis butirositas et caseitas aufferuntur. et aquositas et acuitas augetur sic camelinum esse videtur. Unde est minus nutritiuum et tamen incisiuum oppilationes corruptionem epatis de frigiditate et humiditate. Quidam medicorum asserunt quod cancrorum et splenis de calore adiuuat. quod ex subtilitate sua dicit istud facere et aquositate. est autem possibile si psalsedine caret et acuitate. Lac autem grossissimum a temperamento est remotum longe sicut vaccinum quod minus citius est aquosum et magis butirosum. sed tamen pecorinum magis est caseatum sicut dicimus. creatur autem hoc ex grauitate sui odoris. Item. lac pecorinum grauius est in odore quam vaccinum. et ideo magis flauum. Item lac vaccinum minus citius est aquosum et acutum et magis nutrit. stomachum conuenit. membra confortat. calorem stomachi et epatis refrigerat. Est etiam bonum ad alia. butirositate ablata et ad bibendum datum morsicationi calidorum humorum mitigat. calorem naturalem confortat et temperat. coitum augmentat. dysenteria coliricam aufferit. et tenasmo coliricam. volnera intestinorum vesice et renibus adiuuat. Est autem per se datum et optime ut tantum aqua ferue apponatur. quintum lactis. et tamdiu coquatur donec aqua auffertur. et quotiens feris tanto melius hic coitibus erit. Si autem aqua non appositum. lapis siue ferrum indutum calefiunt tamen erit apponendum. donec sibi sua deminuatur aquositas. lac ovium est medium quod in naturis suis substantijs existit temperatum sicut caprinum. et ideo post feminum magis omni lacte est temperatum. Si ergo contingit ad medium et nimis conuenit sit exhibitum volnibus valet pulmonis vesice renum. Si autem butirositas exhibetur. et in lacte unde aque ferre apponitur. et nimis lapide seu nimis ferro extrogitur quousque aqua deminuatur valet colicis egritudinibus et intestinorum volnibus plurimum autem inualidus detur. sed caueat accipiens ne in stomacho coaguletur. coagulatum enim grauitate generat in stomacho fumositate mittit capiti. unde suffocatio et angustia saepe generatur. Cui ergo coaguladum bibitur et I siue I et S mittit et parum salgemme accipiat. lac minus subtile inter subtilissimum est et temperatum sicut asininum et caballinum. quod est medium inter camelinum et caprinum. Sed tamen asininum et caballinum differunt. quia caballinum est calidius et camelino propinquius. asininum temperatius et caprino propinquius. Unde si detur asininum ad bibendum calidum non adeo coagulatur in stomacho sicut caprinum. Si autem mel et parum salis apponatur minus coagulabitur. ideo quod caprino est subtilius et femino in subtilitate non in temperamento est propinquius. quod caprinum laudabilem dat nutrimentum et feminum temperato est propinquum. Unde lac asininum solubile est ventris et molle nimis quam sit. inter calorem et siccitatem induceat. mitigat ergo anhelitum orthomiam tussim cuius catarracta est acuta. Item iuuat pectoris renum et vesice volnera. Caballinum propter propinquitatem ad camelinum in subtilitate et acuitate est incisiuum in oppilationibus interius aperiendis et ... purgandis si tamen eorum sint calitas et siccitas quam propter ... istud ab omni lacte remota. Lac minus grossum inter grossissimum et temperatum est sicut pecorinum quod est inter vaccinum et caprinum. Unde nutribilius est quam caprinum et fortius acuitas in egritudinibus stringendis et volnibus pulmonis renum et vesice et dissinterie. sed tamen minus nutrit quam vaccinum et minus stringit ventrem. Item. lac vaccinum fortius est omni lacte in stringendo maxime ablata butirositate et excoctione facta vel cum ferro vel lapide. Ordinum est hinc caprinum. pecorinum est subtile et aquosum quia ex frigiditate sua est incorruptum. ideo quod si sum medicina accipiatur est purgatiuum siue incisiuum. Si sum album cum succo ordei coctum bene generat nutrimentum et corporis humectatissimum

Aliter

Aut lac adhuc iiij modis diuersatur. Aut sum naturam animalis. aut pascue siue aut

ex temporibus anni aut ex novitate sui et
vetustate Ex natura animalis multis modis Vel
enim ex corpore animalis bene carnoso et eius lac
melius est maxime si ab uberibus noviter e-
mulgeatur Vel ex animali male complexionato infirmo
quia et macro et lac peius erit et illau-
dabilem sanguinem generabit maxime si diu e-
mulsum fuerit Ex pascuis multis diversificatur
modis Alia enim virentibus et teneris herbis
pascuntur alia ex pratis et ramorum extremita-
tibus alia herbis stipticis alia laxativis
sicut scamonea titimallo cucumeribus silua-
tris Que teneris et virentibus herbis sunt
pasta aquosum et subtile lac habent et stomacho
nocivum Que vero et ramorum extremitatibus
pastorum minus est aquosum nec solutivum
ventris et stomacho est congruum inde caprinum
magis stomacho est congruum quia capre pluribus her-
bis pascuntur et ramorum extremitatibus Con-
stat igitur quod que ramorum extremitatibus sti-
pticis vel frondibus pascuntur lac habent
stomachi confortativum et stipticum laxativis her-
bis pasta lac suum nocet stomacho mordendo
uinos sui et erit laxativum non ergo est lac
dandum nisi aliis quod laudabile sit pastum
cibo ne cito in corruptionem mutetur stomachi
Item G. lac malum non solum corpus corrumpit
sed etiam omnes laudabiles humores confundit
Dixit autem se vidisse puerum lactentem
cuius nutrice bonum lac habente mortua aliam
succepit pessimum lac habentem quia pluribus
utebatur herbis fames enim in vere fuit in
illa civitate Corpus ergo pueri repletum
est pessimis humoribus et pustulis. h'. m. G. co-
firmavit quia quosque easdem herbas co-
medentes reperit esse pustulosos vidit Alii
autem capre frondes glandium et similia
stiptica pascunt et ita fit lac stomachi conforta-
tivum et stipticum Alii laxativa pascunt
et acuta et lac ideo laxativum est et nocivum
stomacho Ex temporibus autem anni lac diversificatur
multis modis quia lac subtilius est in initio
veris et aquosius apparet in fine veris et in
initio estatis temperatum et laudabilius
erit omnibus In fine estatis et in initio
autumni grossius et minus fit aquosum
Causa quia in initio veris animalia sunt vi-
cina parturitioni et ideo subtilius et aquosius
est quia aquosis humoribus adiuvantur animalibus
tempore partus cum eis necessarium dandum quod
tunc sit et vincetur iam plurimi nocive est lac
humiditatibus istis administratur Ideo quia in hoc
tempore est aquosum stomacho nocivum et fastidium mo-
vens et vomitum stomachi emolliens aquositate

et lubricans et in ventrem laxans Sed per dies
xl usque in fine veris et in initio estatis
illa humiditas grossa consumitur et obediens
actioni nature coaptatur Perfecte enim in ma-
millis iam digeritur et laudabilius et nutri-
bilius efficitur In fine vero estatis et in initio
autumni calor augmentatur aeris et pars
substantialis humiditatis desiccatur per quod humiditas
induratur et ingrossatur Contra lactis tem-
peramentum excedit Fit enim grossum et durum
ad digerendum et stipticum Unde hoc lactis species
in stomacho maxime coagulatur et pessime infirmitates
generantur quia fumo caput ascendere faciunt
suffocationis anhelitus et doloris capitis
causa Cum autem ad finem devenerit autumni
iam humiditas sua substantialis penitus consumitur et
ingrossatur neque ita iam liquidum efficitur
Sub his mensibus autem lac tamen est humidum in partie-
ciatur per paulatim induratur et ingrossatur
et quasi coagulatur Dum tamen aliquid quod coagu-
latum grossius est et tamen prioribus animalibus
vicinum cum ea dixisset esse subtilius quod vi-
cinius est partui Diu in quo coagulatum in ma-
millis tamdiu immoratur donec calor naturalis
confortetur intus et calore aeris exterioris hu-
miditas consumatur Si enim ad mamillas pe-
nerit vel per diem unum emulgeatur liqui-
dius alio lacte invenietur Sed tamen in mamillis
tamdiu immoratur quousque humiditate sua consumpta
quasi caseus efficiatur et quasi caseus coaguletur
Ex novitate et vetustate lac diversificatur tri-
pliciter Aut enim noviter mulsum Aut iam
diu Aut medium Noviter mulsum magis
est calidum et temperatum cum tunc sanguinis vici-
num sit ad comparationem ergo aliorum lactis
laudabilior et nutribilior erit cibus maxime
acceptum secundum quod oportet Lac enim iam diu mul-
sum a natura lactis dulcis egressum est et ad fri-
giditatem accessit iam et siccitatem per accidens
naturale erit unum ad quod cum lac devenerit ad
digerendum stomacho temperato durum erit quanto
ergo durius fuerit calido tamen stomacho secundum medicos
parum prodest Multum enim acceptum grossum
et malum dat nutrimentum in renibus et ve-
sica arenam et lapidem generat maxime si
stomachus a cibis non sit mundificatus non tamen per
dulce coagulatur in stomacho quia iam due qua-
litates sibi ablate sunt scilicet humiditas et calor
unde aufferetur et coagulatur Lac inter hec
duo medium tardius est quam dulce ad di-
gerendum et velocius quam acidum ablata ergo
butirositate nutribilius erit alio lacte et
maxime vicinum Coagulatum ad digerendum
durum ex grossitie sua et peioris cibi

quam aliud lac. grossum humorem generat cito facit
fastidia maxime si sola sine melle uel ali
qua dulcedine comestum ad intestina ve
niens generat ex grossitie sua et cogitur ex
pulsiua uirtus ad expellendum ea velociter
et inde accidit lienteria sit ea. Que autem
sunt in aqua ea meliora sunt et humidiora
quam persone induata. Postquam alicui lac co
mederit uel aliquid insulsum non sunt dat pessi
mum nutrimentum

De caseo

Caseus ex tribus componitur substantiis. una
est lactea. altera coagularia. tercia ex
sale. Lac quod sit diximus ex tribus componitur
caseitate. butirositate. aquositate. post quam
diuisionem etiam caseus incidit temporalitatem
Aut enim recens et aquosus. Aut vetus et
parum aquosus. Coagulum enim uirtute sui acu
minis et caloris atque siccitatis sibi dominantis consumitur
sua humiditas finitur. Et si enim coagularia inse
pabiliter nullibus caseo insit. recenti tamen in
est insensibile propter multitudinem sue humiditatis
Aut siccus. inter humiditatem recentis et sicci
tatem veteris medius. Expleta autem diuisione
casei. de singularum singula est reddere
parte. Recens humorem non malum generat
nec mediocris inter lac et caseum sit. Reti
net enim parum dulcedinem et aquositatem la
ctis et ideo ad digerendum facilior et ad nutri
endum laudabilior et ventris solubilior
maxime si sale multo caruerit quod et sa
poritatem sibi auffert et dulcedinem vindicat.
Quamuis caseus tamen saporitatem habuerit
laudabilior erit eo cui salsitudo et acu
men dominatur. Salsus enim minus est de
siccatus et sic nociuus. recens sale est
nutribilior et humectans corpus magis est
carnem augmentans et non sic nocens nisi
minuatur sicut quod praedictum est. uel ex calido in firmi
tates uel in acetositates si sunt stomachi frigidi
Si autem tamen salsus ut saporitas lactis non
mutetur. erit melior et minus sic no
cens. Sic B. Caseus si sit saporitus non
omnino sale carens laudabilior est. Cui autem
caseus tamen salis habet ut non mutet saporem
melior est non salso et multo sale referto
Salem enim non habens in acetositatem mutatur
suppurabilis. Multum salis habens si sit sicca
et mordens stomachum est incendens sanguinem. Parum
salis habens neque lactis amittens saporem
subtilis est neque facile mutabilis et cito est
digestibilis. Adhuc caseus recens aliud
habet diuisitatem secundum lactis aquositatem. Sa
lem enim non habens in acetositatem mutatur
suppurabilis. Multum salis habens si sit sicca
et mordens stomachum est incendens sanguinem
Si enim aquosior est nutriens et velocius di
gerendus maxime cum melle comestus. Pa
rum aquosus magis est nutriuus et maxime
si cum melle sit ad digerendum durus. Vete
rum autem caseus est acutus siccissimus unde ad nu
triendum est grossus et corruptibilis ad exe
undum. Et sic durus quia aquositas lactis
sibi ablata est. Acumine autem et siccitas
coagulo ei dominatur unde et subtilitatem exit
et intensiorem subit. ideo quia superfluitas corporis
non ita inde subtilia sunt quibus subtilia aliis
subtiliatis. Duobus tamen modis ei nocet. Vno
no quia corruptio et grossities nutrimenti
superfluitatem suam ingrossat et corrumpit
Secundo quia propter acumine coaguli repugnat
omnibus alimentis nutritiuis et in nouo ad
eius ipsa adunatio traduntur. Vnde si quidem
in corpore inueniuntur humorum in renibus et
vesica fiunt lapides. Causa lapidis a
dunatio est grossitiei caliditatem et intensior
quae duo caseus in se habet. quanto magis
ergo nocebit si aliam grossitiem appositam ha
buerit. Est ergo caseus vitandus ita vetus
Nullum enim affert iuuamentum neque est
nutriens neque cito digestiuus neque bonum ge
nerans sanguinem neque ventris humectans re
quia venam suam. sed plurimam humiditatem in
ventre desiccans stringens venam cito in inte
riore se mutans et inde humorum corruptos mordens
et rebus subtiliatis concurrens. Caseus autem
inter veterem et nouum medius multum et fortiter
nutriens est. Multum quia grossities lactis fa
cit caseum. fortiter quia calor naturalis induratur
velociter cui cum magis calor dominatur naturalis
tanto plus indurescit diuersitate tamen secundum noui
et veteris mediocritatem et cui attinet communita
tem. Ita ysaac. Caseus inquit corpulentus est di
uersus. et durus et grossus est et siccus ut
cito in puluerem reducatur. et est porositate
sua spongiosus peior ceteris qui facile frangi
tur. Quae enim viscositatem et subtilitatem hu
miditatis consumptionis sequuntur. Sedius in ma
lignitate est durus. sed tamen uiscosus multa vmu
ositate se habere testatur. Laudabilior caseus
est viridis sed tamen recens et spongiosus. Si
tamen sit recens laudabilior est. Inde hali recens
humectat ventrem. vetus stringit et maxime
desiccatus. et si ab aqua extractum asserit
B. Caseus mollis subtilior est et ad dige
rendum facilior ceteris. Durus autem grossus
tarde digeritur. Intelligimus hoc ex euen
tibus. Vnus enim continuo paulatim et cito
frangitur et cito digestibilis et exire velociter

signat . sz ung diu(m) extremas dissolu-
sufficiat grossiciem et tardam digestionem
Petus quo rasceus naturalis est dure et ad digesti-
dum tardus de piscibus

Pisces ubi parvi nutrimenti et cito dissol-
untur et subtilis sui sanguis pertinet
fluuios subtiles dico ad reparationem ambulan-
tium Quando aut ad reparationem dico absolute
dico subtiles hic subtile segregavi Omne uero suo
subtiliorem grossiorem laviorem duriorem absolu-
te dico ad temperamentum comparationem stricta
quia respicua et ideo dico ad comparationem
ambulantium subtiles ut absolute differ-
ferentie Sanguis enim duo extrema habet
et unum medium Est enim grossissimus sicut
pix ut est ille qui a camelina carne
generatur vel ferina rapina ac ueti verna
Est et subtilissimus et aquosus sicut qui
ab herbis et fructibus generatur Est et horum
medius sicut qui a pullis prime et carnibus
pullorum sturnorum pullorum generatur edulo-
rum quam lactencium carnibus Est et inter sin-
gulum extremorum et suis medium altera
media sicut sanguis agnium animalis et vitu-
lorum lactentium Item inter subtilissimum et ipsum
suum medium alterum est sanguis quem generant
pisces de pelago et de claris fluminibus et petroso
habet enim duo genera piscium et sic sanguinem ge-
nerant temperatum subtilitate tamen pertinet ad al-
terum propter frigiditatem et humiditatem ad ceterorum
piscium comparationem Pisces enim dividuntur
generaliter multipliciter Quidam enim in dulci a-
qua habitantes sunt et vocantur fluviales
quidam in salsa et dicuntur marini Qui autem
in salsa habitant confluunt ad dulces aquas
quia delectantur in sapiditate sua dulces
habitantes aquas raro se comutant ad sal-
sas propter horribilitatem salsi saporis Unde non etiam
intrat nisi qui litoralibus maris vicinantur
nimius enim impetus fluvius cogit eos mare
intrare Differunt autem qui marini sunt
qui in fluviales sunt ex odore et spinis
suis quod marini minus grauis odoris sunt
et pauciores habent spinas et grossiores sunt
De aqua aut dulci grauioris sunt odoris et
plurimas habent spinas et subtilissimas In
natura et complexione differunt quod marini calidiores
et minus humidi et minus viscosi sunt Salsi-
tudo enim aque in habitatione calefacit eos minores
humiditatem et grossitiem eorum et pinguedo
sua moderatur pauci quod sunt nutrimenti sz tamen
laudabilis dure quod descendunt a stomacho et inte-
stinis Causa saporis sui parvitas est
pinguedinis . parvitatem nutrimenti facilitas
facit descensionis a membris duris a stomacho de-
scendunt et intestinis duabus ex causis Una
quia non tamen habent humiditatis et viscositatis
ut cito lubricare et descendere possint Alia
quia non tamen quantitatis et grossiciei habent quam
venas penetrare possint et non adeo quantum
stomachum et intestina ut cogatur ad expellendum

De piscibus fluvialibus

Pisces fluviales in actione et passione contrarii
sunt marinis quod aqua fluvialis facit est humi-
dior unde pisces sunt grossiores et viscosiores
ac pinguiores et ideo inferentes plus mali
sunt stomacho et ad digerendum duri minus sunt
sapidi ad penetrandum venas duri et ab ipsis
dissolvendum tardi A stomacho aut velociter desce-
dunt et intestinis Causa mali nutrimenti est
multitudo viscositatis et durities ad digerendum
parva sapiditatem facit quantitas odoris pin-
guedo quod et tenuitas sui multum quod nutrit
quod ad dissolvendum a membris duri sunt quam
non coguntur membra ad alia expetenda Velocitas
exeundi a stomacho et intestinis duabus sunt modis
Unus quia ex multitudine viscositatis et humi-
ditatis emolliunt villi stomachi et ita emittunt
eos lubricos Alius quod non venas tarde pene-
trant quantitate sua coguntur stomachum et intestina
ad expellendum Unde B. Omnes inquit pisces
fluviales et lacuales et stagnales habent car-
nes cito inde sunt corrumpentes stomacho nocentes
humores crudos generantes Ruffus dicit eius
de pisces sunt pisces marini tamen minus gra-
uis odoris sunt faciliores digestioni minusque nu-
trient cito in sanguine conversum velocius a me-
bris dissolvendi et ad exeundum tamen tardiores
a stomacho et intestinis Singule aut species ma-
rine inquam et fluviales multas habent diver-
sitates Marini inquam principaliter dividuntur
modis alii enim inhabitant pelagus et maris
profundum alii prope littora et maris petunt
plagas Pelagi inhabitancium alii petrosa
et loca dura alii mollia et lutosa inhabi-
tant et arenosa Litoralibus inquam a-
lii claras undas et aquas a fluviis remo-
tas alii putridis fluviis petunt vicinas et ci-
vitatum maceratores influunt fluviis et bal-
neorum lavature lumi infusiones et alia que
sunt cause corruptionis fluminum Alii inter
morantur medio et qualitates mutuant ab
utroque Dulces aquas inhabitantes dividuntur
tripliciter Alii enim in fluviis alii in lacubus
et stagnis fluviis innovantur ex fluminibus inno-
vantur Alii in maioribus spatiis tenentibus

longe a ciuitatibus et ideo claris aquis et mundificatis exeuntibus. alij in paruis fluminibus tarde fluentibus, vicinis ciuitatibus immundicias ciuitatum fedentes putredinibus existentes in lacubus simpliciter viuunt. alij sunt in lacubus quibus flumina illabuntur quorum aque mare ingrediuntur sic quod fluctibus maris crescentibus eleuantur. Alij in lacubus paludosis et longe a mari remote lutosis et putridis

(De naturis communi piscium)

Expletis piscium diuisionibus generalibus et specialibus oportet singulorum diuersorum naturas explicemus. Marinos igitur pisces cibo dicimus aptiores quam fluuiales. salsitate enim aque humiditates et viscositates sue auferuntur maxime si loca fuerint petrosa. Assiduo enim motu et collisionibus saxorum carnes emolliuntur et tenuantur pinguedo minoratur viscositas quoque sua diminuitur. Unde ad aliorum comparationem isti sunt saporiores et corruptionibus remotiores. Hinc antiqui assimilauerunt hos complexioni humane. sani enim sensu sibi assimilatis gaudeant. Sanguis quem generant est temperatissimus non grossus neque turbidus neque subtilis neque aquosus. Est tamen subtilis aquoso vicinus quia sanguis et si teneret terminos qui duas extremitates egreditur alium tamen ordinem non constituit. Vel enim duabus medius existit extremitatibus vel vni parum plus vicinatur. Sanguis igitur qui a petrosis piscibus generatur et si sit temperatus naturaliter tamen subtiliationi pertinet et velocius a membris dissoluitur. Est ergo melior in regendo sanitate quam in membrorum confortatione

(De piscibus marinis)

Pisces de pelago vicini sunt petrosis quoniam aqua in salsitate equalis vero est et clara. Unde nichil differunt nisi quia qui de pelago pinguiores et carnes sunt duriores. ideo sanguis quem generant et si sit temperatus ad comparationem petrosorum tamen grossior est et vicinior sanguini quem sturni et perdices et pulli faciunt. vicinior tamen in laude non in nutrimenti laudabilitate. quia sanguinis quem generant pisces naturaliter est fluuius quam sturni et perdices atque pulli naturaliter est temperatus. Creatura autem extra quoniam piscium natura frigidior et humidior est comparatione non sicut volatilium calidior est et humidior et ideo pisces plus nutriunt et tarde a membris dissoluuntur quia omnibus cibis cum duriores creatura permanet terrestribus. unde nutribilior est et ad dissoluendum durior. maxime si temperatus sit et conueniens nutrimento. Litorales pisces multas habent diuersitates secundum diuersorum locorum distantiam. Quedam enim loca maris sunt clara atque munda qui sunt appellandi pelagis molliores tamen sunt carnis et ad digerendum faciliores quia sunt vicini litoralibus et estu mouentur maris in turbida et in munda morantes aqua et putridis fluctibus ciuitatum putredines ferentibus vicinas sunt viscosiores et alijs marinis piscibus grossiores et ad digerendum sunt tardiores. Vicinum naturaliter fluuialibus cum nichil aliud comedat quam quod flumina de putredinibus ciuitatum eis afferunt. Unde pisces marini tussile peyores sunt ceteris marinis. quoniam aqua est immunda et multa flumina ea sunt in tantum putredine ciuitatum eis afferunt

In medio horum locorum inhabitantes utriusque mutuant qualitates et dicuntur mediocres inter eos. Fluminei pisces marini et cito currentia clara atque munda flumina inhabitantes ad comparationem ceterorum fluuiorum sunt laudabiliores. quia claritas aque aufferet eis humiditate odoris. forti fluuij impetu per saxa carnes tenuantur et grossities auferuntur. maxime si super petrosa currat. Petre enim carnes teneritatur et piscibus littoreis et in aquis claris assimilantur. Multotiens tamen littorei ex salsitate aque sunt viscosi minus. Qui in paruis fluuijs morantur et parum fluentibus immundis et vicinis ciuitatibus pinguiores sunt et grossiores atque viscosiores et ad digerendum duriores. mali saporis quia defectu aque motus vincunt eorum carnes sunt grosse et viscose fiunt immunde non mutamentum conueniens odores eos reddit. quod plus. quoniam extracti ab aqua cito putrefiunt quos sepe comedentes morbos pessimos et fluxos corporibus suis aggregant humores

(De piscibus lacuum)

Pisces de lacubus sunt viscosiores et conueniens odores quam qui in fluminibus nascuntur. quia aqua lacuum lutosior et pinguis est non mouetur. et ideo pisces sunt viscosiores minus saporei. conueniens odores et mali nutrimenti ad digerendum duri et in corruptionem velociter mutandi. nisi quia fluuijs adeos intrantibus et ad mare recedentibus eleuantur. Pisces lacunarum sunt pisces piscariarum et paludum peyores sunt ceteris et grossiores et in odore conuenientes et in corruptionem mutabiliores velocius ad digerendum duriores quia aqua quieta est et nimium lutosa. Unde maxime cauendi sunt. Et dicunt hunc pisces secundum vidisse quandam piscariam tarentum sub uita longi lati durent. aqua autem illa morata

fuit ibi tribus annis. sed tamen singulis tribus
sive iiii^or annis illa aufferebatur et altera indu
cebatur. Exeunt autem limum atque putredo et tamen
post duos vel tres annos aqua illa ablata est
omnino. inventi autem ibi sunt pisces qui pre visco
sitate sua teneri manibus non poterant. extracti
non illico sunt mortui. fissorum autem carnes
invente sunt viscose et putride et insipide. pin
guedo ventrium mollis et non coagulata co
lore nigra

Pisces aquarum dulcium ad salsas
transeuntes et a salsis ad dulcia se mu
tantes inter equoreos et fluviales sunt medio
cres. Sed tamen in duo dividuntur. Alii enim de maio
ribus et multum fluentibus mare ingrediuntur
aut de mari maiori flumina atque clara tradu
cuntur. alii de parvis et immundis fluminibus mare
illabuntur. sive a mari ad eadem flumina relabuntur.
Qui de maioribus multum fluentibus mare sive
a mari eadem flumina ingrediuntur meliores sunt
illis sibi oppositis piscibus. Pisces a mari dul
ces aquas subeuntes illis qui de dulcibus ad
mare venerunt sunt meliores. minus enim sunt vi
scosi et litorei appellandi quia in salsis nati
salsitudo humores desiccat naturales. Qui adul
tis in salsa sunt traducti sunt viscosiores et
grossiores. quia aqua dulcis humectat et emollit. Un
de intelligitur ex predictis quod marini pisces mi
nus habent viscositatis et humiditatis maxime in petro
sis morantes locis. Post hos illi qui sunt
de pelago. tercio loco veniunt litorei si aque
clare et munde fuerint minus laudandi hiis sunt
maioribus et currentibus morantes fluviis. Peio
res etiam hiis qui in fluminibus parvis morantes
et mutantibus virginis sunt. Omnibus autem peio
res et viscosiores et grossiores sunt qui in lacu
bus piscariis et paludibus nascuntur. hiis ergo
causis predictis generum piscium multis modis diver
santur que tamen xi esse videntur. Aliud enim ex
diversitatibus succorum generatur. Aliud ex diversi
tate aquarum sumitur. Tercium ex munditia
vel immunditia earum. Quartum ex motu vel quiete
operatur. Quintum de corporis piscium. Sextum de na
tura ventorum et eorum que sunt venti fuerint.
Septimum ex alimentis eorum. Octavum ex etatibus
eorum. Nonum ex anni temporibus. Decimum ex suorum
membrorum diversitatibus. Undecimum ex artificio a
parandi. Diversitates quantum duo sunt. aut
enim mollium carnium sunt aut duriorum et grossa
rum. Molles carnibus aut viscosi sunt sed lito
rei et marini dure cutis. aut non viscosi
neque grassi sed petrosi et parvi qui subtilis
sunt cutis. Duri vero carnibus aut viscosi et

grossi sicut qui de fluminibus mutantibus virgi
nis et de lacubus et paludosis sunt locis. Aut
duri sed neque viscosi sicut qui de pelago et
litoribus sunt clarus in nutrimento et temperato
laudabiliores sunt omnium genere. et ad digerendum fa
ciliores. Qui carnes habent molles nullius vi
scositatis neque grossiciei neque contrarius sunt odoris
sicut qui de pelago et de petrosis locis. sanguis
quem generant temperantio est communior. et id
non minus corruptioni et coagulatis et defectis sunt
feminalibus et egrotis convalescentibus et sanitate
custodire magis quam fortitudinem membrorum
amantibus. Nichil enim melius ad sanitatem custo
diendam quam bonus sanguis et laudabilis. Qui mol
lium sunt carnium et grossarum et viscosarum sunt
sicut litorei quibus flumina influunt magis sunt
nutribiliores et virtuosiores. sed tamen illaudabiles
ut pote ad digerendum duriores et malum sanguinem
generando verminosiores. Unde non sunt comedendi nisi ex
necessitate cum sinapi et salibus. Qui duras habent
carnes sed tamen non viscosas sunt pisces magnorum
fluminum et cito currentium ad comparationem petro
sorum illaudabiles sunt quia grossiores et ad digeren
dum duriores et ad dissolvendum tardiores atque
nutritiores. ad comparationem tamen litoreorum me
liores cum sint minoris viscositatis. Sanguis pro
quem generant est virtus sanguinem quem generant
pisces pelagi et tamen grossior. Ideo quia convenientior
complexionibus et calorem naturalem forte habentibus et
confortationem membrorum magis quam sanitatem custo
diendam amantibus. Duras et viscosas et grossas
carnes habentes contrarii quia dentes sunt fluminum par
vorum pisces mutantibus virginum minus sapori
et magis nutrimenti ad digerendum duri insipidi sunt
ex complexionibus eorum. Dure enim digeruntur duobus
modis. Vel quia carnes habent duras vel quia
pingues et viscosas

Diversitates
piscium ex natura aquarum iam diximus
cum quosdam in salsa quosdam in dulci aqua
habitare diximus. Qui in salsa minus sunt visco
si et minus gravis odoris a corruptionibus lon
gi ad digerendum cum minus sto nocivi quia aqua
quam involvit calidior est et minus humida naturaliter.
Qui in dulci aqua sunt viscosiores odore gra
viores in corruptionem se convertentes. dure digestio
nis sto nocentes. Unde eorum nutrimentum malum est.
Omnes pisces fluviales et lacuum. et si car
ne molliores sint. grossiores tamen et sto sunt noce
ntes et in corruptionem cito convertibiles

Diversitates piscium ex turbida et clara aqua
sunt huiusmodi quia qui de clara laudabiliores

et io longe mi(n)us corruptibiles maxime petrosi incedentes Vel si aqua salsa est quia mi(n)us sunt odore contrarii qui in turbida aqua morantur peiores sunt et magis corruptibiles maxime si sit aqua quieta et lutosa quia hii sunt contrariorum odorum ex aque motu contrario quia motantes in fortibus currentibus sunt meliores quam in aquis quiescentibus Similiter qui habitant ubi venti qui sufflant meliores sunt nutrimenti et meliores carnis quam si nullus ventus sufflat maxime si septemtrionalia loca illa sunt opposita quia ventus septemtrionalis naturaliter est siccus et frigidus eciam frigidus est ... habet ideo quod piscibus contrarietatem auffert odoris Qui vero inhabitant loca ventus occulta peiores sunt quia venti ablato aque motum tollit et quietam reddit Similiter pisces ubi austri flant illaudabiles sunt cum austri naturaliter sunt humidi et ... abhominacionem et contrarius est odori unde eciam piscibus augmentatur contrarietas odorum

De exercicio

Pisces semper se moventes et laborantes ... sunt meliores quia multum motum et exercicium eorum ... emolliunt carnes viscositatem et contrarietatem aufferunt

Secundum diversitates nutrimentorum quia pascentes herbas virentes et radices laudabiles opposito sunt meliores maxime si aque fuerint clare Diversitates piscium ex etate et magnitudine quia mediocres inter parvos et maiores sunt ... magis laudabiles quia parvi et si in uno sunt laudandi in alio tamen non effendi maiores vero laudantur ... unde parvus magnitudinem efficiunt unde parvus deprimitur quia parvus et si in parvitate viscositatem et grossiciem efficeret et quia velocius digeratur ... sed sunt nocentes in hoc tamen non est laudandus quia cito in corrupcionem mutatur Maiores et si non sunt laudandi quia grossi viscosi sed nocentiui tamen boni quia non corruptibiles sunt Mediocres ergo laudabiliores ut pote inter utramque extremitatem se habentes Qui tamen dividuntur tripliciter alii enim in carne duriores alii in genere suo molliores alii mediocres Qui in genere suo duriores fuerint parvi erunt laudabiliores quia parvitas etatis siccitatem temperat carnis Qui vero molliores maiores erunt meliores quia maioritas etatis mollicie eorum temperabit Qui mediocres in mediocritate meliores Ysaac dicit Pisces parvi meliores sunt carnis ad digerendum faciliores et minus sunt nocentivi sed cito in corrupcionem mutandi Maiores carnes sunt grossiores et ad digerendum duriores sunt nocentes sed non cito corruptibiles horum medii sunt laudandi quia ab extremitate utriusque ... sumunt quod magis est laudandum

Diversitates

piscium ex anni temporibus ex eorum nascentie et marie intelliguntur quia mediocres in hieme laudabiliores sunt cum multum grossi sunt ideo ad digerendum duri sunt omnino emolliunt grossum generantes flegma et viscositatem Si macra ad digerendum sunt dura et ideo utrique de utroque malo non laudandi Mediocres ergo sunt meliores et temperatiores et laudabiliores sunt cum ova facere incipiunt quia quidam ovis pleni incrassant et cum iam ova eiecerit macrae efficiuntur Quidam vero cum emiserit ova incrassantur et cum incorporati ... sunt macri ambo tamen non laudandi cum ova inceperit incrassantes enim ovis pleni sunt illaudabiles propter multitudinem sue pinguedinis Similiter non laudandi cum ova emiserit ex nimietate sue macrei qui etiam si incrassantur cum ova emiserit ex multitudine pinguedinis illaudabiles sunt Qui vero macrescunt ovis pleni non sunt amandi ex quantitate macrei mediocres ergo horum medii

Diversitates piscium ex membris sunt multe sunt Alia enim naturaliter sunt pinguia sicut umbilici auricule oculi cerebella minus crassa sunt ut latera et ossa dorsi renidinia Alia naturaliter viscosa sicut capita Alia enim naturaliter mobilia sicut cauda dorsi ossa alie Alia in motu rariora sicut umbilicum et coste Pinguia ad nutriendum illaudabilia sunt quia pinguedo facit ea viscosa et a stomacho et intestinis lubrica et ad penetrandum venas dura cito corruptibilia maxime si ipsi fuerint naturaliter Que enim inter pisces naturaliter macra si pinguia fuerint meliora sunt nocentivi quia macres naturalis pinguedinem temperat illius membri Que autem membra non sunt naturaliter crassa sicut latera ad exeundum a stomacho et intestinis sunt tarda propter parvitatem sue viscositatis sed tamen velociora ad digerendum et non cito corruptibilia et nutrimento laudabilia maxime si pisces crassi fuerint Piscis enim ipse pinguedine nutrit et membris adunat et ideo dorsa et latera minus sunt pinguia cum hec membra tamen piscis pinguis fuerint fiunt teneriora et saporiora et unctuosiora cum macra fuerint dura et grossa et ad digerendum dura vel tarda Que autem membra horum sunt mobiliora sicut cauda et dorsa et alie sunt carne pericia et minus pinguia ad digerendum velocia nutrimento laudabiliora maxime si crassissimi pisces fuerint Que minus mobilia sicut umbilicum et costa vel viscosiora sicut capita sunt grossiora et ad digerendum duriora et ad nutrimentum corrupcioni ... Ysaac dicit Circa umbilica et capitis enim piscium est illaudabilius quia stomachum inquinat propter viscositatem et suam unctuositatem vomitum et ducere dicitur In fundo autem stomachi descendentia pilos suos emolliunt quorum lubricari stomachi velocius currunt unde plurima generatur

licentia carne cando ale et ossa dorsi a ca
pite ad caudam circumdans tenerior est et ad
digerendum velocior est et nutrimento melior est
ex nimio motu suo et ossium siccitas carnem
teneram et molliorem ac saporitatem sibi preci
latam non et coste ad comparationem caude et ale pa
rum sunt dura quia minus mobiles. ad comparationem
non umbilici meliora et minus viscosa. et ideo
ad umbilicum computata sunt saporiora et ad di
gerendum velociora et ad nutriendum laudabili
ora

Diversitates piscium ex artificiis in duas prin
cipaliter dividuntur. aut enim recentium pi
scium. aut siccatorum. Recentium duo sunt modi
aut ex naturis piscium. aut ex qualitatibus ar
tificiorum. Ex naturis piscium quatuor modis sunt
aut enim carne molli sunt et non viscosi neque
grossi sicut petrosi. aut molles et viscosi
sicut maiorum fluminum et littorales. aut duri
et parum viscosi sicut de pelago. aut carne du
ri et nimium viscosi sicut de parvis fluviis lacu
bus et piscariis. Qui molles sunt et non viscosi
ad temperandum eorum carnes nichil erit ne
cessarium et laudabile est horum artificium cum aceto
et sale et aneto et paucis porris et oleo et
pipere. neque ~~noceret~~ ~~sed~~ purissimo. Sic enim hic
eis temperatior est et digestibilior. neque no
cet sed. hoc ergo modo pisces eorum expetunt ratio
maxime ab egritudine exeuntibus. Si tamen si aliud
sit faciendum ut si cum sua mollitie pisces vi
scosus fuerit et humiditas et viscositas sua plu
rimum sit minuenda. pisces hic assatus aut
cum oleo frixus dandus erit. frixus enim et cali
tus calidum desiccat humiditatem et viscositatem au
fferunt. non tamen sine oleo comedendus est et oxi
megaro. ut facilitatem exeundi adiuvet et
digestionem. sed frixo parum olei est addendum. piscis
enim cum oleo frixus stomachum emollit. et ideo necesse est
ut detur cum odorifero vino. Si autem molliores
et abhominationem stomachi inde paciatur. oximelli si
liturum detur. neque post nisi cum oximagaro
et aceto et odorifero vino sumatur. hec enim velo
citer exeunt neque stomachum emolliunt. Si autem pisces
duriores et non viscosi sint cum aqua et sale et
aneto et porro et oleo. vino quoque fortissimo et
oximagaro dandus erit. Si autem cum duricie
viscositas et grossities affuerit. et viscositas
et grossities auferenda sunt talis. talis apponatur
cineri ut viscositatem et grossitatem amittat et
deinde. deinde cum aceto detur et sinapi et calamento
pipere quoque et zinzibere. Sic enim. Si quando pisces coquinandi
erunt. inscrutum sunt cum aromatibus prius calefactis debet
et calido ebullienti apponatur piscis. hoc enim sa

poris colorem reddit et sanguinem laudabiliorem facit.

Ex qualitatibus

Et artificiorum diversa sunt artificia. Quedam
enim temperate sunt qualitatis. quedam intemperate
Temperatis dantur assati cum oleo frixi oximogaro
et vino condiores. tamen assati non temperatis repugne
tur qualitatibus contrariis cum sibi oppositis. Si ca
lide complexionis fuerint dentur in scutella frixissima vel elixa
ex condita cum aceto et pauco oximogaro. frigidis
cum fortissimo vino condiatur cum sinapi quoque zinzibere. pipere
calamento. humidis assati dentur condiendi cum aceto si
napi oximogaro forti vino oxigaro calamento
Siccis cum aqua et sale insulsa farcies et aneto.
Salsi pisces servati cum melle et vino sive cum
aceto sive sale servantur. Qui autem cum melle amittunt
calorem habent et siccitatem. a vino maiorem calorem
habent et siccitatem quam a melle. ab aceto siccitatem
vero caloris a vino dati et insimul habent partem
Sal enim dat calorem maiorem eius vino. et siccitatem
aceto fortiorem. non tamen sicut in aceto custoditi strin
gunt ventrem. sed potius subtiliat. neque salis su
stancia emollit propter et tenuat. sed aliud plus induat
Sal enim operatur in rebus secundum naturam rerum patientium
non secundum suam sicut in actione ignis videtur. qui
plumbum liquefacit. lutum non incendit. Causa est quia
cum corpora in siccitate et humiditate subtilitate et grossi
tate et viscositate esse diversa. Sal autem ex diversis
corporibus et virtutibus quedam calidus et subtiliatus
quedam siccus et indurantus. notandum est ergo ut in cor
poribus actiones suas diversificent secundum eorum corr
porum et passiones eorum. non secundum naturam suam et eorum
et ideo idem quod sopitus in corporibus facit quia ca. et
sicut est naturalis. sed tamen calor agit et fortior est sicci
tate cum infatuatur autem hoc. quia ubi colligens facile
salem capit tantus calorem liquidum sentit
Desinit tamen esse siccus. quia siccitas factus ocul
tatis. Cum ergo fortior et dignior sit ignis cum
corpus sibi aliquid oppositum fuerit prius calefacit.
et post humiditatem dissolvit. et expulsa sicci
tate sua desiccat et destruit. Idem et sal
facit. Cum enim humiditatem liquidam aliquam inve
nerit dissolvit et liquefacit. Si autem corpus par
ve humiditatis fuerit constringitur et durescit. Sa
le ergo apparata si fuerint tenera et liquidos et
subtiles humores habentia naturaliter dissolvuntur ab
humiditate sua unde mollities illorum corporum au
gmentatur. et cum magis subtilis sit humitas tanto
plus emollescunt corpora et teneratur. Si autem par
va sit humitas et non naturalis in qua operatur par
ve humitati contrahitur et velociter desiccatur sicut quoque
duriores efficiuntur sicut in corpore videtur et de
natura sibi auffertur. Si autem duriora fuerint. tamen
naturalis humitas et viscositas liquefit humiditas

illa et dissolvuntur. Propter quod corpus bene fit et tem-
peratum. Quod si corpus molle fuerit, secundum magis parve humiditatis
eadem dissolvuntur et corpus desiccatur et corpori
durities et temperamentum dantur. Palam ergo intelligitur
quia omnia animalia vilibus convenientia si adiungantur
extrema, id est mollicies carnis et multitudo humorum
sicut lactentium porcorum et agnorum, vel durities
carnis et mediocritas humorum sicut iuvenum boum
et porcorum, illaudabilia sunt ad saliendum. Quibus-
cumque autem in corporibus due extremitates opposite sunt,
mollicies carnis et paucitas humorum sicut edulorum
lactentium, aut durities carnium et multitudo humorum
sicut iuvenum porcorum, laudabilia sunt ad saliendum.
Corpora enim mollia et multe humiditatis humida si eis
accesserit sal dissolvuntur humiditates et liquefiunt et
per totas partes corporum illorum dividuntur. Propter quod fit
cum angustiate mollicie sive vi intimum dat
illaudabile quod non eorum siccitas est per salsum flegma in-
cidens propter vitream complexionem a sale habitam. Ideo quod
duplici ex causa sunt pessima. Una quod sanguis sunt in-
cessiva ex sua acumine. Secunda quod ex mollicie sive cor-
poris dure et tarde assellantur in ventre, maxime
si humiditas sua fuerit subtilis et liquida. Si autem in cor-
poribus durities et paucitas adiungitur humorum
et sal in eis pervenerit, neque in humoribus quid ope-
retur inveniat, revertitur ad subtiles humiditates et con-
sumit eas et propter durities angustiatur carnis illius
et nata ubi ... Corporibus vero ubi durities
et paucitas humorum adiungitur, si sal eis pervenerit
neque naturalem humorem ubi operetur inveniat, ad eo-
rum paucos humores revertitur et plurima partes eo-
rum desiccatur. Propter quod mollicies corporibus ad tem-
peramentum reducuntur. Similiter ubi est durities et mul-
titudo humorum adiungitur, sal accedens et multos
inveniens humores dissolvit et liquefacit eos et desiccat
quantum potest. Si autem in desiccandis humoribus non
prevalet ex multitudine eorum, natura est remanet pro
exterminanda. Que autem partes remanet adiungat
corpori illud ut ad temperamentum reducatur. Palam
ergo est intelligi lactentes porcos et agnos illau-
dabiles esse salsos. Iuvenes vero et veteres ut-
riusque generis esse bonos salsos. Veteres autem car-
nes bovine et caprine salse illaudabile sunt
et eorum parvi boni sunt salsi, quod omnia pecora
animalia ad comparationem et veterum mollicia et tene-
riora sunt. Si autem de humidis fuerit naturaliter sicut por-
cine carnes et agnine si fuerint salse dissol-
vuntur humiditates sive a sale subtiliter et viscosi-
tas desinit ex illarum plurima desiccatione et
sive humiditatis multitudine unde oportet remanere
et fit causa mollicie carnis et corruptione quod
a sale acumine accipit. Unde et sanguis accenditur
et tarde in ventre assellatur. Vetera autem omnium alium

siccior sunt ad comparationem sui generis et duriora
sunt. Si autem de animalibus naturaliter fuerint humida sicut
perdicibus et porcis et sal eis venit tantum naturalis
humiditatis habuit quod sal totum desiccare non potuit
illud. Ergo quod remanet illorum corporum duriciem
temperat. Si autem de animalibus naturaliter siccis fuerint
sicut bobus caprinis et sal eis venit cito illorum
humiditas desiccatur et consumitur et durities et sicci-
tas in eis augmentatur et nutrimentum corporis coar-
ctatur. Iuniora autem omnium animalium duriora et minus
humida quam pecora sunt. Si autem de animalibus naturaliter
humidis fuerint sicut perdicibus porcis et ad salem
devenerit, desinit in eis sal desiccando propter mul-
titudinem humiditatis. Unde aliquantulum remanet emolli-
tum et duricie corporis illius in temperamentum redu-
cit. Si autem de animalibus naturaliter siccis fuerint sicut
bobus caprinis et sal eis venit neque humiditatem
in qua operetur invenit, desiccat corporis substantiam
et indurat plus quam fuerat. Unde fit ut nam ...
... iuniora tamen bovina et caprina ad saliendum
sunt meliora quam vetera quod durities siccorum corporum
ex durine est ... et fortitudine caloris
naturalis. Dura vero sunt corpora veterum eorum ex de-
fectione substantialis humiditatis eorum et ...
sive consumptionis. Unde sunt illaudabilia. Dicet tamen
aliquis quod vetera omnium animalium sicciora et minus
humida naturaliter sunt et semper contraria fatetur. Quoniam
... decrepiti inveniuntur meliores
carnis et teneriores multo maioris humiditatis,
quod probatur ex superfluitatibus salivis et oculorum
lacrimis que apparent et humiditate narium
et lippitate. Respondemus ergo ... dixisti quoniam
ita est ut asseris, non tamen est eis naturalis
sed potius accidentalis, quod calor eorum naturalis de-
fectus in digerendo nutrimento eorum deficit
et superfluitatibus suis dissolvendis et per po-
ros corporis emittendis maxime in superflui-
tatibus tertie digestionis. Deficit vero humiditas
... in eorum corporibus et virtus emollitiva
salive lacrime et excrementorum semper in eis
augmentatur et adhuc plus dicimus sicut
... suorum veterum naturaliter deficiunt.
Unde quod sibi superest suorum nutrimentorum
subtiliare progrediuntur et ideo remanentia in
concavitatibus suis sunt clausa. Que cum vir-
tus expulsiva iam defecta ad remotiora
expellere non possit, ... ipsa per se dissol-
vuntur et locis sibi convenientibus et proximis e-
mittuntur sicut oculis et naribus. Non ... Quare
animalia bona sunt ad saliendum dixit non du-
ra neque grossa bona sunt si fiunt salsa
et bona dant nutrimenta duricia intendit pro-
pter vetera ... animalis grossa duobus modis

mittent. Que autem sunt sicut lactentes agni et porcelli nimie humiditatis, aut que multum sunt pinguia. Pinguedo autem naturaliter grossa et viscosa est que nisi ad salem remittat fit inde acuta et sic nocitiva. Venies autem ad venas sanguinem ingrossat et incendit et corrumpit. Secundum intelligendum est de piscibus. Ubi enim mollities carnis et multitudo adiuvantur humiditatis, aut duricies carnis et paucitas humiditatis ad saliendum non sunt boni ex eisdem rationibus. Sunt dicti. Qui autem duri corticis et precium humoris boni erunt salsi. Si autem dixit. Quamvis pisces molles sint corticis illaudabiles sunt salsi, sive multi humoris sive pauci sunt. Si tamen pauci humoris melius sunt salsi. In mollitie enim corticis et humoris multis deficit in eis desiderandus vinctus salis. Quod autem inde remanet auget mollitiem corporis et corrumpit, propter quod illaudabiles fiunt. Si vero enim humoris et si sale non consumitur totum, quod tamen remanet non auget mollitiem corporis. Quod tamen sunt non sunt pisces saliendi, nisi qui corporis sunt sicci et pauci humoris, tamen adhuc sunt molles et recentes. Et tunc corpora eorum duriora sunt et calor naturalis interius fortior.

Quibus ter in duo dividitur. Unum est quod non adeo decoquit et appareat ut nullum aliud apparatum oporteat adhibere, ut in lacte videtur et matris fructibus. Aliud est in quo non actiones suas non explevit quibus continualiter sunt reddendum est ut in bonis mali sunt immutentur sapores, odores, duricies quoque et asperitates quas non abhorret unus et... Oportet itaque ut cibos nullos habere sapores malos sic nocentes, neque odores horribiles vel crebro nocentes, paciatur fuscitates neque duriores sicut fatigantes neque morsivas quibus interiora eius mordeat. Quibus evitandis et nature amicandis studet invenit quod quoque fit modus. Aut solo foco aut aqua sola, aut tamen cum utroque, sive cum sale, aut cum aceto vel oleo et aliis condimentis. Pauca sunt ciborum quibus solus ignis sufficiat, de quibus triplex intendimus. Aut enim subtilia et consistencie mutat et durociem sicut ova assata, aut grossa et continua in tenuitatem et subtilitatem, ut assata carnem et similia. Aut spissa et dura in raritatem vel mollitiem, sicut grana et legumina assata ut desinat esse cetera. Dura quoque et spissa ut si ignis ea faciat scissura et a sic ad comedendum dura, quia focus humiditatem eorum desiccat et corporis sua rarificat. Vel secundum humiditatem desiccatam adiuvat et poros suos

inferiores oppilat.

Fori autem duo sunt modi. Alius enim ad assandum fit et panificandum. Alius ad elixandum et coquinandum. Focus panificii et assandi mollior est et quietior et sine flamma in calore spacii. Bonus erit ne ad exteriora corporis prevaleat et sua humiditatem consumat et dura et sicca faciat antequam interiora sint cocta. Si autem assatorum humiditas est laudanda igni diutius immoretur, ut sua humiditas consumatur et siccitas succedat. Focus coquinandi et elixandi calidior sit ad comparationem assandi propter aquam que est in coquinandis que foci repugnat actioni. Non tamen multa habeat flamma, sed prunis carbonibus vivinam. Carbonum enim focus reliquis habetur laudabilior, quia in calefaciendo equalis est et eorum interius virtus actio eorum in omnibus rei partibus coquinandis equaliter dividatur. Flamma non sic, quia a serpentis pinnata et acuta est, neque universa penitus equaliter fit ut coquinandorum non sit coctio equalis.

Aque intencio est duplex. Vel ut siccitatis teneat et emolliat, sicut fabas et cetera leguminum contenantur ad comedendum infusa aqua, velut fortis sapora et acerba saporem amarum amittant cum infunduntur in aqua et indulcorantur, sicut lupini et similia.

Salis quoque quadruplex est in aqua intencio. Aut enim viscosa et grossa in viscositate et grossitie subtiliat et incidat, sicut pisces et similia. Aut non saporis sunt cucurbite et similibus saporem dat. Aut humida desiccat. Aut eadem quibus humiditas sua auferatur crassities grossa et pisces pinguibus plus oportet salis apponatur.

Aceti duplex est intencio in ea. Aut enim abhominabilibus et sicut corruptibilibus aceti appositum abhominacionem aufert et saporem reddit et sicut confortat. Aut cum sine calefactione subtiliata fare velimus, uti ptisano aliquando farinis cum aliquantulum aceti apponimus, ut rei subtilitas sine calore augmentetur.

Olei triplex est in ea intencio. Aut enim saporositatem dat cibis. Aut cum siccitas dividat mollitiem et lenitatem apparat, sicut in oleis lentibus et similibus. Aut acutis et mordentibus ex sua viscositate acumen et morsivam temperat.

Mortirpre triplex est intencio. Aut enim propter speciales ad penetrandum venas naturaliter dura que nocivo sunt subtilianda ut facile penetrent vias corporis. Aut propter non saporosa in lind humida abhominabilia quibus horribilitas sua est auferenda et danda saporitas. Aut odore quibus repugnetur. Non autem in lind immortirpre apponendum est nisi condita sufficiunt ad malum saporem mutandum, quia sua in lind repugnat

humiditati cibi et obviat et mollificat et digestionem appetat. Utendo vero cum admixtione solo herbarum succo appendium est cum cibi sint grossi corporis et ad digerendum duri.

Intentio mea expleta est quod cibaria sint apparanda. Dicendum restat que et quod sint reficienda et a saporibus incipiamus quia anticipantes esse videntur. Sapores ergo non acceptabiles in temperatis sunt hii: aquosi, acetosi, salsi, pontici, amari, acuti. Si igitur aquosi cibi sint et insipidi, optime aceto sale et condimentis morem proprium condiatur. Si acetosus sit sal sufficit. Si salsus solum acetum. Horum duorum saporum qui communes sunt quorum unumquodque alterius vim suam mutuat cum tres qualitates sint fortissime singulorum quia solo sibi apposito possunt obviari sine tres qualitates alie sibi impendatur que gustum assentiente non patiuntur cum aqua primum mitiganda sunt et post subinfundendum est contrarium. Dicetur tamen aliquid. Si aqua horum acuitas mitigat, quare aqua sola non sufficit ut non apponatur alia contraria. Dicimus quod aqua insipida est si ergo sola aqua velimus mitigare saporem penitus auferretur quia detur. Quilibet autem saporum horum conmixti saporem acceptabilem largiri videntur. Si ponticus est cibus bonum est ut aqua dulci desuper infundatur et emolliatur et cum altera aqua elixetur. Si vero aliquantulum ponticitate conamur velimus non multum coquetur si omnino auferenda est excoquatur donec dissolvatur. Omnia enim elixa in aqua virtutem suam amittunt in ea. Unde G. Omnia insita in aqua cocta viribus suis debilitantur. Unde et si diu in ipsa excoqui morentur tota virtus sua amittitur maxime de aqua in aquam mutetur. Ideo quia insulsa cum in eis coquuntur salsa et ipsa efficiuntur salsa quia facius subtilitate cum fumo exhalat grossities vero et salsitas in eis remanet. Si autem cibaria sint amara et talia sunt que fiat elixa tamen aqua sunt elixanda et extracta ab aqua cum sale et aceto et ceteris sibi convenientibus sunt condienda. Si vero elixari non possunt sicut aquose olive in aqua frigida et sale ponenda sunt et sic suam amaritudinem amittunt. Deinde in altera aqua et salem cum aceto reducenda sunt. Si autem amara sunt et ventosa sicut olive viridem colorem conservant solum sal sufficit quia et sua humiditate desiccat et ea ne pereant indurat. Si acuta et simpliciter acuus sicut cepe et sinapis vides tamen aqua et sale infundantur et parum aceti apponatur. Si autem cum acuitate sua acuitudo et potestas immixta sint cum aqua et aceto coquuntur postea elixetur et post cum oleo condiuntur ut acuitas sua miti-

gentur. Unde G. Acuta et dura et aspera non nisi cum oleo sunt danda. Vel quelibet cibaria ventosa ventuositatem enim lenit acuitatem et mitigat et insipiditatem induat et temperat. Vegetabilia insita dura et acuta apparent cibaria et mundificatur ex opposito vero que non bona sint ut comedatur. Unde legumina et similia sint apparanda ut sint ad comedendum ydonea quia si pauca sint saporata apponuntur sicut duo danda. Ubi ubi colorem apponendum est secundum naturas accipientium apponatur et rei que danda intendimus alius sapor est dandus. Alia aspera leniuntur alia dura emolliuntur alia apertiva efficiuntur venena pucora ventres mollificant et constipant ut semine piper secundum quas naturas colere disposita que coquinata sunt ut suis ubi ras comedantur que ad comedendum in ipsis dimittantur que vero non exhaurientur. Si in estate caro coquatur multa aqua apponatur et carnes supponantur vero vasculum coquatur ut humiditas sui odoris emittatur. Si autem carnes odoris fuerint nature vel in contrarium mutata sunt auferantur ossa quia illa pus putredo influit ad medullas et ideo eicienda sunt ne infecta fiat mali odoris. Si vero carnes sint salvatice coquinande prius eas cum sale una die vel pluribus dimittende sunt ut sint tenere. Pisces vero recentes et adhuc moventes sunt coquinandi quia ex mollitie sue carnis non nisi salsi sunt servandi. Si autem duriorum carnes sunt coquinande animalium antequam occidantur multo fatigentur motu ut ita carnes dure teneriorentur. Indigestibiles vero et dure nature sicut senioribus et egrotantibus si grosse carnes dentur ad comedendum ille, carnes et cum pauco sale cimino quoque et calaminto in aqua ponantur et aliquandiu dimittantur sicut quia tandem minime lote coquentur. Idem facit in piscibus quia a sale humitas et insipitas aufferuntur. Unde sal oppositum augmentetur in carnibus pinguedibus sicut G. Que insite carnes sunt pinguiores et humidiores multum sanguinem habentes multum sunt salliende et foro flamma carceris permittende. Si vero marine non humide et pauce concludente pauco sale sunt condiende et levi foro sunt permittende et assande et interim sunt apponenda vascula plena aqua ut fumus eorum ascendens tempet siccitatem.

Tegimenta

Sanitatis et custodia impetrante morbis sint. Unus ut dieta sit subtilis temporibus suis et quibus competet sit deliberatus et quietus et rarior in temporibus non suis et in hijs in quibus non competit. Ordinatus est autem conservare diete in tempore suo et quomodo competeat sicut in exercitatibus et laborantibus que etiam vivunt in non suis temporibus et non egrotantibus

conplexionibus. tertius ut sint cibaria dentur tempe-
ratis et sanis quod oportet ordinetur. Ne autem hec
contraria fiant fugiat. Motus vita a cibis ma-
lorum humorum generantibus et statim corrumpentibus cor-
pus custodiatur. epar et splenem opilantibus
restaurentur etiam et refrenantur cibis et medi-
caminibus horum nocumenta removentibus. Subtilis
autem dieta triplex est. Prima cum cibaria in
actione et passione sua et substantia sua sunt subtilia
Passione propter facilitatem digerendi et velocitatem
et in sanguinem mutabilitatem. Actione cum laudabilis
ab eis generatur sanguis sicut a perfecto pane tri-
ticeo … et … lactentium eduliorum et lora
petrosa … Secunda dieta subtilis
in passione est sola et sanguinem illaudabilem generant
sicut atriplex et spinachia et plures herbe que
velociter digeruntur et in sanguinem mutantur. San-
guis autem qui ab eis generatur subtilis est et aquosus
et cito ambobus dissolvitur. Tercia subtilis est in acti-
one et econtra tamen illaudabilis. et si enim actio sua
sit laudabilis in … subtiliandis … incidendis
et viis aperiendis. sanguis enim qui generatur
ab eis est acutus et illaudabilis in nutrimento sicut
de aromaticis salsis acutis. Medicina sunt sicut
forte vinum et piper. Acuta sicut radices sinapis
et similia. Grossa quoque dieta triplex est. …
Prima grossa in actione et passione sua. In passione
prima ad digerendum dura et in sanguinem mutari
tarda. In actione quia sanguis quem generat grossus
est sicut de carnibus vaccinis caprinis …
veteribus bovinis. Secunda grossa est in passione
sola. in actione vero non laudabilis est sicut …
carnes … non bene fermentatus. quia ista si sint
grossa et ad digerendum dura. ex … tamen et
bonitate sua sanguinem generant non laudabilem
Tercia grossa est in actione et passione sua. Passione
propter indigestionis duriciem et in sanguinem muta-
tionis tarditatem. In actione quia quos invenit
humores ingrossat et coagulat et facit crudos
et indigestos. Est autem triplex. Aut enim solum
… sicut … lactuce et similia
Aut viscosa est et unctuosa sicut pinguedo aut
utrumque sicut … maxime ex … bestialibus
et durissimis carnibus sine aceto et aromatibus
Temperata et mediocris dieta est sicut panis …
… edulia lactentes et vituli similes
Mediocritas tamen ciborum non est unius modi. Sunt
enim cibi inter duo extrema mediocres sicut …
sunt. et alii temperati tamen alii extremitatem plus
sicut animales agni qui et si sint temperati aliquantulum
tamen calori attinent. Ptisana vero et medulla
panis in aqua frigida ter vel quater lota et si
temperata fuerint tamen pertinet frigiditati. Adhuc etiam

et mediocritas aliter esse potest duo extrema vel contraria
commixta. quemadmodum generatur cibaria ad temperamentum
unius solius mediocria. sicut est cibus ex ordeo cum
lentibus recto composito. quia malicies et bonitas
ordei temperant duriciem et siccitatem lentis
lentes similiter faciunt cum bleti et … quia
frigiditatem et siccitatem lentium temperant blete
et eius mollities

Dieta est autem ex anni temporibus ordinanda est
ut in vere custodientes suas actiones naturales
demum dietas similes temperatas et mediocres
hyeme et estate et autumno naturaliter oportunam
… dietam detur. et sicut quod natura sua
… egredientur dieta opposita ascendamus sive
descendamus. Si enim ver naturam suam non custodierit
et ad extremum quodlibet penderet plurimo fugiat
et ad sibi opposita … ut si ad calorem …
… temperata dieta debet dari sed tamen attinens
frigiditati sicut … pulli pisces petrosi vitella
ptisana panis lotus. Et si ad frigiditatem se
mutaverit temperata sunt danda sed tamen calori
attinentia sicut animalia agni. Si ad humiditatem
temperata. sed tamen … desiccativa … cum
… piper … et pluribus. Si ad
siccitatem humectativa dentur sicut agni lactentes
et herbe humide et similia

Considerandum sunt in hiis antiquorum etiam quia que
cibaria velociter sunt descendentia faciliter ve-
nas penetrantia. ante cibum sunt primum danda. que
autem ad hoc tarda postrema. Cibus enim facilis ad
digerendum si extremus acciperetur et digeratur et exire
festinans sit repugnat sibi … antiquior cibus
et exire non permittit. cum autem exire non possit
natat ibi et ex calore … ubi calescit et ebulli-
ens velociter corrumpitur. Set si primo accipiatur
et digeratur nichil sibi exeunti repugnat. Similiter
solubilia ante … sunt. stiptica autem post
et … Subtilis autem dieta absolute et
si corpori … neque … tribuat sicut grossa
… intendo inter viscosa et laudabilia …
… Utilis tamen est in custodienda sanitate
ex facilitate digestionis et velocitate ambobus dissol-
vendi et … laudabilis sanguinis. neque solum sanitatem
custodit sed etiam sanitatem revocat … Auc-
tores enim diutini morbi sunt … quanto
magis … acuti. Aliquando etiam sufficit sola
dieta ad infirmitatem sanandam sine aliqua
medicina. Unde etiam oportet medicum custodire vel
studere in morbis sanandis et subtilem dietam
adhibere ex medicina … et ex maiori utilitate
… quidam antiquorum dixerunt abstinentiam studiose
et subtilem dietam humidis calorem refrigerare et
siccitatem humectare. quia ex nimio calore et siccitate fit

in exercitantibus labore. Est autem primum intentione huius
necessarium aeris temperati et aquam dulcem esse neque diu
ibi stare, exiens autem vinum accipiat mixtum bibat
plus quam oportet. deinde totum evomat. et aliquantulum
quiescat paucas. deinde accipiens lactucas. hee
enim herbe sunt refrigerantissime sine aliqua gossi
ne. post ptisanam accipiat et expectet quousque
asto digeratur. deinde pulleam comedat alas et
anseris. Pedes quoque edulinos et bovinos coctos cum
aspamogrado pauco et aceto et ovorum vitella
accipiat elixa. De herbis accipiat illas que
laudabiles sunt cibi sicut molochia, i. malva atri-
plices bletas vinum mixtum bibat cum aqua fri-
gidissima. G. Cultores vero in suffit in temporibus
calidis sola ptisana cum ordinamento ciborum et po-
tum secundum consuetudinem quoniam homines vinum mix-
tum cum aqua frigida sive nive prout assueti sunt bi-
bere. Alii autem in estu laborantes et nimium
calorem sentientes parum comedentes et aquam
frigidissimam biberet solet evadere infirmitates
Subtilis vero dieta cum cibis in actione sua subtili-
bus et si certa eorum laudabilis sit. multum iuvat
in corporibus suis habentes grossos et crudos et mul-
tos et duros humores et viscosos. et eos qui habent
oppilationem in epate et duritiem in splene. Unde G.
Subtilis inquit dieta oppilationes epatis aperit
et duritiem splenis dissolvit ipsum quoque minuit
et in naturam suam reducit. Idem Novi homines
asthmaticos habentes se dietantes subtiliter qui taliter
adiuti sunt ut evaderent asthmaticum non postha-
bere nisi parum et raro. Item scio multos ne-
fretecos arthriticos non in articulis lapidosas
passiones existere vel alleviatos cum diete subtilitate.
Intendit autem dieta subtilis grossos humores subtiliare
sicut exempli radices et similia. Epilentia quoque si pueri
sit et ab initio sui se ostendat cum abstinentia
et subtilitate diete perfecte sanatur. Si autem indu-
rata et elongata et si non sanetur tamen ex dieta
multum iuvatur. sed non est frequentanda quia si salsa
sit vel acuta vel amara et si consueta humidum
sit subtiliatum. maxime si temporibus sit solita. Non
enim hec dieta eos iuvat neque aliquos etiam
in quorum corporibus fluxus humorum adiunatur. Cali-
dior est nocturna hec dieta quia in primis sanguinem
subtiliat et post humiditatem desiccat et inducit
melancoliam quia facit. Unde G. Oportet acuta ciba-
ria et humorum subtiliativa ut perfecte quantitatem
dandi sapiat et quo tempore quibusve hominibus
sint danda

Grossa vero dieta, i. viscosa et ad digerendum
dura licet perfectam non det sanitatem. tamen
dat consistentiam et virtutem propter dissolvendi ambages
longitudinem. Ideo quoque solum exercitantibus convenit
et laborantibus ne cito a cibis dissolvatur et co-
rum deficiat virtus. cum quando desiderent plus grossi-
ciei et fortitudinem cum in perfecta sanitate sint quia
manet membrorum continuitate cum perfecta soliditate
numquam est hanc frequentare neque cum acceperit omnes
pos esse ab exercitiorum tempore antequam sumat
cibos. quod sanantes possunt uti grossis maxime
si eorum viscera sint sana. hec sana esse comprobantur
si grossis et ad digerendum duris utantur. neque
gravitate neque duritiem senserint in lateribus
Item oportet ut sit grossa secundum labores et exercitia. sepe
enim et fortiter exercitati sicut athlete et similes grossissi-
ma et viscosissima erant parantes dietam
minus non laborantes eorum. Sic ergo est ascenden-
dum et descendendum secundum quantitatem exercitii. Qui non
possunt exercere quia etas non patitur neque consueti minus
ibi sunt. grossam dietam fugiant et viscosam nisi
raro et hec modo. vel nisi prius cavallizaverit
vel pedites iverint. ut tandem valeant quantitatem ex-
ercere. Nichil enim mirabilius est regendo sanitatem
quam otiositas et quies. maxime utentibus grossa
dieta et viscosa. Ideo quia non patientibus neque vo-
lentibus exercere. dieta in passione subtilis et in cen-
na accipiatur laudabilis. grossa et viscosa caue-
ant quantum plus possunt neque solum hec sanetur sed etiam
corpora sunt mundificanda cum convenientibus farmacis et
temperata. et sepe sunt accipienda digerentia adiu-
vantia et sanitatem custodientia sicut exempli gratia max-
squilliticum. quibus grossi hic et viscosi sunt non
negligant etiam humiditatem stomachi mundificantia
et epatis et splenis oppilationem aperientia. que
si neglexerint. cito diuturnos morbos incidet
quorum causa erat multitudo humorum. Exercitantes autem
et laborantes hiis opposita erunt facientes. quia
in magnis exercitiis si dieta accipiant subtilem et cito
dissolubilem velocius deficient et consumuntur car-
nes et ptisim incidunt. Multi ergo homines
studiis aliis occupati cum dietas et exercitia
secundum quod oportet ordinare non possunt. cibum ergo
non accipiant nisi secundum quod digerere valeant. neque
mundificare corpus cum catarticis et clisteribus et si
liberis negligant. Sic igitur exercitia ante cibum ad re-
gendam sanitatem optima sunt. que post cibum
erunt. maxime impediunt sanitatem. quia antecedun-
te cibum calefaciunt et ebullientem antequam excoque-
tur eiciunt. qui cum ad epar venerit et indigestus
veniat in venis epatis humores adunantur
grossi diversorum morborum vel humorum et dure
dissolvendorum causa fiunt. Si autem calor stomachi
et epatis utrorumque sint. mutatur in sanguinem non
tamen laudabilem. quia de grosso fiat exitum unde
plurimum in arthriticam dolorem incidunt et similes
alios dolores. Unde G. Oportet inquit post cibum exercitia

et laboris vitant. sicut rether ante cibum frigid-
da erat quia exterius invertationem inanitur nat-
ura et corpus dissoluitur cum fumo et sudore. san-
guine aut minuto caterum invertante. trahitur
cibus de stomacho crudus et indigestus. ideo quod infirmitates
incidunt. unde ante senectutem moriuntur. Isdem quoque
multi sanos se esse stomacho confidunt et ad consumendum et ad
digerendum duram dietam sufficere illum estimant sicut
rusticos et communes et similia. neque sentiunt des-
infirmitates subeant ducte et cito moriuntur. In venas
enim sepe his comedentium notum est advenire consistere
et fortitudinem humidum durum in sanguine quantibilium
quia patera ex causa cito putrescunt et pessimarum
sunt cause febrium. vel calore corporis naturalem minu-
unt et digestivam vim sibi aufferunt. unde fit ut suc-
dat sepe hydropisis. Oportet autem intelligi esse ma-
ius studium regere sanitatem. cibos dari lauda-
biles chimos generantes sive subtiles sive grossi
sint. G. omnis namque cibus in essentia sua non
laudandi maxime studio sunt evitandi subtiles seu
grossi non cum morborum non sanitatem sunt genera-
tivi. Cibi quoque extantes et laborantes consistere in
digeste. Unde G. cibi grossi et ad digerendum
duri non tantum in cena mali non omnibus hominibus
sunt fugiendi quia exercitantibus et fortiter laborantibus
et perfectis in stomacho et corpore complexionibus non nocent
si sepe comedantur. tamen bonum chimum inde gene-
ratur. Generaliter quoque diximus qui consistere uti de-
beant sive subtilibus. Nunc restat dicere quomodo
accipiantur. Molles cibi et liquidi faciles sunt
ad digerendum ideoque ante duros accipiendi
Si enim postea accipiantur et digerantur adiucus exi-
re non permittuntur. In cena mali ante honor-
cibos sumendi sunt. Si enim post stomacho immergantur
et bonum eius corruptus corrumpitur. Qui in cena
non sunt laudandi non tamen humidi vel viscosi. neque
ante cibum neque post cibum. tamen enim sumendi
sunt in hora medio. Qui non cibi sunt illaudabiles
neque tamen lubrici neque indiscretates et hii neque
ante cibum neque post sed accipiantur in medio
Qui neque solubiles sunt neque stiptici sed tamen im-
discretatum neque non laudandi sicut amigdale
ventrasque sicut vel strams. ante cibum sunt su-
mendi. Mollibus vero post

Expliciunt diete universales

Complevimus in libro primo universalem
significationem generis ciborum et species
eius. Oportet nunc in secundo singulos de ciborum
unoquoque tractare. Quoniam huius libri et
finis de granis et fructibus. Cum cibo-
rum in sua substantia diverse substantiarum accidentibus
in quantitate vel bono vel malo. in quantitate multo vel
parum. et in natura calido vel frigido humido et sicco. duro
et molli. spisso et raro. notum est et quantum tantum
accidentia similem receptacula. Ideo maxime quia proprium
est ciborum ad humani corporis nutrimentum et eius naturalem
generationem similem. Proinde antiqui sapientes quia pitagoricos
recte composuerunt in sua substantia. tantum diversarum exi-
stere qualitatum et quantitatum. per modos. Primo
secundum genus suum. Secundo per terram ubi nascitur. Tertio
per regionem natam. Quarto per aeris qualitatem tempore
sui incrementi. Quinto per suum novitate ac vetustate

Generaliter vero

Generis modi sunt duo. Unum enim spissum est
et grave frangi difficile. coloris extrinsecus rubei in-
trinsecus vero albi. superficie leve et lucidum. Aliud rarum
et leve frangi facile. medulla eius albissima
superficies vero levis. Cuius quidem quod superius diximus
spissum et grave. farina et medulla ex stomacho vel
humidantia sui cortice vincit et furfure melius
est farine similem. quia farine nutrimentum eius plus
exigit. Ideo a stomacho tarda digestio eius dura. quoniam
inobediens est actionibus nature ad confortationem
membrorum et vires dandas quia ad sanitatis custo-
diam magis valet quam ad confortationem membrorum nocivi-
us est cibus durus digestu tardius dissolvi. ad
sanitatis custodiam nocivus est cibus levis digesti-
tus dissolvi. Granum quod leve est et facile
frangi cibus est levis digestus cito dissolvitur. furfur
sive et cortex farinam superat et medullam. Unde
facile dissolvitur minus autem nutrit. huius rei
gratia ad corporis nutrimentum minus est et ad disso-
lutionem facilius. Ideo quia ad sanitatis custodiam
quam ad membrorum confortationem magis valet

Tercium

Granum secundum terram ubi nascitur differentias
dividitur. Est autem terra grossa et pinguis atque
putrabilis. Est et marica et petrosa naturaliter sive acci-
dentaliter per multitudinem herbarum ibi nascen-
tium. Unde et aqua desiccantes humiditate et pinguedine
destituuntur. Est autem et naturaliter petrosa et marica
her. sicut ostendit herbarum asperitas exaratur dupliciter
et marcescit. Unde in superficie macra fit et sal-
sa. Granum igitur quod in grossa et pingui terra
nascitur granum grassius et pinguius gra-
vius quia in pondere. multiplicis quia existit. Quod
in marica et petrosa naturaliter sive accidentaliter macrum fit

et siccius leuius quod in pondere minus inuenitur. Alia
vero non naturalis et inventa pene nichil de mercede
fructuum ferax erit. si quos tamen ferat siccissimi
erunt et macri et a natura frumenti degenerantes me-
dulle nichil habent et zizania dicuntur. vel in aliena
egressi aut de natura alterius in naturam venenosam
ingressi sunt. unde et corporibus humanis nocivissimi
sunt

De diversitate tritici secundum regionem

Diversitatem tritici ex regionum natura ut na-
scitur iiii^or sunt modi. Est enim regio natura calida
et sicca ut meridionalis. Est frigida et sicca ut se-
ptentrionalis. Est calida et humida ut orientalis. Est frigida et
humida ut occidentalis. Triticum quod in calida et sicca na-
scitur humores parum sunt unde nutritur calor illius
est debilis quia calor regionis substantiales eius de-
siccat humores corpus quod rarefacit unde caloris
interioris vis minor est. fit etiam siccum et durum
parum quod mutabile. Nam in calida et humida hu-
mores multi sunt et humidi unde causa fit defensionis
eius caloris substantialis. Calor autem non substantialis
et ex aere veniens exterius eius humiditate substantia-
lem excitat unde ut rarum et leve sit necesse est
Terra quod frigida et humida natura necesse est ut umbro-
sa sit et roriculenta et puteulenta sive lutulenta
hec multiplicationem humorum e causa quibus
triticum nutriatur. cum hec sit frigiditas et aeris su-
perfundatur humiditas tenescit granum atque emolle-
scit. interiora eius exterior aeris frigiditas perfrangens
calorem naturalem extinguit hec medulle minu-
ende causa est et furfuris augendi. Regionis
frigide et sicce cum minus humident et glacies
aer densissimus atque siccissimus in ea excorti
tritici interiora non penetrat. exteriora claudit
et conspissat. naturalis proinde calor clausus intus
exire non sinitur fit quod hec causa ut nutrimentum et pon-
derosum medulle sit plurime corticis parum et
perfecte nutrit et cito digeritur

De diversitate tritici secundum tempus

Diversitatem
tritici secundum tempora nascentis eius diversi sunt
modi. Aliquod enim tempus moderatum est atque
vernale equale in calore et humiditate. Aliquod
modo deficit in aliquibus qualitatibus egressum
habens. Aliquod in minus moderatum et in intem-
perantia per corruptionem quod mutat. Si moderato
triticum nascitur in tempore in qualitate et quantitate
perfectum erit et crassum medulle plurime corti-
cis parum. Sin immoderato excorticum imperfectum erit
et macrum [illegible] male [illegible] aut hec
ex aeris [illegible] quemadmodum et ex regio-
num qualitatibus diversis. Nascitur autem aliquod
in tempore moderato. Sed messis iam proximo
tempore [illegible] crebris imbribus
humectantur. exterior quod aeris calor ingressus
eius desiccat humiditatem. fit itaque ex actionibus
causis macrum et siccum minime commutabile [illegible]
patitur si eodem tempore venti calidi et sicci flantibus attra-
ctetur

De diversitate tritici per vetustate

Ac novitate sui modi sunt plures. Ve-
tustum siquidem a longi temporis tractu siccum est et pa-
rum nutrit ad digerendum et durum. Quod cum [illegible]
eius humiditatem aeris penitus calor exhauriat
naturalem quod plurimum subtrahit. Novum contra
brevius quod tempus humiditate simul ac viscositate
terre humidum est atque viscosum densum digeri
durum et inflativum ventositate et rugitum fa-
ciens ventris. Si autem sit medium inter vetus et no-
vum habitum per tempore inter paucam et multam media
est. vetus enim humiditate [illegible] substantialem eius pre-
ter aeris calor excitat. propterea hec species me-
dia ceteris laudabilior consistit et melior. bene
enim nutrit et cito digeritur. Novum quod longe est
a viscositate terre per tempore densitatem viscositate
Laudabilis aqua duo in se continet. Unum est ex sui essentia, aliud sui nature origo. Ex sui essentia est claritas nitiditas nullum habens calorem nec saporem nec odorem nec colorem nec fetorem quia calor sapor et odor signum sunt impuritatis commixtionis ab alteratione nec oportet in corporibus fiat compositione de humiditate et siccitate. Non ergo debet habere calorem saporem neque odorem. Et si hec habeat signum est aliam rem in ea esse commixtam. Si vero habuerit colorem necesse est ut sit albus clarissimus et nitidus. Habet enim demonstrare aquam cum clarissimo et tenuissimo aere esse commixtam. Si vero habeat saporem necesse est ut sit acceptabilis conveniens et facilis sensui. Et si odorem habeat necesse est ut sit odorifera omni carens putrore et quantitate. Quecumque enim aqua talis est veneranda erit penetrativa et ciborum portativa et nullam agit ventositatem rugitum vel [illegible]. Origo sui nature necesse est sit ad orientem aut [illegible] septentrionali [illegible] plage ut septentrionales et venti eam perflent. Fluxus quoque eius necesse est ut sit fortis et velox currens super lapides puros et arenas clarissimas et nitidissimas nullas habentes immunditias aut currens super rectam lapidum [illegible] quoque munda. Color eius si rubeus sit aut niger [illegible] aqua subtilis est et levis que posita ad ignem seu ad solem citissime calefit. Calefacta vero si ad aerem ponatur velociter refrigeratur quia citissime eius mutatur de qualitate in qualitatem sive signum levitatis nec ostendit illam nichil terrestre habere. Ex omnibus aquis pluvialis est clarior quia virtute ab aeris similitudine reddit munda tamen si fuit ab omni putredine et ponatur in aqua cisterna optime lota. Talis enim aqua magis ceteris est humida et quandoque hoc suspicatur. Sed neque noceret stomacho sed potius eum confortat. Post hec aqua fluminis aqua magni longe a civitate remoti cuius liquor est clarissimus super arenas nitidissimas vel lapides currens. Melior tamen si fluit super lapides quam super arenas. Lapides enim illidunt aquam et eius grossitudinem attenuant. Que autem super cretas fluunt nitidas melior est quam pluvialis in cisterna longo moratus tempore. Omnis enim aqua moratus in cisterna malam suscipit quantitatem a fumositate terre. Post ea fontana est in quadam bonitate que fluunt ex parte orientis vel septentrionalis. Melior est etiam si ex oriente quam ex septentrione fluat sicut Ypocras et G. testatur. Plaga namque orientalis calida est et sicca quia ubi etiam omni mane oritur sol qui est causa aeris extenuandi et similiter mundificandi et consumendi in medio tempore. Subtilia dicit volentes aquas probare que sit gravis aut levis lineos accipiat pannos tenues et veteres eos quoque per medium dividat equaliter et madefaciat eos duabus aquis diversis. Deinde pannos equaliter expressis uno loco suspendant eodem quoque tempore. Cum vero prius erit siccus de aqua in qua lotus fuerat sciat eam esse leviorem et teneriorem. Et si voluit claritatem et mundificationem aque propter calidos et invenerit ceteros quoque talias [illegible] habentes cum pulvere boli [illegible] et plus fiat. Humidas vero naturas habentes accipiat eam cum amigdalis amaris et [illegible] et aliam mixtam temperatam. Naturam humidis [illegible] cum amigdalis dulcibus et tritici farina. Et si necesse erat aqua potetur fetissima aut turbida oportet eam commisceri vino albo [illegible] clarissimo. Et si hec neglectum fuit cito in stomacho convertetur stomacique destructionem tribuunt. Et cum stomachus deficit malos humores recipit ad eum fluentes sicut videmus assidue ieiunium ferventes in virtute deficere stomacho cum ieiunio calefacto. Et si hec aqua cum supradicto mixta vino fiet tenuis et digesta et malos humores dissolvit ad stomachum venturos. Stomachum etiam confortat et adiuvat ad expellendum malos humores cum egestione. Porro aqua fetissima pluvialis [illegible] nervorum pectorum stomachi intestinorum percussiva et generat dolorem in ventre et stricturam in pectore et omnibus interioribus spiritus et receptivam in suis venis. Quam qui assuete bibit incidit in spasmum et inbecillitatem [illegible] paralisim et tetanum et epilensiam. Unde oportet ut predicto commisceatur vino ut dictum est. Similiter est et omnis naturalis vel accidentalis humidas naturas habentes caveant aquam. Et si aliud non possunt [illegible] cum aliquantulo mastix et coquatur illam quousque ad tertiam vel dimidiam redeat partem

Preterea debet omnis cavere aquam salsuginis vel intestinam lenitatem; talis enim aqua corpora calefacit et desiccat ventrem et adurit et constipat. Cuius enim actio in initio dissolvit humores grossos et purgat intestina, unde fit solutio ventris; in fine vero humectationem ventris constipat, eo quod resistit ne per secessum exeat. Fit ergo causa constipandi ventrem et adurit.

Nix est frigidior et minus aqua

Nichil enim aliud quam aqua per nimiam frigiditatem congelata, unde sui humiditas occultatur, frigiditas autem palam est. Propter quod omnibus corporibus nocet nervosis et debilibus et maxime senibus propter defectionem suorum membrorum. Provocat enim stomachum eorum et pectus et omnia viscera, generat in intestinis spasmus, angustiam, spasmum, paralysim, et hec omnia in senibus cito sunt apparentia. Pueris vero et iuvenibus non cito talia veniunt propter naturalem eorum calorem frigiditati aque repugnantem. Sed tamen si eam assueverint nocet eis, precipue nervis. Cum autem hoc incidunt passionem de qua nullo modo possunt evadere. Pro certo enim assuetantibus oportet remedium querere cum balneo et per frequentem sudationem cum [illegible] castoreo et anetho et similibus ungantur. Bibat fortissimum vinum vetus et clarissimum. Aqua similiter super nivem refrigerata melior est nive, minus quoque nociva est; etiam melior certis que ad aerem refrigerantur, quia non est nervis vel aliorum membrorum nociva sicut nix. Cum autem magis marina seu salsa multos exercitus(?) capiamus(?), naturam et ordinem eius aque teneamus. Que licet diverse qualitatis ab aquis dulcibus, tamen in essentia unum et idem videntur. Dicimus enim quod aqua marina nimis est salsa, mordens et pungens, propter quod ventrem solvit et flata grossa et viscosa mundificat. Nonnumquam etiam eam potui damus aut sola aut cum oximelle mixta aut cum forti vino et veteri aut cum dulci, et propter ventris plenitudinem offerimus. Iubemus esse calidissime ut solidet puritura(?) et asperitatem quam acumine aque marine fereat. Et licet gloriosissimus Ypocras in pronostico(?) noxomato(?) absolute dixisset eam non esse laxativam, unde tamen cum dixisse patet quia si quam minus esset laxativa et alio propter se constipativa. Sed enim in initio sue actionis naturaliter solvit et dimordet humores, propter quod intestina ut expellat humores quos digesserat. Postea vero non inveniens humores quos liquefaciat desiccat corporis humiditatem. Fit quoque causa constipationis. Antiqui vero preceperunt dari eius calefacere calidissime in fine egestionis ut humectet et solidet asperitatem quam acumine aque marine fereat. Valet etiam secundum medicinam exterioribus corporis, quia qui balneati sunt in ea poros eorum aperiri videtur, et aquam procerans(?) usque ab exterioribus ad interiora trahunt superfluitatem totius corporis ad exteriora. Morsus etiam scorpionis et aranee curat. Que etiam iuvat dolorem de flate in capite patientes et gravitatem auditus si fumus eius odorando sumatur. Quod similiter facit fumus aque cum sale super ignem posite. Et si clistere ex ea faciamus valebit contra sciaticam de flate grosso et viscoso generatam et inferiora intestinorum ab ulceribus lavat.

Vinum bonum dat nutrimentum corpori.

Potum sanitatem reddit et custodit. Et si accipiatur secundum quod oportet et quantum natura valebit sufferre, digestibilem confortat virtutem non solum in stomacho verum etiam secundam que est in epate. Quia procul dubio physici concordati sunt quod complexio et actione virtutis digestive confortatur absque naturalis caloris fortitudine. Neque ullus invenitur cibus et potus qui adeo sit naturalis caloris confortativus et augmentativus sicut vinum, propter familiaritatem conformem quam cum natura habet. Et quia est cum humanis corporibus et eius calor similis est naturali calori atque cito convertitur in naturalem calorem et mundissimum sanguinem. Et hoc probatur experimento [illegible] duo homines in natura similes facta et etate equales et uno tempore equaliter florentes, et uni detur vinum ad potandum, alii aqua detur ad bibendum: bibens aquam in virtute et digestione debilitatur, alter vero confortatur. Unde Rufus(?) [illegible] intuentes quantum vinum operatur: non solum confortat calorem naturalem verum etiam turbidum clarificat sanguinem et aditus totius corporis et maxime venarum aperit et mundificat. Epatis opilationem aufert. Tenebrosam fumositatem tristitie generativam a corpore expellit. Totius quoque corporis colorem [illegible] rubeum. Et non solum propria bonitas in corpore ostenditur sed in anima operatur. Facit enim illam obliviscere tristitiam et angustiam, dat quod sibi letitiam, confortat eam ad investigandum subtilem ac difficilem rem. Et quia tribuit pulchritudinem et audaciam, neque se ab ea sentire dolorem vel laborem dimittit. Palam enim est sensus et labores anime quia motus non nature pertinere, quia actio nature non est aliud nisi processus ministrorum ut operetur cum eis omnia, quod testatur hoc quod videtur in arboribus. Nam videmus eas naturaliter dare fructus et attrahere sibi nutrimentum et augmentari absque sensu et sine sensibili motu. Patet

ergo iuvamentum et corpori una comprehendere. Quod autem
ita sit notum est omnibus sit generis hominibus et cunctis
temporibus regionibus, tamen cum sumptum fuerit
secundum virtutem et consuetudinem bibentis et secundum quod natura
ferre poterit. Quia videmus adolescentes et pue-
ros contra vini quantitatem sustinere, iuvenes vero
et viros maiores. Decrepiti autem licet eis opti-
mum esse videatur ad confortanda corpora eorum et au-
gmentandum calorem eorum naturalem et excludendum
suorum humorum superfluitatem, nihilominus est iu-
venes tollant quantitatem vini propter confectionem
capitis eorum et suorum humorum mollitiem. Cetero
ergo vini non eodem operatur in senibus quam in iu-
venibus pueris adolescentibus. In senioribus
enim est secundum mediam, in iuvenibus vero secundum
nihil. Adolescentibus vero et pueris secundum album
et secundum medium. Senioribus vero secundum mediam
quia calor vini repugnat eorum frigiditati.
Iuvenibus est secundum album quia vini natura non
iuvenum similis est. Pueris vero et adolescentibus
secundum album et secundum medium, naturalis eorum calor
licet sufficit sit fortis nondum tamen est in perfectione
propter habundantiam humiditatis eorum. Per vini
naturalem calorem eorum dat augmentum et nutrimentum
et eorum desiccat humiditatem. Unde est eis secundum
mediam. Palam ergo est vinum esse bonum o-
mnibus hominibus si secundum quod oportet accipiatur. Quod
nullus physicorum in omnibus hominibus seu tem-
poribus laudat vel vituperat nisi secundum quantita-
tem qua bibitur vel commixtionem cum aqua que ad
eo quia si multum et parum fuerit conveniet in hy-
emali tempore et frigida regione. In estate vero ca-
lida quia regione in vini parvitas melius quia
mixtum nature congruet, corpora enim refrigerat
et humectat propter aquam que commixta est cum eo. Re-
pugnat enim aereo calori nec calida et sicca
sanat corpora et portat album cum sui subtilitate
ad tota corporis membra velociter. Sed quia an-
tiqui applauerunt vinum tinctum magnum et
tinctura necesse quia competere eam ducere generandum
rerum esse innaturalia. Vinum similiter reperitur
esse proprium calefacit enim corpora frigida infri-
gidat quia calida humectat sicca et humida
extinguit eius sanitatem calefacit et desiccando est
naturalis humectando et infrigidando accidentaliter. Ipsa
cum sui subtilitate et perforatione portat aquam ad
membra que nature est refrigerativa et humectativa. Auctoritates
enim sitis ab eo magis quam ab aqua extin-
guitur. Preterea si causa sitis sit calor et siccitas
in membris a stomacho remotis quia cum sui termi-
tate ducit aquam ad eadem membra unde humme-
ctante et refrigerative sitis quia extingui-
tur

De diversitate vini

Sed cum licet hec diximus de actione vini
adhuc tamen dicemus aliud diversum secundum sui
generis diversitatem. Diversitas enim vini generaliter
est triplex. Aut enim est recens unius videlicet anni
vel parumplus. Aut vetus, id est a quattuor annis usque ad
septem transiens annos. Aut mediocre, id est a duobus an-
nis usque ad quattuor. Recentis vero calor est in primo
gradu. Unde plenus fecunditatis et humiditatis, ideo vetus
est mutabilis. Malos enim generat humores inor-
dinata somnia et ventositatem stomachi et intestinorum.
Unde Galenus: Vinorum quodcumque recens fuerit non habent
vim ducendi per corpus album ut vinum precedendi
oppositum quia humidas humores et frigidas natas id est
tamen ventositatem enim inflationem fastidium quia
generat. Ideo quia si fuerit novitas vinum eligatur
clarissimum aquosum diu a torculari expressum.
Vetus autem vinum quod transit ad septem annos vel
plus calidum est et siccum in quarto gradu et habet quandam
acuitudinis. Huius vinum parum nutrit quia
cito caput ascendit et mentem perturbat propter
sue punctionis acuminem, maxime si multum
ex eo bibatur et parum aque ibi misceatur. Propter
hoc igitur caveat illud nervosos debiles habentes
et illi qui semper acutos habuerint, magnum
enim eis prestat nocumentum nisi tamen in suis corporibus
habeant humiditatem que resistat acumini vini.
Unde Galenus: Auctoritates magis est vinum vetus convenientius
his quorum vasis multitudo humorum crudo-
rum est acumulata. Vinum vero inter novum et vetus
mediocre est bonum ut pote temperatum secundum quod est
ab utraque extremitate novi scilicet et veteris remo-
tum. Inter mediocritate vinum consistens dura-
ta et siccum in secundo gradu. Per hanc igitur vinum eligatur.
Vetustissimum vero quod propriam perdidit saporem
et acuitudinem habet comparatur. Similiter tamen
ad vinum quod nuper a torculari exivit, quod
adhuc est indigestum et ab ebullitione non quievit
ut terrestria ad suum locum descenderent naturaliter
neque quod aereum est ad suum locum saliuit. Licet
ad superiora neque liquor eius clarissimus me-
diocre stans mediocris et lucidissimus apparet.
Sed tamen debemus intelligere quod vinum vetustissi-
mum augmentat calorem ultra temperamentum. No-
cet quia pellunt cerebri et mentem perturbat
nonnumquam etiam extinguit naturalem calorem ut
sue acuminis sua quia siccitate. Recens vero
vinum per sui humiditatis habundantiam et caloris
paucitatem propter ebullitionem sui quia turbiditatem
malos generat humores turbida somnia in-
ducit ventositatem et inflationem stomachi nocivam
et opilationem in urinalibus viis creat. Unde Galenus:
Debet magister vini diversitates intelligere. Quoniam
recens quod vicinum est torculari calidum est in primo gradu.

Vetus vero vii annos transiliens calidum est in iiii°
gradu. Mediocre quod est a duobus annis usque ad
iiii°r calidum est in ii° gradu. Quanto enim vinum habet co-
loris puritatem tanto levius replicatur, et quan-
to calidius tanto siccius. Vini igitur laudabilis
alia est diversitas que est quintupla. Una est color,
secunda sapor, tercia odor, quarta liquor, quinta
debilitas eius vel fortitudo. Color generaliter
dividitur secundum diversitatem. Duo enim colores sunt
simplices: unus albus, alter niger, et
duo ex hiis compositi, scilicet rubeus et aureus. Sunt
et alii colores inter hos duos et inter extremita-
tes, scilicet glaucus et roseus qui sunt inter rubeum
et album, et palmeus et subalbidus qui sunt inter
aureum et citrinum, que possumus intelligere sen-
sualiter et intellectualiter

De vino albo

Vinum enim de uvis factum albis in primordio
est album propter aquositatem et cruditatem et
defectionem sui caloris naturalis. Sed cum aliquantulum inve-
teraverit et unum annum transierit, calor eius confor-
tatur et ipsius humiditas minuitur, fitque co-
loris subalbidi. Et si plus inveteraverit ut du-
os transeat annos, multoplus calor eius augmen-
tatur suaque humiditas minuitur, fitque suus
color palmeus. Et si adhuc plus fiat vetus
et iiii°r annos transierit et suam digestionem com-
pleverit et naturalis calor in statum venerit, cit-
rinus fiet eius color. Similiter vinum de rube-
is uvis factum in inicio cum adhuc est crudum
et eius calor defectus colorem habet vicinum
albedini. Cumque vinum transierit annum et con-
fortatus calor eius quoque digestio et virtus fit ro-
sei coloris. Et si inveteraverit ut duos habeat
annos et compleatur sua digestio et virtus
caloris, ruffum vel confusum habet colorem.

De nigro vino

Quod si vinum fuerit de uvis
nigris, in inicio fuit nigerrimum, obscu-
rum et turbidum propter terrestrem partem ei domi-
nantem et defectionem sui caloris et digestionis.
Et si vinum transierit annum et confortatur calor
et digestio eius et descendunt feces ad suum locum
naturalem et incipit clarificari, fit mediocre
inter nigrum et rubeum. Et cum duos transie-
rit annos et calor eius fit confortatior suaque
complevit digestionem et descendit terrestre
ad inferiora, clarificatur et fit rubei coloris.
Palam ergo intelligimus vinum album et nigrum
esse minus calidum. Sed album magis quam
nigrum humiditati pertinet propter suam subtilitatem
et aquositatem sibi dominantem, et spissitate et
terrestreitate nigro dominantibus. Hec testantur
videtur nigri videlicet ponderositas, albique
insipiditas que in sapore videtur aque

vicinam. In vi°. Nullum inquit vinum invenitur
ponticum et grossum nisi nigrum et nigredini vici-
num. Similiter non invenimus vinum subtile vel a-
quosum nisi album et albedini vicinum. Propter hoc
album est subtilius minusque gravativum, suscipit
et est consumptum facile, cito digeritur et velocius re-
narum aperitivum et perforativum et urinam provo-
cat; tamen mutatum propter sui levitatem, unde
cito caput ascendit. Debile quoque facit ebri-
etatem citoque dissolvitur. Nigrum vero contra-
rium est isti, quia grossius et durius ad digerendum
et difficile ad penetrandum viam renarum et
urinam provocandam. Grossumque dat nutrimentum,
tamen tarde ad caput ascendit, sed cum ascenderit
fortem facit ebrietatem ad dissolvendum tar-
dam. Vina vero colores mediocres inter utram-
que extremitatem habentia quanto sunt ab utrisque
extremitatibus remota, albi videlicet et nigri,
tanto sunt calidiora. Econverso quanto illis extre-
mitatibus vicinantur tanto frigidiora esse intelli-
guntur. Propter hoc ruffum quod est de uvis nigris et
aureum quod est de albis sunt calidiora, et quia calor
eorum est in iiii° gradu, ab utrisque extre-
mitatibus satis remota stant quia in summa me-
diocritate. Rubeum vero est nigro in spissitate
et duricie vicinum; ideo mutabilius est om-
nibus excepto nigro; parum tamen provocat urinam
et tarde caput ascendit; quod si ascenderit
diuturnam facit ebrietatem dissolucioni difficilem.

Roseum vero de uvis · lima
rubeis factum et palmeum de albis sunt
vicina vinis albis in levitate et digestionis
facilitate et ad venas perforandas et ad urinam
provocandam. Subalbidum est inter palmeum et
album in levitate et digestionis facilitate. Sed
album ceteris est levius quia nil ab aqua differt
nisi in aliqua ponticitate. Unde non suffert a-
liquam commixtionem.

Palmeum vero melioris est saporis et odoris
quam cetera. Primum nasorum perforativum est pe-
ctoris et pulmonis cum siccitatibus mundificativum
tamen. Subalbidum non adeo est laudandum in hac
actione. Album vero et aquosum multam facit
mundificationem, propter hoc sepius datur febrici-
tantibus quia facile cum urina, fumo et sudore
egreditur. Ideo quia Ypocras iussit valetudinibus pe-
ctora mundificare subalbidum dare vinum; et
dulce vinum melius est in hac actione quam sub-
albidum, quamvis dulce ventrem humectat pectusque
mundificat, urinam tamen non provocat. Grossum
enim et durum ad aperiendum poros. Sed subal-
bidum aperit poros citoque venarum vias
perforat et ad vesicam veniens faciliter exit; ceteris

quod ad pluendum venam generatur est. Citrinum vero et glaucum et rufum quia sunt ab extremitatibus remota scilicet albo et nigro, ceteris sunt calidiora et tenuiora scilicet leviora facilius caput ascendentia et magis ceteris mentem perturbantia. Replent enim caput pinguedine fumo facile quia commovet ebrietatem sed tamen levissime dissolvitur cum ipso talis fit nasus a sophistis. Circa dixisti vinum citrinum et glaucum ceteris esse subtilia et leviora cum album videatur subtilius esse et sicut aqua. Quibus sic videtur. Primo multis enim locis hinc inde libri dictum est subtile esse modis pluribus aliquid. Nam quia aliquod dicitur esse subtile propter sue actionis velocitatem et fortitudinem sue penetrationis sicut piper cinamomum etc et similia. Hec enim in suis actionibus sunt fortissima. Nam subtiliat humores eorum quia mundificat facere. Est et alio modo subtile sicut res facillime passiva id est obedientia nature et virtuti digestive velut sunt laudabiles pisces ova mollia. Est et alia subtilitas in tenuo quadrimo [illegible] et nutrimentum laudabile sibi ceu panis bene coctus et mundus et storni et pulli gallinarum. Hec enim laudabilem generat sanguinem. Vinum quod album licet sit subtile propter sui liquoris tenuitatem sue quia digestionis facilitatem. Rufum vero glaucum et citrinum subtilia sunt in suarum actionum fortitudine. Feces humorum attenuantia et expellentia, sanguinem etiam mundificantia, clarum quia facientia quod plenius in loco suo dicturi sumus.

Diversitas vini propter saporem multiplex est. Generaliter tamen maior modus est enim dulce acerbum et quod abusive dicitur insipidum est et forte in sapore et odore. Sunt etiam inter eorum extremitates alia mediora de eorum saporibus composita. Sunt et occulta ad comprehendendum eorum nomina. Dulce causa est in iiii° contra sicut in primo alimentum tamen humiditati pertinet propter hoc est grossum et illaudabile in omni sua actione. Inf[illegible] et ventrem solvit quia in omni re dulci vis laxativa et relaxativa invenitur. Quod vinum si abundanter inveniat in corpore quod illius vini comitatur sit actioni et cohibetur ad exeundum calefacit et bullit ascendit quia ad superiorem partem stat et currit in collitos hinc sitim generat et ventositatem inflativam in superioribus partibus et lateri nocivam. Opilationem in epate et splene generat et lapidem in renibus creat, maxime si invenit hec membra talibus passionibus preparata aut digestivam virtutem debilem. Unde caveat illud quibus grossa et humida dominatur natura quia si assueverat eo proficit ydropicam inducit passionem. Quia cum sui viscositate et viscositate liquoris implet venas de grosso et turbido sanguine et in omni [illegible] te consertam accumulat ventositatem que est causa generandi opilationem. Unde si dulce inest vinum est non solum opilativum sed inflativum ventositatis generativum in epate videlicet et splene omnibus quia membris excepto pulmone. Cuius enim opilationem aperit. Causa: epar et splen opilantur et pulmonem constipatum aperiens fit propter vias eorum. Quia cum venit ad epar per largas venas et magnam viam scilicet venam que vocatur porta, stans quia ibi digeritur. Deinde ad subtilissimas veniens venas que sunt in sua gravitate non potest exire transire per angustas vias que ibi permanens opilationem facit et aquam creat secundum suam naturam. Pulmoni autem hic non similiter contingit quia primum venit per angustas vias et subtiles venas. Nunc ibi digeritur venit in pulmonis canales qui sunt largi et portat secundum rotunditatem suam habitum et pro vie largitate expellit cum sputo et screatu. Propter hoc vinum adiuvat pulmonem ad mundificandum et expellendum abscessus [illegible] eius quia dissolvit opilationem. Illud tamen caveat quibus generat sitim. Coleram enim in colore augmentat et humiditatem salive desiccat et ingrossat sicut quia [illegible] recta et cum canalibus pulmonis unde indiget ad exeundum. Huiusmodi etiam vinum dulce distinctum est sapore odore atque liquore. Sed tamen hoc vino perventum est dulcedo cum nigredine consistente et turbiditate. Unde si aliquid invenitur vinum dulcissimum quod non potest ingrossari et grossum et contrario a nigredine consistente et turbiditate removetur, tanto magis est dulce et minus habet saporem et ideo quia quandoque vinum dulce ruborem et claritatem pertinet et bibitur contrarium oportet et secundum quod nature sufficit fit generis egritudine [illegible] in quibus fuerat necessaria multitudo nutrimenti. Sed tamen eorum corpora quia sunt debilia omnem non possunt sustinere [illegible] facile est repleri potu quia cibo. Iterum non oportet cavere vinum quibus grossitudo [illegible] sit magis si vinum pertinet ruborem et claritatem. Sed tamen qui paciuntur in visceribus defectum epatis videlicet splene renibus et [illegible] corpora ydropisi sunt apparata ab omni genere vini dulcis sunt cohibendi. Contrarium vero vinum quod acerbum dicitur durius est et gravius tardius quia digeritur venas quia difficilius [illegible] aperit penetrat quia dulce calidius est et acceptabiliorem habet saporem. Ponticum vero scilicet acerbum videtur esse [illegible] appetitum huius saporem. Unde difficile est ad penetrandum

venas · neque urinam neque egestionem aut sudorem provocat · non ergo bonum sanguinem generat ventrem tamen et intestina confortat · stringit igitur egestionem de sua consuetudine natam · maxime si per vicium caloris fiat · cuius signum est rasura intestinorum. Unde dyascorides: Vinum inspissatum acerbum diureticum est. Et nescimus qua intentione hic dixit · quod tamen per possibilitatem intellige · quia si parum fuerit ponticum clarum et subtilissimum in substantia multum commixtum fit possibile quod dixit. Unde G. Vinum ponticum si subtilis est liquoris et clarum multum quia commixtum non est nocumentum pectori et capiti · suo calore extinguit et urinam provocat. Vinum autem insipidum melius pontico · quia temperatum est ad comparationem pontici. Unde conveniunt calidas habentibus complexiones maxime suo · parum tamen nutrit · cito quia per urinam exit. Vinum quidem fortissimum ceteris est calidius et fortioris caloris · cito quia ad caput ascendit ac ebullire et fervescere facit corporis humores. Unde fumus caput ascendens nocet cerebro · mentem quia perimit. Non est ergo conveniens illud quibus natura calida dominatur nisi multum fuerit commixtum. Et si commixtum fuerit convenit senibus et ut decet accipiatur secundum quod convenit etatibus temporibus regionibus consuetudini laudatur · quia grossos dissolvit humores vias penetrat de putredine mundificat et sanguinem clarificat. Senibus autem et quibus etatem eorum vicinantur propter radicalem superfluitates in eorum corporibus fit frigora. Vinum optimum maxime si purum fuerit vinum · quia eorum calorem confortat · reumata quemadmodum dissolvit humorum [illegible] conveniunt quibus collecti fuerint et cardi grossi quia humores.

Diversitas vero vini propter liquorem triplex est. Aut enim est subtile aquosum · aut terrestre grossum · aut mediocre. Vinum autem subtile aquosum secundum virtutem vel albedine et claritate verificabile est in suo · cito enim digeritur et venas perforat urinam quia provocat. Febres utile est febricitantibus quia non fortiter calefacit · neque mentem perimit nullum etiam cerebro vel nervis infert nocumentum. Si non fuerit mixtum · erit melius maxime ad extinguendam sitim. Vinum vero terrestre et grossum oppositum est subtili aquoso. Unde quia grosse est plus ceteris suo modo generat durum est enim ad digestionem faciendam et difficile ad perforandas venas · urinam non provocat · tarde quia ad caput ascendit propter sui fumi grossitatem et grossitiem · ideo non facit ebrietatem quam tamen si fecerit non cito dissolvitur.

Diversitas vini propter odorem triplex est aut dividitur. Aut enim est odoriferum · cito sensum perforans et odorabilem pellicule cerebri stantem quod fit per suam levitatem · et quia est aereum et est et vinum melius odoris pro grossitate sua quia quantitate. Aereum est inter subtile et grossum leve et grave mediocre · quoddam horribile habet saporem et odorem semper corruptionis ablatum. Vinum odoriferum sive liquorem signat esse subtile et temperatum · omni quia sordicie mundificatum penitus quam digestum. Unde clarum sanguinem generat et laudabilem et mundum. Cordis ergo est confortativum animam quia letificat · tristiciam et angustiam expellit cum mundificat sanguinem a sordicie in corde consistente · expulsa quia sanguinis sordicie fumus grossus turbidus obscurus spiritus naturalis caloris lumen obscurans expellitur. Unde fit calidum · propter hoc ergo huiusmodi vinum omnibus etatibus et complexionibus convenientibus si accipiatur ut oportet et quod a natura sustinetur. Unde ysaac: Vinum magis odoriferum subtilius levius et digestibilius et ceteris est melius ac nobilius · quia significat naturam suam complevisse actionem · et omne contrarium ab eo esse ablatum · unde urinam provocat · cito quia caput ascendit et facillime ab eo inebriatur quis · cito tamen exinde liberatur. Vinum vero quod nullius odoris est venit sive proprietas grossitate quantitate et indigestibilitate ideo illaudabilis est nutrimenti · propter hoc ergo non mundificat · nec sanguinem clarificat neque confortat cor vel creat leticiam. Grossos etiam augmentat humores et fumum turbidum generat et obscurum quia fit causa tristicie. Sed tamen propter suam quantitatem et grossitatem non cito caput ascendit · et non cito ebrietatem generat. Et si fecerit dure tarde quia dissolvitur. Vinum inter subtile et grossum mediocre · cuius odor est mediocris fit actio et passio eius secundum quod est propinquum vel remotum ab eorum extremitatibus. Si enim remotum fuerit a bonitate · malum erit. Si vero a malignitate bonum erit. Et si stet in medio eorum erit mediocre. Vinum autem quod quantitatem et horribile habet odorem est pessimum secundum sui odoris horribilitatem et quantitatem nocet cerebro et gravat et perimit mentem · nervis cerebri quia pelliculis infert lesionem et pessimum generat sanguinem maxime si est ponticum. Unde G. Oportet magis cavere vinum horribile naturam et quantitatem habens maxime si ponticum est · quia durum est digestioni · digestum etiam malum generat sanguinem. de qualitate vini

Vinum triplex est. Aut enim est fortissimum · aut debilissimum · aut mediocre. Sunt etiam inter horum extremitates quedam que sensu discerni nequeunt. Fortissimum vero ceteris est calidius cito quia ad caput ascendit et mentem perimit quia caput

de multis et calidis implet fumis· qd ypo
cratiuit inuenit vinu Vinu quod e debili
ssimu actione sz superiori opposita qd ypo
crat aquosu vinu mediocre het amorem
fm qz e vinu aut remotu a bonitate ul
malignitate illoru Porro qz cplevimus sin
gle et simplic vini diuersitate et vnitugo ppri
etate· oppz nos totam finire vini compositi
disputationem Simplex e em vinu inuenire
aliquo carens sapore odore et colore Compositu
du e qd ab albo et nigro q sut om extre
mitates· et oms colores quos inuenimus
sunt ex istis compositi Albo vino ptinet de
fectu saporis et odoris· nulla qz sufficet co
mixtione qd raro inuenire possimus ut sit
dulce et ponticu Grossu vinu qd est sub
tile et debile et insipidu nulla qz sufficiens
commixtionis nimis citis talm est et facilioris
est digestionis et cito venas omis qz corporis
partes penetrat et velociter expellitur· pinde
citis e min? nutribile et plus aliis infrigidat
calore et sitim extinguit et vrina pvot
Et si ponticu fuerit noce e ut sit grossa
Impossibile e em vinu esse ponticu et suus hoc
no sit grossius· qd vinu talit existes illau
dabile dat nutrimentu durum ad digerendu
Vrina no pvocat· ventre constipat tarde qz
ad caput ascendit· stom tn et cerebru confortat
et prodest malas bibentibus aquas et siguas
corporis disturbates eos etia iuuat qui sapissi
ma potauerit aqua ul riuem· qz corrupti
bil aqua si bibitur in malos subito conuer
titur humores sic superius in tractatu aque
diximus Vn fit ca contempendi et debilitandi
stom· cuqz stomachus deserit a ceteris particulis
corporis currunt ad eu mali humores colici sic
in stomaticis videmus ieiunijs asuescentibus
Calefit em stom eoru ppter caloris indigentiam
stoi? quo eoru nutrio deficit· qz mali hu
res ad stom venientes· et quedam ab eis fu
mositas caput ascendit et ibidem dolore generat
Sz si aqua cu vino albo et pontico bibimus
mixta· subtiliat et attenuat illa siue qz min
grat amore sic aqua vinu meru tinguillat
ou qz stoi confortat et adiuuat ad deponendu
omne sua lesione inferius Sz aqua frigi
dissima absqz ulla commixtione bibita maxim
dat nocumentu senet iam diximus Neruis em
stoi et pectoris et pulmoni nocet· q si cu pontico mi
sceatur vino· peabitur ag fecitas et stom confor
tabit Sz tn caliam humbus nam no oppz
commisceri qz ad fecitas caloc eoru temperatur
Vn· G· Calidis humbus nas natis est amiliter

plus sit cns aqua frida cu vino Et si in
aliquo hre cotenu fuit eis vinu albu et
ponticu potent Et si vinu albu dulcedine
habeat mediocre erit m albu et tenue et ponti
cu Durius em et tardius erit ad digerendu qz
subtile· facilius no pontico· proin utrumqz est
nutribilius· ventre humectat stom tn nocet· ve
tositate creat et rugitum· Sz tn omne nocumentu
qd facit e debile et leue· sui em dulcedo no
est magna· na cu albo vino dulcedo no est
cns· quez si est noxio e parua Vino nigro
ptinet grossities liquoris et plenitas odoris
vn difficile e ad digerendu tarde ad ca
put ascendit· multu nutrit venas em
de grosso sanguine implet ad dissoluendu tar
dante Vn G· Vidi homines palestrabus lude
ntes hoc vinu frequent et assuete bibere vn
incrassabantur et fortitudine accipiebant· qd
eos ingrossauit et magna vim eis tribuit
eis etia dedit nutrimentu carnem pcreare
bonu· pim bonu e si in membris ante cibu
dari fuerit Senioribus e nocens et hoc an
cibu et post cibu· qz ppter destitionem caloris
naturalis eoru generat opilacionem et in renibus
lapides si in illo asuetat. hoc qz vinu e
mixtis modis aliqn e dulce· nonnumqz po
ticu aliqn utrqz sunt in eo ponticitas videlicet
et dulcedo Sz nigru nunqz inuenimus forte dicit
G· Omne nigrum dulce licz sit nigru· tn
no omne nigru noxio e dulce Nigrum em
inuenimus dulce· et nigru ponticu et alium
dulce et ponticu Nigru no solam habens
dulcedine calidius est et nutribilius et plus
citis ventre humectat et vrina no pvocat
Ventositate et inflationem creat, q si ppter
medicinam parum inde bibitur erit constipatiuum
solutionis et intestinorum destinationem generans
fit qz no adeo nocuit caput et neruis ppter
sue siccitatis grossitudine et grauitate vn tar
dius ad caput ascendit· ppter hoc tardissime ab
eo quis inebriatur· et si inebriatur· diu ab
ebrietate no liberatur De quo G· Vinu nigrum
nigredini ptinens no hz tantu caloris qntu
hz glaucu et citrinu· neqz tanta facit
ebrietate Vinu no qd dulce et ponticu est
grossius e durius qz ad digerendu et ventosita
tem et inflationem generat· lapide in renibus et o
pilonem in splene et epate magis qz ceteris
vomitu pvocat et dolorem in capite et ner
uis facit Vinu no rubeu· noxie e dulce
et ponticu hec saporem et liquorem inter
grossu et subtile mediocre· odor etia eius
sit inter odoriferu et comunem· vtriusqz eius fortis

vini virtuti est vicina. Preterea est mediocre inter
levitatem ruffi et grossitatem nigri. hac de causa
ad inveniendum citius est temperancius et mutatur
in sanguinem facilius propter similitudinem quam
habet cum eo in liquore colore et dulci sapore.
Post hoc vinum nigrum dulce bone saporis con-
vertitur in sanguinem. propter similitudinem habet cum
rubeo dulci, sed tamen sanguis qui generatur tur-
bidus est et grossus melancolico proximus humori.
Propterea convertitur in sanguinem. Vinum rubeum sub-
tile et clarum quia propter sui liquoris subtilitatem ne-
cesse est ut moveatur ad coquendum ut ingro-
ssetur et in sanguinem mutetur, sed tamen sanguis
ex eo generatus subtilior et levior atque laudabilior
est. Unde G. Vinum inter liquorem clarum et ru-
beum mediocre est inter roseum et subtile et nigrum
grossum et dulce. propter hoc non adeo grossos generat
humores sicut nigrum nec subtiliat eos sicut album
quod cum humoris sint fortis et odoriferum notandum est
ut fumus eius sit subtilis cito quia ad caput a-
scendens. caveat ergo illud quorum caput vel
corpus sunt debilia. Dulce vero et rubeum mul-
tum iuvat infirma diu habentes pectora et pul-
monem maxime quos necesse est mundificari cum
sputis et quibus sputum durum est et viscosum. hijs
sputum necesse est primum expelli cum remediis
calefactiva et lenitiva. Deinde subtiliativa et
mundificativa ne humores duri et viscosi re-
pugnando non obediant virtuti expulsive sed po-
tius generent et diutinam tussim. et per eam vena
in pectoris fiat rupta. Propterea si cum vino dul-
ci et rubeo res fuerint mixta pectoralis propter
gratiam perfecta et optima erit medicina eidem
passioni. Vinum vero roseum. De rubeis prius et
palmeum de communis hijs sunt mediocria inter ci-
trinum et clarum subtile et album. ideo ad com-
parationem eorum sunt mutabilia et in sanguinem
convertibilia. Roseum tamen facilius palmeo in
sanguinem mutatur propter suum colorem sanguini vi-
cinantem. que quia magis [illegible] possunt non
clara in colore et odore odorifera. nihilominus le-
viter caput feriunt. cerebro tamen et suis pelliculis
non sunt nocentia propter eorum levitatem quam
facile quibus ex eis inebriantur et levissime
ex inde curantur. Vinum autem aureum et ruffum
quia sunt mediocris temporis temperata sunt
in natura [illegible] tamen sunt vetusta dominatur
in eis in medio [illegible] calor. sunt quia eorum vapo-
res acuti et liquores clari et subtiles ascen-
dunt habentes odorem cito quia caput petunt
et implent cerebrum de calido et pungitivo
fumo. pelliculis etiam cerebri et omnibus nervis
nocent. Ideo quia si huius vina dentur eis qui

naturaliter vel accidentaliter sunt calidi vel colerici aut
tristibus vel laborantibus seu ieiunantibus non
modicum inferunt nocumentum quia corpora eorum
calefaciunt et ad se ea commovent. dolorem capitis
generant propter nocumentum quod in cerebro nervis eorum
faciunt. maxime si estivum tempus fuerit regio quia ca-
lida. Et non debemus arbitrari ut nocumentum faciat ex
mala sanguinis generatione. sed propter tales qui ca-
lefaciunt et desiccant corpora eorum que necesse est
inficere et [illegible]. Aliquando tamen hec vina dolorem
capitis de grossis humoribus in se placant quia dissol-
vunt et attenuant et expellunt humores qui sunt
causa doloris. propter hoc si dentur humidas habenti-
bus complexiones naturaliter sive accidentaliter. et qui de-
lectationem et requiem acceperunt sive eis data fu-
erit quorum corpora multitudine grossorum humo-
rum sunt accumulata tempus etiam sit hyemale
regio quia frigida. erit iuvamentum eorum optimum
quia humores maxime venas et corporis vasa
ab omni mundificant putredine cum urina et su-
dore. G. Bonum est inquit venas plenas haben-
tibus grossiorum humorum calorem prevenire dare vinum
album et subtile aut subalbidum vel roseum aut
palmeum mediocre temporis humida. Vinum si hu-
mores sunt grossi et frigidi. Bonum est vinum citrinum
et ruffum clarum que sunt mediocris temporis necnon
roseum et palmeum cum sunt vetusta

Vinum utile

Vinum bibitum temperate secundum etatem tempus regi-
onem et consuetudinem et naturam. et quantum natura
valebit sanguinem laudabilem augmentabit propter
sui naturam liquorem et colorem sanguini simila-
tem. Bonum saporem cibis et potibus prestat
cibi desiderium excitat. libidinem et coytum
augmentat et mutat quia vitalis et animalis vir-
tus per illud confortatur. et virtus naturalis que in
toto corpore est temperatur. vigorem quia et forti-
tudinem suscipit stomachum adiuvat ad cibum
appetendum retinendum et digerendum et ad fe-
ces excludendas et complexionem anime et corporis
cum sua compositione et odore et mundificatione
recipit et conservat. quod testatur eius actio que
palam videtur. Nam corporis illud tollit
tristiciam anime et letitiam provocat. et mutat
vicia anime in virtutes. vertit enim eam ab im-
pietate ad pietatem ab avaricia ad largitatem
a superbia in humilitatem ex pigricia in sollici-
tudinem. de timore in audaciam. mentem quia de-
sidiam et taciturnitatem mutat in astuciam fa-
cundiam et ingenium. Perseus. G. testatur quod Persas
et Helenes [illegible] vino [illegible] solebant disputare et
cum aliquo [illegible] consilium dare ad rem
publicam regendam et cognoscebant vinum esse

De [illegible] vini [illegible] secundum etatem tempus et regionem

mentis · confortatiui et rectitudinis et veritatis
demonstratiui · Helemi enim eo utebantur cum vole-
bant usus componere vel laudes cum instrumentis musice
arti pertinenti · quo experimento inveniebant men-
tes eorum vino acui et tamen augmentari · Sa-
cra de potate in actu puebi · hoc non fit cum
fuit oportet bibitur · Sed si usque ad ebrietatem bibitum
fuit generabit supradictis contraria · quia ebrietas ra-
tionalis anime lumen extinguit · et bestialem et
irracionabilem vim confortat · Unde permanet corpus
velut navis permanens in mari absque guber-
natoribus et militia indigens in tutore · prop-
ter hoc facit rei non animende et laudat quod
illaudandum est · hoc quod diximus facit sapi-
entibus · sed stultis et malignis cum ebrietas genera-
tur in primordio facit eos multa irracionabilia
loqui cum furore ira atque superbia et movet e-
os de loco ad locum et inde inducit madel-
tiam hermadia furta et cetera vicia · Ideo quia vo-
lentes familiam custodire oportet ut se vimo
custodiat nisi secundum quod eorum expedit nature
Sed tamen valet secundum mediam · Est enim omnibus
competens sana hutibus corporis · sanitatem enim
custodit · Sed eo tamen vimo diximus quod de vite
est et quod mediocre temporis est · i · a · duobus
annis usque ad iiii^or^ · cuius calor intercutaneus
et cuteanus est mediocris · odor quia eius aro-
maticus · Post hoc vinum cornu est calidius
bonum tamen et grossius · quia in decoctione ignee
partes evadaverunt vel ex desiccatione mul-
tiplicantur partes calide et liquidiores consumun-
tur · multum quia inveteres et difficile ad mut-
andum penetrandum tarde facit ebrietatem · que
si fuerit · diu morabitur

de sapa

Sapa grossior est isto et durior infla-
tiua · que si digeratur multum dat nu-
trimentum tamen est congesta patientibus in pectore
et pulmone et generat in renibus aut
vesica · Est enim mundificatiua et consolidatiua · Sunt
et alii potus non de vitibus sicut de melle
et uvis passis ficubus dactilis et similibus
Vinum de melle inflatiuum est · ventositatis
generatiuum · epatis et splenis opilatiuum · Vinum
de uvis passis confortat stomacum cum sit pon-
ticitate · Vinum de ficubus inflat ventrem
dissoluit et malos generat humores · humorem sit
ro pertinentes · Vinum de dactilis malos cre-
at humores · mentem perturbat dure digeritur
opilat splenem et epar · Vina de frumento
et ordeo facta si non sint bene et artificiose
composita et cum condito cocta sunt inacepta-
bilia et indigestibilia · fumos malos et humores
generancia · obstruunt epar et splenem et la-
pides in renibus creant · Bene autem et
inordinate composita ut fomius anni sit
siue biennii vel triennii sunt utentibus
valde sanabilia atque salutifera

Expliciunt diete particulares

Quoniam te fili karissime Johannes lacrimas mesto corde dolore pressum effundere perspexi eo quod ex alio nimio quidem calamitatum merore extenuatus in ultima paupertatis inopia te persistere fatebaris presertim cum in levacionem valitudinis sive tenuitatis libentius permaneres quoque medicine artis solida longo temporis intervallo penetralia ignaraveris in brevem oblivioni traditum te manifestabas. Unde ego constantinus montis cassiamensis monachus magno pietatis amore commotus te prima caritatis dilectione familiaritatis suscepi et quamquam artis ultima scripta seu in mente imaginata habui praeclud(?) tibi angelicum animo gaudere non negavi. At quoniam generalium et specierum febrium diversitates tibi super omnia difficiles esse videbantur me quidem humilibus peticionibus et dulcium verborum precamine indesinenter orabas ut in modico volumine omnium febrium differencias tibi planissime dictarem. tanti licet operis laborem hesitans diu facere denegaverim intolerabili ac simplici precamine monitus quod tu multociens facere cessabas tue flexus peticioni in hunc librum transtuli ex arabica lingua in latinam. Cuius verba quicumque legendi summa assiduitate perfecte intenderit causas et accidencia universas febrium evidencia aperte aspicere poterit. Cuius itaque cognicionis curas carere levissime impedire facit

De essentia febris

Liber igitur iste in quinque dividitur partes. Prima est de essencia febris eiusque diffinicione febris naturam et racionem ubi evidente. Secunda est de essentiis in tribus speciebus generatis. quarum prima vitalis dicitur cuius fundamentum est cor a quo procedit ad totum corpus arteria eius membra vivificans. Secundus autem animalis spiritus nuncupatur cuius fundamentum est cerebrum et ab eo interiora corporis membra venit sensum eis prestans et voluntarium motum. Tercius spiritus naturalis vocatur cuius fundamentum est epar. et ab illo epate ad totum corpus tendit. omnibus membris iiii^or virtutes dans naturales. que videlicet sunt appetitiva retentiva digestiva et expulsiva. Unicuique enim membro nature est quod sit virtus appetitiva ita et sic. sic quod ne eo cum ut desiderat humiditatem cibi et attrahat eam ad se. Retentiva est etiam quod unumquodque membrum virtutem habeat contentivam cuius natura sit secundum naturam eo modo. ut contineat cibum quousque digestionem suam compleverit actionem in eo. Tercia autem virtus eius hec virtus digestiva secundum naturam sanguinis existentem. cuiusmodi contentivum digerat cibum et eum

in suam mutet essenciam. Quarta virtus autem expulsiva dicitur nature eius sit necessaria ut per eam superfluitas et fex cibi ambiens expellatur. Tercia pars est de ethica que nuncupatur ptisis que nascitur in solidis membris sicut in carne venis lacertis nervis cartillagine et hiis similibus. Quarta de accidentibus est febris et accidentibus eas concomitantibus sicut frenesi pleuritide vomitu desudacione et hiis similibus. Quinta de putridis est febris que sunt in humoribus videlicet in sanguine et flamate et in utraque colera. Omnis enim cibus corpus ingrediens cum non totus sit laudabilis clarum quod creans sanguinem nature est ut a natura digeratur et mundificetur. eius quod fex cum egestione expellatur. si de prima digestione fuerit que constat in stomaco sive per secessum aut cum urina. Et si de secunda sit digestione que in epate consistit. aut cum sudore aut cum sputo aliis vero modis ut per oculos et per nares. aut per alia loca egredientibus eiciatur. Si de tercia sunt digestione in omnibus membris existente fit humor unicuique parti corporis preparatus. Sunt et alia que licet separentur a sanguine quedam tamen ministrum regimentum sunt corporis quibus non sunt nutrimentum. Sunt et alia que expelluntur a sanguine sed tamen cum eis regimentum est corporis quibus nutrimentum non sunt aut cibus sicut utraque colera et flama. Iste quod natura quedam eis preparavit loca. fel videlicet colere rubee. splenem colere nigre. stomacum pectus et pulmonem flati. Istorum quodcumque humorum in corpore augmentatum fuerit. sive quod preter consuetudinis modum extra preterit egreditur a loco suo Natura enim illud adversans cum deserit neque regit ipsum. permanens ergo in gravitate membrorum augmentatur. propter quod concavitas calescit et putrescit generatur quod febris putrida. que putrida nuncupatur secundum naturam seu materiam putredinis generatum nascitur. hec febris cum quolibet humore in quantitate augmentatur sed non propter diminucionem vel detrimentum alterius humoris qui est oppositus ei. Non enim ipse a loco suo propterea egreditur aut putrescit propter diminucionem alterius humoris ei contrarii. Sed tamen totus eius corpori dominans illum in sua convertit qualitatem. qua de causa morbus generatur secundum suam naturam. Unde quod flama nimium in corpore augmentatum si putrefiat febris generatur. Si autem non putrescit rigorem absque febre facit aliquotiens.

Oportet eos qui aliquid volunt investigare primum hec iiii^or ante animum suum ponere. id est an sit. quid sit. quale et quid sit. et quare sit. At quia omnis investigacio fit iiii^or modis ratio et visio sit condicionibus. Igitur ut dicunt creature utrum media sit. Decet videri utrum credendum sive medie ergo videndum est

si no ei recedat Quid sit oppz investigae de
reru essencia · id est de ea no pos videri nisi data
diffinicione sua naturam ondente · quadmod interoga
ti quid sit medicina · dd' e · medicina e scia regen
di corporum naturalem in eo consist · et conuertendi eam
que e ext naturam ad naturalem · Qualis et quid sit
ondetur ex subsequenti descripcione · sic si dicatur
qualis e medicina Rndendu e · reru naturalium racio
nabilis conprehensiua · 7 cu eis sint nature e operati
tiua · Quare sit medicina si interogemus · note
e ut videamus · ppter mor hanc fuisse · i · naturam
formam · artificio 7 formalem medicine videlicet per
tinentes · Querenti igitur quare sit diceremus medi
cinam esse naturam integritatis vel nobilitatis humanoru
corporu · que ea sint temperata ad nutrimento
custodit et seruat ea in sua propria sanitate et re
uocat ea ad sanitatem si a temperamento sint egressa
In hac ergo rensione sunt illa iiii or que medicine
pertinent diximus · Materia enim medicine sunt humana
corpora · que ei videlicet subiecta · forma medicine
temperamentu est corporis · sive quod complexi
onis perfectio · Artifex e ubi 7 medicina et me
dicus cu eis operans · Perfectio e regimentu
sanitatem custodiens · et infirmitatem ad sanitatem
reducens · hec e intencio 7 causa quare sit medi
Palam ergo est omnium · quod si queritur quare sit me
dicina et qualis sit 7 quid sit · note e ut investi
get ex reru substantia 7 natura in eo quod sunt ext.
Quod tamen qualis 7 quid sit no e investiganda it
sturnos perdices pavones pullos gallinarum edulos
agnos annales pisces laudabiles digestioni
in obedientes. potent vinum leve et aquam mul
tum mixtum quod membra eorum humectet. Vinum
enim penetrativum est corporis quo cute aqua
cum vino ducitur et humefaciat membra. De fru
ctibus comedat malagranata. prunia mala et similia

Effimera ex bubonibus
in inguine collo et subassellis accidentibus
duobus modis est. Aut enim causa eius est in apparatu
la. aut est cronicio. Causa vero cuius causa est non
in apparatu ab ypocrate in amphorismis testante cogno
scitur. In bubonibus inquit omnes se male ex
cepti effimeris. Que autem est manifesta fit propter
pustulas vel apostemata et vulnera in manibus et
pedibus sive capite nascentia. Causa vero horum
bubonum hec est. Natura enim nascentibus hiis pu
stulis vel apostematibus currit ad regenda et custo
dienda eorum loca. Spiritus et sanguis et vitalis spiritus
cum eo portatur. Sanguis ergo per mollia et laxiora
loca pertiens replet ea et moratus in eis generat
apostemata. nomina alioris. Familia. quam diu ibi per
manens calefit nunc calor ad cor perveniens fe
generat. Unde pulsus eorum est magnus velox et spissus
urina rubea et alba. facies eorum rubicunda et hu
mida. Febre quoque cessante quedam in superficie apparet
infusio. Causa magni pulsus est multitudo sanguinis
et caloris. vitalis spiritus inmunitas velocitas et spissi
tudo fiunt ex necessitate nature multum aerem ad
cor attrahentis ut refrigeretur et extinguatur caloris
anime. Albedo et rubeditas est propter sanguinem
et calorem naturalem a cordionis loco remotum ad loca
infirma currente. Rubor faciei propter sanguinis sup
ficiei corporis dominante humor propter sanguinis
plenitudinem. Sudor deficiente febre evenit quia
natura humiditatem sudorum inutiliter coadunatorum
excludit vel expellit. Unde oportet nos cum omnia
studere ad curandas pustulas et apostemata que causa
bubonum fuerant. Deinde balneentur et in aere
balnei moveantur ut sudorum copia dissolvatur
paulatim neque cum ungantur. qui nolentes
in solio descendere non in eo moveantur. Dieta
accipiant subtilem ad digerendum facilem et sub
stantiam laudabilem habentem

Effimera que fit propter vigilias in spiritu con
stat animali. que hiis signis cognoscitur
Pinguium facies et totum corpus est exterius oculi
gravi palpebre molles et graves ad movendum
tarde. pulsus eorum est parvus. Urina subtilis
et indigesta. vultus tumidus. Tinctas est propter re
cessum ad exteriora propter vigilias moventem. Tumor
faciei est propter ventositatem et ciborum cruditatem
quia propter vigilias calor naturalis ad exteriora egreditur

Unde locus cerebri absque calore permanens cauda et frigidam ventositatem faciens facit autem tumefactionem. Contractio oculorum duobus est modis. Uno quia spiritus vitalis visibilis solens implere substantiam oculorum defectivus est. Alio quia carnes intimentur propter vigilias. Parvitas pulsus est propter virtutis causa vigiliarum deficientem. Subtilitas urine est propter sollicitudinem qua patitur anima in vigilia. Cruditas eius est propter vigilias naturam in coctione urine impedientes et actionem sensuum etiam ad exteriora producunt. Unde cum sit humor frigidus ut ex aiali spiritu in cerebro generatur necesse est ut turbetur cerebrum propter inquietatem sui motus. Propterea oportet magnum impendi studium sicut provocemus sompnum cum fricatione pedum. Hoc enim trahit humores in capite existentes et repugnat fumo ad caput ascendenti. Cibum accipiat modicum qui sit facilis ad digerendum quia natura propter defectionem non multum sufficeret cibum. Vinum bibant temperatum in quantitate et virtute. A coitu omnino caveat quousque ad priorem usum eorum conversi fuerint.

Effimera que est propter iram virtuti animali et vitali dominatur. Animalis vero propter impetum anime ad faciendam vindictam se moventis. Spiritualis vero propter nimiam sollicitudinem ad corporis exteriora exeuntis. Propterea oculi eorum sunt rubicundi foras exeuntes cito quod huc et illuc se moventes palpebre eorum sunt sicce. Pulsus magnus et fortis. Rubor faciei et colorum eminentia motus quoque eorum velocitas sunt propter sanguinis ebulitionem et propter naturam ad corporis exteriora exeuntem et propter anime furorem se vindicare volentis, sicut dicit Aristoteles. Ira namque est ebulitio est caloris nature ad exteriora tendente propter animam se vindicare volente. Sed si precedenti ira timor fuit mixta erat color eorum modo rubicundus modo citrinus. Quia cum natura movetur ad exteriora cum anima causa vindicta faciendi sanguine cum eis egrediente facies sit rubei coloris. Anima vero et natura ad interiora redeuntibus ad custodiendum cor propter aliquem timorem qui venit cum eis sanguis. Unde facies sit citrina. Siccitas palpebrarum est propter nimium caloris motum atque oculorum quem patiuntur propter sollicitudinem anime. Unde desiccatur oculorum humiditas. Magnitudo pulsus duobus modis fit. Uno propter fortitudinem cordis et ad illud sollicitudine. Alio propter virtutem corporis in effimera fortitudinis sue permanentis. Non enim prius aliquem morbum habuit quo virtus corporis debilitata est sicut. Unde nondum urina eorum fit digesta nullius lesionis animam. Digestibilitas eius fit quia calor naturalis est in loco

coctionis. Indigentia animus est propter exitum caloris cito ad interiora intrantem et cito exeuntem.

Oportet ut in initio cure ingeniemur quo cor eorum confortetur et calor extinguatur quod fit cum expulsione ire que ipsi obtinuit. Deinde in tepido intrantur balneum si prius eorum fuit consuetudo. Et post sudorem ungantur cum oleo violaceo. Postea descendat in solium ibi tamen non moretur. Egredientes a balneo frigida comedat et humida et abstineat a vino quousque calor eorum declinabit. Sin autem illud mixtum accipiat. Caveat sibi a coitu ne putrefiat eorum humoribus putredinis inducat febre aut quidam ab eorum capite humores descendentes apostema generent.

Differentia est inter angustiam et tristiciam quia tristicia ad rationalem pertinet virtutem in cerebro existentem. Angustia vero ad spiritualem in corde existentem. Ideo quia angustia plurimum fit in pectoris quam tristicia. Sed tamen quia causa utriusque et curatio eorum est una, non ideo disputatio earum est una. Communiter ergo effimera que sit propter angustiam et tristiciam hec habet signa. Oculi patientium aliquantulum foris eminent et veloces sunt ad movendum et aliquando graves et difficile mobiles. Nonnumquam etiam neque gravantur neque foris sunt eminentes. Causa tristicie diversa est. Aliquando enim est tristicia propter magnam sollicitudinem vel appetentiam cogitationis et aliquando propter magnam suspectionem et timorem et aliquando est neque timorosa neque suspecta. Si ergo cum fit cogitatio et desiderium de rebus letificantibus oculi eorum sunt foris eminentes huc et illuc nonnumquam mobiles quia anima desiderat videre quod amat. Unde natura egrediens ad corporis exteriora exit sanguis cum ea. Ideoque facies et color eorum rubicundus et urina eorum nigra habet animus solito et pulsus eorum magnus est. Quod si tristicia et cogitatio fuit propter aliquem timorem et suspectionem sunt oculi eorum gravi et quieti. Quia natura coniuncta est ad interiora ad custodiendum cor. Ideo splendor faciei mutatur et corpora eorum sunt macilenta. Pulsus subtilis et urina acuta. Si vero tristicia fuit inter rem amabilem et odibilem mediocrem erant oculi eorum quieti neque gravi neque foras exeuntes. Conducitur tristicia etiam duobus modis. Uno in cognitione vel cogitatione et investigatione rerum laudabilium ad rationem pertinentium sicut est cogitatio divine bonitatis, instructione nature rerum superius et inferius que naturalis ad animam pertinet. Alio videlicet in cogitatione pessime et immunde rei atque illaudabilis apud

anima sic est amor qui hereos dicitur. Ludus
et carnalis leticia. Quecumque vero cogitacio sit
de laudabilibus, erit cogitacio semper laudabilis
et acceptabilis apud animam. Cogitacio vero de
pessimis et vituperabilibus rebus profecta valde cor-
rupta et pessima anime est incerema. Igitur
quia perfecta medicina est que cum egritudinis tollit
naturam, ut ab ea incipiamus et ingeniemus quod
possimus auferre a libris cogitacionem et suspicio-
nem cum diversis musicorum generibus et cum ammi-
nistra leticia prudente ut oblivioni tradat tri-
sticiam. Et consequuntur anime eorum a labore. quia anima
per cogitacionis nimietatem debilitatur atque infirma-
tur. Similiter et corpus debilitatur propter animam sicut dicit
Alexander. Anima que sequitur corporis complexionem. et
corporis complexio animam comitatur. Unde oportet
nos non negligere corpus sed adiuvemus illud
cum rebus huic facientibus. Caveat sibi ab omnibus
aliis desiccantibus ne eo eorum veniat ad pti-
sim. quia ethica magis pertinet ad ptisim quam ad ce-
teras effimeras. Siccitas enim istorum corporibus
dominatur et corda eorum calida sunt. Unde oportet illos
humectari sed in balneis temperato et descendat in pe-
lvim. Deinde ungatur ex oleo violarum. Dietam acci-
piat frigidam que sit facilis ad digerendum sicut
ptisana cum edulina vel ut aliqui portulacam
blete. Vinum bibat quod non sit vetus et multum
sit mixtum. De fructibus vero humectantibus comedat
sicut sunt melones palestini et similia

de ethica et ptisi et curacione eorum
de ethica composita cum febre putredinis
de ethica que non est propter aliud morbum
de dieta simplicis ethice

Plures quidem de ethica et ptisi di-
sputaverunt. Notandum est ut eius diffini-
tionem dicamus. Dicimus ergo pti-
sim esse humiditatis corporis con-
sumpcionem. que in duobus modis
dividitur. Aut enim naturalis est
aut non naturalis. Naturalis est sicut patiuntur senes
vel decrepiti. cum naturalis calor eorum tardus in digerendo
eorum cibis et in humiditate nutrimenta attrahendo de-
ficit ut restauretur corporis humiditas que per su-
dorem et sudorem dissoluta est. Hec est causa con-
sumpcionis decrepitorum corporum. Aliorum vero et
senescentium causa consumpcionis est tribus modis. Vel
quia nimius calor similem humiditatem desi-
ccat sicut calor solis facit in estate. Secundus est
humorum interiorum ablacio sicut fit in hyeme
non pluviosa. Tercius est humiditatis nutrimenti corrum-
ptio et eorum ad malas qualitates permutacio sicut
ad amaritudinem, salsuginem, aluminositatem et
similia. Dicit et in humanis corporibus contingit. Consumitur

enim ablatis humoribus ea in membris et non possunt
oportet in digerendo cibo deficiente neque membra que
dissoluta sunt restaurare valente sicut senibus eve-
nire diximus. Unde antiqui vocaverunt hanc speciem
ptisis decrepitorum. Corpus eciam calore ignis cor-
dis ardente et similem membrorum humiditatem desicca-
te consumitur sicut fit in acutarum egritudinum causa
precedentium. Similiter intellige de angustia et diu-
turna tristicia. Ptisica corpora aliter consumitur cum san-
guis corporis dominetur a sua dulcedine et sapo-
rositate mutatur. quando plus per diutinam egritudinem
mutatur. quia sanguis in diutina egritudine corrum-
pitur et propriam perdit saporem. Unde a membris
non adeo tenetur neque ex eo nutriuntur. Membra
igitur nutrimento carencia insiccantur desiccatione et
consumuntur. consumuntur quia non nutriuntur. infrigi-
dantur quia sanguinem qui est calidus et humidus necessitate
nature est membra infrigidantur quod solebat de sanguine
calefieri. Quare si reprehendat nos sophista et dicant
quare antiqui dixerunt seniores esse corpora
cum semper ondat quod iuvenibus enim seniores
maioris esse humiditatis quam iuvenes. Respondebimus
ut in prima huius libri particula diximus quod humiditas
decrepitorum fit accidentalis propter defectionem caloris
naturalis eorum cibaria que sunt oportet digerere nequeunt
et propter debilitatem membrorum tercie digestionis
superfluitates non valent. quod testificatur videre
potes. Corpora enim eorum plena sunt multitudine aq-
uositatis. membra tamen habent macilenta et consumpta. Suffi-
cit hec species naturalis consumptionis. Non naturalis itaque con-
sumptio in tribus modis est. aut cum febre aut sine febre.
Sine febre est aut calida aut frigida. Frigida vero consumit cor-
pus vel per diutinam opilacionem vel per alios di-
uturnos morbos. Hii enim morbi qui sunt diutur-
ni nimium de corporis humiditate dissolvunt. Unde
in frigidato corpore virtus digestiva deficit. Radix quoque
viscera cruda ac indigesta remanet. cum vita sit
membra corporis abhorrent ea neque eis nutri-
untur. Quare patientes molestia pacientes pulsum habent
debilem tardum et strictum. urinam albam et
candidam et subtilem. Pulsus est debilis ex disso-
lucione virtutis corporis propter egritudinis diutur-
nitatem. tardus propter naturalis caloris defectionem
sui quam congelacionem. candiditas in urine propter
frigiditatem complexionis corporis dominantem. et propter
calorem naturalem in loco cocionis defectum. Sub-
tilitas et claritas sunt propter corporis siccitatem
et naturalis humiditatis indigenciam. urina in grossa-
re solent. Consumpcio que est calida et sine fe-
bre fit propter calidos humores cordi appositos quarum
fumus ad cor ascendens eius mutat complexionem
ei quam accidentalem prestat calorem unde sanguis
corrumpitur et ipsa eius saporositas mutatur.

et membra illius ad eumdem tunc ab eo multa con
sumuntur. Vnde G. Vidi mulierem huius extremi sensu
alterius. Dixit enim se voluisse interiora corporis
perscrutari, scilicet stomachum intestina et alia. Precepit qui
dam summam in spatioso loco simul poni et sepe
reponi ut cognosceret qualiter corpus eius consume
retur. tandem per medium dividens eam, invenit ad
cor eius humores corruptos quorum fumum cor
ascendisse et suam complexionem corrupisse credidit.
Quoniam antiqui hanc consumptionem ptisim vocaue
runt deceptam. Et quia completiones disputa
tionem de ptisi naturali et non naturali. Oportet ut incipia
mus de articulo qui est scilicet. Dicimus igitur quod ptisis que
est naturalis scilicet duobus est modis. Aut ipsa ptisis est
morbus per se. Aut per aliud. Illa vero que per
se est morbus fit ex rebus calefacientibus et desicca
tibus plurimum tamen causa eius est estimativa. maxime si propter
accidentia anime fuerit. sicut propter vigilias cogi
tationem tristitiam angustiam. multum legere
et investigare. Ex omnibus enim istis animalis spiritus
fatigatur et spiritualis. et acutum accipiunt calo
rem quem calor cum morabitur spiritualem desiccabit
et consumabit humiditatem. maxime si corpora fuerint
ad hec preparata sicut sunt corpora ca et propter communem
lineam. macilenti strictam habentes pectora et ca
pita spatulas foras eminentia sicut accidit ale
in etate statis invenibus. videlicet que est a xviii
annis usque ad xxxv. precipue si estas fuerit
vel calidus aer vel regio calida. Nonnumquam etiam
fit propter corporea exterma sicut propter estatem ambulare
alios ne labores facere. Aut propter calida ciboria
vel potum et medicinam. Ptisis vero que est naturalis
fit per aliud morbum est multis modis. Aut est
de estimativa quod moratur in corpore et spiritum ter
minus tristit et fomentum calefaciunt. Aut est propter
acuta scilicet cum calefacit et extenuat sanguinem
et consumit spiritualem humiditatem. Aut est
propter febrium putredines cum concurrunt et suas
mutant impositiones. Aut est propter diutinas egritu
dines consumentes membrorum humiditatem sicut contin
git ex tussi dolore capitis et pectoris et pul
monis dyafragmatis renum vel dolore qui est
de calore et omnibus apostematibus accidentibus que
sunt plurima corporis calefacientia et consumentia
Digestiones aut ptisis vero sunt multis modis.
Vnus quod scilicet totum corpus invadat et omnibus m
embris humidis et spiritualibus dominatur. equaliter
tamen solidis membris multo plus est familiarior.
Propter antiqui hanc scilicet naturalis calor non intem
perato sed inconsumato assimilaverunt que est
inviscata membris nec ab eis segregatur. sed in
sertur calori naturali et assimilatur ei. quare ipsa est
a membris inseparabilis. sicut calor naturalis. neque

enim augmentatur. neque decrescit. sicut et ipse. sed tamen
nonnumquam declinat ut scilicet putrida intra vasa consistens
Differt tamen ab ea quia ethica declinat sine causa
manifesta sicut scilicet putredinis. sed scilicet putrida intra
vasa permanens. alium declinat in modum cum toto
Secundo quia calor eius licet totum corpus invadat est
tamen levis neque pungitivus vel impetuosus scilicet nullam
scilicet pati autumat. Tercio quia color eorum est
plumbeus et lividus aut citrinus splendidus
cum sanguine indiget. Quarto quia ipsa eorum sunt
aspera oculi graves. similiter concavi tenentes cavitatem
quia intima eorum humiditas ab eis est ablata
hoc testificatur tenuis corporis siccitas. hec
sunt significationes ethice vel particulares non sunt
diverse. Ethica enim multis modis est causa quia corporis
humores sunt multi. Vnus est in vasis sanguineus
humor videlicet in venis existens. sicut humiditas
arborum et herbarum recentium permanens in summita
tibus eorum. quemadmodum humiditas in ramis existens
viridibus. Secundus est humiditas que est in membro
rum concavitate in quibus adhuc natura non operata
est tertiam digestionem nec assimilavit ea membris
sicut aquosa humiditas que in arboribus nascentibus
est. Vel humiditas que est in fermento et rivus
inmaturitatis. Tercius humiditas est membrorum in
quam operari natura incepit. sed tamen non coagu
lavit neque complevit eam sicut tenera caro que
non est membris assimilata. et sicut humiditas fer
menti quod incepit coagulari et saporosa fieri.
mollis tamen adhuc permanet et sicut humiditas que
incipiens coagulari et dulcis fieri. sed tamen non
est desiccata neque ad durum conversa. Quar
tus humiditas est qua reguntur et custodiuntur me
mbra. sicut humiditas in membris coagulata et ad
ea conversa. et ipsa cum membris una effecta quod
admodum humiditas fermenti coagulata et firme fer
menti assimilata. illud ne putrescat custo
diens et humiditas ficuum passarum caricarum similiter
observans ne putrescat. Igitur quia cor
porea humiditas quadruplex est. nomen speciebus ethi
ce sunt multe. Vna quia humiditas est in liberiore
concavitate permanens in qua natura non est adhuc
operata tertiam digestionem. nec assimilavit eam
membris. Secunda humiditas est membrorum in quam
operari natura incepit et tamen non coagulavit nec
eam perfecit. Tercia spiritualis est humiditas qua
reguntur et custodiuntur membra. Causa primi
est. quia humidus sanguis in vase existens si
augmentetur et superet naturam calor temebit nec
ab ea regetur nec mundificabitur. quia quanto plus
morabitur. tanto plus bulliet calefiet
putrefiet ex calore corporis et augmentabitur
sua putredo intra vasa secundum suam naturam

Et si no augmitat̄ nec a natura dimitta͞ sed
plus calefiat ppt rem quā in effimia diximus
et veniat calor usq̄ ad inudiferam sanguine
qui ē in arteria augetur in eo 7 ꝯfortabit̄ et
calefaciet venenū et arterias ꝯiam Calor
etiā usq̄ ad humiditatem in membrorū raritate
ꝑmanentem accedet 7 eius humiditatem desiccabit
virtuositatē in membra eam ꝯponat. qz virtu
optatē 7 saporositatē perdit. membra igitur
ꝯsumabunt̄ 7 desiccabunt̄ carentia nutrimento
hec ē prima genus ethice ꝑpterea istud genus
facile ē ad curandū si par in manu sapientis
inciderit Medicus enim si inceperit velocit̄ calorē
extinguet cū frigidis 7 humidis cibis. potu aere
odore 7 similibus citissime calorē extinguit 7
sanabit infirmū Cū nisi suffocat̄ et per
maneret calor in corpore augmitat̄ atq̄ ve
mens ad humiditatē membrorū que ē coagulatorum
vicina calefaciet eā 7 eorū humiditatem desicca
bit 7 saporositatē membra admittent eam intrassi
milabunt vnde ꝯsumptio 7 siccitas eorū augm
tata fiet. 7 hec ē scdā spēs ethice que dura
est 7 molesta ad curandū Et si calor fuerat
plus augmitatus et spāli membrorū condabitur
humiditati eam qz desiccaret. et veniens ad hu
miditatē membrorū que fuat cū eis ab initio co
plexionis desiccat 7 ꝯsumit eam 7 fit tertia spēs
ethice que ē incurabilis Calor enim exterius
desiccauit humiditatē membra custodientem 7 spaā
tius ē in ea sicut calor solis in lapide 7 ligno
qz videmus calorē in longo tpe lapidis et
lignorū humiditatem desiccare et eorū virtu
tes separare 7 ꝯ cinerem facit ea Causa eius
hec ē qz lapis 7 lignū sunt de nr̄ elementis
composita. pꝑterea calor illa in eis facit actionem
hec testificatur actio quā videmus fieri ꝑ igne
in lapide. inuenimus enim cū ex calore desicca
tur 7 ad calcem mutatur Est ergo possibile ut simili
modo operetur calor solis in longo tempore
Nulla enim dertia ē inter calorē solis 7 ignis
nisi qz ignis velocit̄ ille vero tarde operatur
Possumus igitur intelligere qua lapides secundum
suā humiditatem cū arbores 7 herbe in montibus
ex lapidibus nascuntur. que si humidi non
essent non possent nutriri neq̄ augmitari
Igitur quia compleuimus disputationem de e
thica que ē ppt aliū morbum. oportet ut nos
sequamur de ethica que non fit ppt aliū morbū

Causa ethice

Que non est ppter aliū morbū
humiditas est cordis que ē in sua grauitate
et venis et arteriis inhabitans. que si calefiat
et mutetur a sua natura in calorem 7 siccitatē ppt

amissa extrinseca sicut diximus sine ulla sui
diminutione fiet prima 7 simplex ethice spēs
que ē per se ipsam morbus. hec utraq̄ facile
curatur. qz calor extraneus non est nisi in humidita
te sanguinis qui ē in corde et suis venis 7 ar
teriis 7 nichil nisi solum in eo facit calefacti
onem 7 ebullitionem Et si calor augmitabitur
ut calefaciat secundam cordis 7 arteriarū atq̄ ve
narū 7 desiccetur humiditas eius que ē vicina
coagulationi fiet scdā spēs ethice Et si plus
augmitabitur calor ut desiccet substantialem cor
dis humiditatem et suarum venarū atq̄ arteriarū
illam custodientē ac regentē potentē fiet tertia
spēs ethice huius. erit qz incurabilis ut diximus
Et quia compleuimus causam ethice que ē ppter
aliū morbū. et causam eius que non est ppt a
liū morbū sed ē morbus per se. notū est ut
dicamus vniuscuiusq̄ speciei significationem. diximus
igitur quod ethica que fit ppt aliū morbū sicut
ppt effimeram intelligenda est ita. quando enim vi
derimus aliquē effimeram habentem de angustia
7 tristicia 7 ira 7 similibus accidentibus 7 febris
ꝑmanet usq̄ ad tertiū diem ꝯsistens in vna
qualitate. s. ut non augmitetur neq̄ minuatur
7 appareat in cute infirmi desiccitas lenitas
ac tenuitas. duricia 7 ꝯsumptio. 7 manus super
infirmū imposita sentit calorem pungitiuus et
acutus 7 nulla hora augmitatur nec diminuitur
aut declinatur. hec ē prima spēs huius febris
Et si appareat cū his signis augmitata febris
cū infirmus maduerit intelligimus secundam speciem
huius fe. esse Sed tamen subtiliter oportet inuestigare
Quia si dabimus ei cibū temperatum 7 laudabilem
tribus diebus in diuersis temporibus. in primo s. die
mane. in scdō ad sextam. in tertio ad vesperam
7 videamus in unoquoq̄ horū dierū tpe febrem
augmitari 7 ad corporis exteriora exire. pro
certo credenda erit scdā spēs huius fe. Causa
est qz calor infirmorū ē intra corpus gene
tus. ad quem cū cibus 7 potus veniat. su
scitatur 7 diuiditur exiens extra corpus. hec
testificatur illud quod in calido lapide 7 calce
videmus qz cū aliqua aqua super eos inciderit
illico calor eorū in interioribus recondita
surgit et extra corpus egreditur. causa est qz
aqua calori ē opposita cū frigiditate 7 humiditate
sua. que calcem prius consumens humefacit eam cū
sua humiditate vnde sui aperiuntur pori 7 veni
ente aqua usq̄ ad calorem suscitat eū ei qz re
pugnat et fugit eā. exteriora petens Cognoscimus
intelligi sunt cibi 7 potus in illis infirmis facere
Quidam vero arbitrati sunt quod calor fe. in cibo
augmitatur. qz accipiunt cibi in augmento fe.

Unde si inveniens materiam recessit et extra corpus
exit et ducitur lucerna ad testimonium quod dum
calor hec recessit et augmentatur igitur Sed postea de-
struxerunt suam intentionem cum hac solutione
dederunt itaque in diversis temporibus cibos et postea vide-
runt equaliter se augmentari Unde estimaverunt quod
calor se in cibis augmentatur propter cibi humiditatem
cui calor repugnat sicut dicimus fieri in calce et
calidis lapidibus et hec est secunda species ethice Ter-
tia vero plus palam patet sensui quia facies infirmi
mutata est in plumbeum colorem aut lividum que
significatio ostendit substantialem humiditatem esse desiccatam et vir-
tutem naturalem fore destructam Nares sunt subtiles
et ante oculi cavi sicut cathiam habentes quia
nutrimentum veniens ad oculos non est de bona qua-
litate et virtus digestiva que est destructa nequit illud
digerere Unde pinguedo clausum in angulis oculorum et de-
siccatur ex calore acuto et sic que est intus et mu-
tatur septem compositio oculorum conditionum et tempora sunt
aspera motus palpebrarum et sentiorum fit gravis
propter siccitatem eorum qui si iaceant claudunt oculos
sine ulla voluntate quasi a somno sint aggravati
propter defectionem et dissolutionem virtutis Et si ponat
manus super illos inveniens siccam et sitim sed manum
ibi moratam donec calefiat corpus ex calore
manus sentitur calor a corpore eorum cathamo-
dum ascendere Et si discooperiant ventrem vi-
dentur quasi non habere viscera et tactus eorum est quasi
tabule subtilis Sed cutem eorum cum duobus digitis
constringas aliquantulum extendes per maxime exten-
sa neque in suis descendet caret enim humiditate
qua mollis fiat et qua convertatur ad suum locum Quando
autem se qui inveniunt morte prolongatur minuet
Pulsus eorum est debilis parvus durus et spissus
tantum eius est quasi corda Causa debilis et parvi
pulsus est defectio et consumptio virtutis Spissi-
tas est propter multitudinem fumi cogentis ut exeat
Urina eorum est in liquore sicut oleum habens quod si
super petram fundatur sonabit quasi oleum Causa eius
est propter consumptionem substantialis humiditatis in so-
lidis membris existentis Et si causa dissolutionis et
consumptionis est propter siccam generationem in cerebris domi-
nantem vocatur decrepite senectutis morbus
neque sanabitur nisi cum eius natura conversa fuerit ut an-
te fuit Stomachus eorum est quasi stomachus decrepitorum quos
impossibile est ut convertatur in qualitatem qua fuerat videlicet
in iuventute Unde stomachus eorum semper est defectus et pau-
ca recipiens stomachus eorum impeditur vel digestio Simili-
ter parietes siccitate in quibusdam membris so-
lidis cum subtilia corda aliquanta patitur sicci-
tatem cito consumitur Si vero siccitas fuerit multa
mors erit proxima Post hoc corpus et stomachus si
in siccitate mutatur periculum significat sed tamen

non cito mortiferum sicut sunt priora Oportet etiam in-
telligi quia si omnia membra solida fuerint desiccata
et multo tempore taliter permaneat necesse est ut infrigide-
tur quia siccitas cum sola venit non permanet lon-
go tempore quin membra nutrimentum non recipientia
infrigidentur et desiccantur Nutrimentum enim eorum est
calidum et humidum i. sanguis Unde cum videmus membra de-
siccari et nullam humiditatem habere vel spissitatem hu-
mectantem ea Si vero fuerint desiccata et infrigidata
nullam faciamus eis curam quia molestum est
Galienus dixit
Ipse autem se vidisse compositam cum alia febre
de putredine et vidisse eam solam nullius habere
commixtionem Cuius compositionis signum hoc est in speculando
videlicet febrem putredinis et commixtam ethice febri
illa precurrente in speculatione Et nos nullam ab
antiquis vidimus disputationem de eius cura-
tione cum est composita difficilis enim et dura est quia sunt
contrarie et opposite febris enim putredinis indiget
rebus lavativis et colativis et etiam desiccativis et
ut lavet et colet et desiccet humores qui sunt
causa putredinis et ethica querit res refrigerativas
et humectantes ut infrigidet et humectet calorem
febrilem et laudabilem corpori prestet humiditatem
Unde utraque cura est inter se opposita primum convenit
medico ut investiget et studeat ne aliquam
incurrat fallaciam Utilior ergo est hec curatio si
febris est commixta ut custodiam naturalis humiditatis et
expellam putredinis materiam Sed prius oportet ut causa
ethice auferatur postea curatio sit labor cum quiete
et vigilia cum somno tristitia cum letitia mu-
tetur Similiter necesse est ut custodiatur substantialis
humiditas corporis membrorum regitiva et ca-
lor extinguatur accidentalis et naturalis confortetur sed
cum cibis et potibus laudabilem chimum generanti-
bus refrigerantem et humores extenuantem
quemadmodum est ptisana et similia que diximus supra
Caveat a medicinis quanto plus possit nisi
cum magna fuerit necessitas Deinde eligat medicinam
que est levis ac facilis necesse et investiget vir-
tutem medicine utrum sit attenuativa absque ca-
lefactione et desiccatione Danda est sola aqua
calida cum accessio putride febris venit videlicet cum
rigor incipit fieri Et si vomitus sponte ve-
nerit bonum est Quando non vomere sinis cum
pudore necesse est ut fiat ne levissimo vomitu Cum
autem febris cessaverit et angustia infirmi quie-
verit et appetitum sibi senserit Deinde ptisa-
nam et panem bis vel ter lotum cum aqua frigida
et zucaro Deinde etiam ordeum cortum cum lentibus
si lentes sint mundate et a corticibus eiecte
et prima decoctionis aqua auferatur Deinde misce-
atur cum ordeo et ramis portulace lactuce adde

De ethica que ... post putr.

cum modico coriandri recentis aut veteris aut cum
aceto et zucaro et modico croci. Si vero fuerit putredo
de fleumate ponendum erit in ore portulaca lactuca ali
quantulum mente et apii et blitis. Summo mane
accipiat zedoariam et in ore teneat vel mixtam
Et si cognoscimus propter calorem febris ethice non
esse in inbecillitate caloris que non dum venit
ad humiditatem que est coagulum virtutis. nutre
est dare infirmo succum scariole et lupuli et aque apii
et similia. raro. ne illos sepe assuefaciat maxime
succum apii quia calidus est et siccus. Similiter
si voluntatem habet recipiendi de rosis agrippinis sive
seu de liliis. aut si sit mastix nova et mara
thrum cum zedoaria raro tribuatur. et cum necessi
tas fuit egrotantem oportebit tamen ab aqua
frigida omnino. Item si magis fuerit necessitas co
ctana etiam vel cocta dabimus cum modico ma
stice mixto cum aliis utili sirupo. Et si paciatur
apostemata in visceribus omnino abstineat ab aqua
frigida. non cum calidissima erit apostemata. Calida enim
apostemata trahunt ad se frigidam aquam et prohibent
eam ne ad cor veniat. quoniam si ad cor venerit cum
sua frigiditate naturalem extinguet calorem. Oportet
igitur ut caveamus ne cibum in accessione pu
tride febris tribuamus neque parum ante. quia
angustiam dabit infirmo et febris augmentabit
et tempus etiam exacerbationis prolongabit. Et si vi
derimus accessionem mane fieri aquam calidam
dabimus rigore incipiente et impedimus in
fumum surgentem malagma in tempore accessionis
accessione vero cessante dabimus ptisanam. de
cocta itaque ptisana. offerimus cibum secundum
quod nature expediet. Si autem febris in medio diei
incepit augeri mane danda erit ptisana
rigore incipiente calidam dabimus aquam
ut vomitus provocetur. Recedente autem febris
accessione et infirmo quiescente dabimus cibum
secundum quod oportebit. Et si febris a vespere incipiet
mane dabimus ptisanam. cuius digesta fuerit
cibum dabimus prout oportebit. Et tamen in modo
cibi quantitatem quia natura digerere valeat. Incipiente
itaque rigore vomitum cum pennis
Sufficit quantum disputavimus de ethica que
est cum putrida febre coniuncta. Hec enim est regula
per quam medicus potest addere et minuere die
tam secundum quod utile patet et febris cognoscitur

Simplex
ethica est duobus modis. Si autem
corpus mundificatum ab humoribus aut vene
et arterie sint plene de humoribus ad putredinem
preparatis. Unde oportet nos incipere curam
cum ethice expellentem predictam sive dyamargariton
sive trisandali cum letitia. vel cum purgatione et

silia. cum succis quorundam predictis expellemus materiam
putrefactionem incipientem cum medicinalibus cibis atte
nuantibus et mundificantibus absque calore et sicci
tate sicut est succus lupuli cum zedoaria et zucaro
vel mirabolani citrini cassiafistula et similibus mixtis
Cuius vero succus quam materia corporis sit pur
gata. ordinabimus aerem locum et indumenta
cibum et potum odores cataplasmata et similia. et muta
bimus ea ab inutilitate ad utilitatem. quia necesse
est ut sit aer frigidus et humidus. loca septentrionalia
indumenta sint naturaliter frigida et humida sicut linea
vetusta lota aromatizata cum sandalis et aqua ro.
Cibaria sumat infrigidantia et extinguentia ex
traneum calorem et naturalem confortantia et substantialem
humiditatem custodientia. sicut est ptisana panis
lotus bis aut ter in frigida. aut panis infusus
in vino albissimo levissimo et bene mixto
lactuca portulaca cucurbita blitis atriplex omnia condi
ta cum amigdalis. De fructibus sint uve acre
malagranata melones pulestini mala mitia pira
uve hyemales et similia. De siropis. syropus
malorum et julep accipiat. Mittamus in
aquam quam bibere voluerit bolum cum pulvere san
dalis albi semen portulace et similia. De odoribus
sicut frondes et flores confortant et refrigerant
sicut rose salices mirta viola nenufar sandali.
Caveat a camphora propter frigiditatem quam habet
nisi cum ceteris sint hec in suis capitibus subtilem
humiditatem que repugnet frigiditati camphore. Et si
humiditas est parva et capitis est humiditas accidentalis
caveat a camphora quanto plus possit. quia cere
brum licet sit calidum tamen camphora noceret eis
quantumvis sit frigida. quod est duobus modis. uno quoniam
propter frigiditatem suam repugnat humiditati accidentali que
est in capite et eam ingrossat. unde fit causa augmen
tandi reumatis. Alio quia cum sua frigiditate na
turalem desiccat capitis humiditatem. Nonenim
humiditas capitis frigiditati camphore valet
repugnare nisi maioris fuerit quantitatis quam
frigiditas sit camphore. Cataplasmata non conve
nientia sunt apponenda credimus ut habeat
camphoram. quia naturalis capitis humiditas repugnat
frigiditati camphore et convertit eam ad temperamen
tum. Et reprehendi videmus a quibusdam sophistis
nobis sermonem opponentibus de cerebri humiditate
Quare incipiunt humiditas cerebri frigiditati cam
phore non repugnat cum cerebrum naturaliter sit humidum
ceteris corporis membris. Respondendum erit cerebrum
enim semper movetur propter imaginationem et rationem
quia est fundamentum sensuum et voluntarium mo
tuum et fumi semper ascendunt ad illud. Calorem
etiam accidentalem plus patitur quam ceterae partes corporis. Cerebri
humiditas est fortius capite licet ceteris membris

naturalis sit humida Nonnunquam dabimus ei ceras de
spodio et bolo cum sirupo quos diximus Et aliquando
dabimus psillium si egritudo non sit humida Bolo
enim ventris in hac passione pessima est
quia materia eius acuta est et pungitiva et humores
in hac egritudine soluti sunt ad intestina descendentes
dico quia membra sunt debilitata ad dissoluendum et
expellendum eos per poros qui ad interiora corporis
clausi revoluuntur et descendunt ad intestina
et in eis duas faciunt actiones aut lubricantes
ut egritudo nequeat retineri aut excoriant ea
et nascitur dissinteria ¶ Igitur quia usque adhuc
locuti diximus meam disputationem et intentionem
plane quia circa huius se est cum ordinamento
aeris loci indumentorum cibi potus exercitii
balnei et unctionum necesse est ut plane dicamus
quid et ubi sint omnia ordinanda et incipiendum
est ab aere qui est familiarior nobis ¶ Igitur
si tempus fuerit hiemale non tamen nimium sit
frigidum non deceret illud aliquo ingenio mutari
bonum enim est Et si fortius fuit frigidum necesse est
illud ingeniari videlicet pannis operiantur ne
frigida aeris virtus corporibus exterioribus dominetur
et cutem desiccet atque fumos ad interiora claudat
Si autem sit estivum tempus oportet ut infrigi-
detur et humefiat sitque mansio infirmi sit spa-
tiosa et porte septentrionales ¶ In pavimento ster-
namus rosas violas nenufar salices la-
ctucas spinam ramos brusci ramos vitium
et cucurbitas mediocrem aquam super eos roremus Et
si corpora eorum induratam materiam ad putredinem
preparatam bonum est ut ungamus corpora eorum
de succo lactucarum portulace vinearum acetosarum solatri
cum oleo ro. mixtis Hec tamen unctio se eorum pecto-
ra diu non moretur quia in sedenti spiritus est per-
nissima ¶ Ingeniemus etiam prout melius possu-
mus ne humiditas eorum dissoluatur Et si vir-
tus eorum fuerit debilitata et membra eorum dissoluta
et vene apparent albe propter sanguinis inanitionem
ossa quoque brachii subtilissima eorum quoque co-
rrectionem inanita proxima eorum potencia incres

Quicumque hec se
Aliquando ipsa per se est morbus
et aliquando per alium sicut est frenesis pleuresis et alii
morbi huius simplices aut est propter putredinem febris
aut propter se in quibusdam membris excitem sicut
in dyafragmate pulmone aut propter diuturnam
tussim aut propter epatis dolorem renum et illi
est necesse ut cum cognoscimus eam esse ex a-
liquo istorum phisicamus per ab aqua frigida
et ab unctione sudorosa quos supra diximus
nisi cum apta per quod est se est calidissimus Deinde
ex ea mediocrem dabimus quia calor epatis

ad se humiditatem ac et prohibet eam ne va-
dat ad cor et noceat calori naturali Et si apta
non fuerit calidum abstinebimus eos ab aqua
frigida mitigabimus calorem eorum in aere
vel frigido quia ardoribus Unde R. Aqua in ip-
sa ethica que est propter alium morbum pessi-
ma est et proprie si morbus fuerit diuturnus Ea
quia morbus qui est in ethica necesse est ut sit
calidus sicut frenesis et similia aut diuturnus
sicut putrida se excaturi quarta et similia Si
non fuerit acutus moratus ex parvus tempore
preussit radicalem humiditatem et desiccavit ea
et dissolvit virtutem membrorum Unde calor cor-
dis est defectus et nequit humiditati aque re-
pugnare fit igitur humiditas aque contra calorem na-
turalem extinguendum Si autem morbus fuerit diu-
turnus consumavit sanguinem membrorum et emi-
davit ea caterue Unde membris infrigidatis
calor defecit naturalis necesse igitur est ut calor
cordis sit defectus per vim frigidam aque calor cor-
dis nequit resistere maxime si fuerint in venis
materia et arthris ad putredinem preparata quia
humiditas aque illa augmentat materiam et
induceat eam ut nequeat digeri Proprie si in
urina nullum signum coctionis appareat Pla-
tonem ergo intelligimus quia non decet dari aquam
in ethica nisi cum contingit per se morbus fuerit
et si utique eorum fuerit custodita Et si utique eorum
debilis fuerit caveat ab aqua Unde oportet arbitrari
qualiter corpora eorum humefiant et exciteatur
virtute eorum cum cibis qui sunt faciles
ad digerendum et multum mutabiles quia sanguis
corporalis suorum licet sit laudabilis mediocris
tamen est Similiter spiritus animalis et vitalis et propter
sanguinis puritate membra minuuntur que
sunt totius corporis fundamentum et propter puritate
spiritus animalis et vitalis deficit calor naturalis Unde
necesse est ut festinemus ad restaurandum eorum
corpora in virtute et in initio cum cibis et
potibus qui sunt faciles et subito et multum
mutabiles sicut est vinum al. aut ru. grosse
sicut ait ypo. in amphorismis facile est replere potu
quam cibo Sed tamen prout oportet et quod oportet
dandum est ei primum vinum purum neque leuius
ut penetret membra et maxime secundum calorem et
siccitatem sicut non deceat accipi nimium et subito
et velociter ut minus velocitas exeat neque
membra mutat neque nimium grossum ut mo-
rans in angustis locis oppilationem generet
¶ Ideo quia oportet nos illud negare egritudine
excitibus et maxime ethicis Sed vinum accipi-
ant mediocre facile mutabilem et quedam
consimiliter humiditatem ut permanens in membris mutat

et confortet ea. Neque intelligere debemus ut inten-
tio ypocratis esset de potu absoluto vel humidis cibis
absolute, sed quemadmodum nos novimus, quod intentio
eius fuit de cibis corporaliter nutrientibus leniter
et faciliter sicut sunt vina quedam consuetudinis humida
et in febribus per maxime. Nutrimentum cibis in-
ferunt. De cibis similiter facile nutrientibus et non
obedientibus sunt lac, ptisana, panis lotus et
similia. Cum vero cum predicto noscitur se esse recreata
neque alia re indigeret nisi augmentatione
et nutrimento corporis, accipiat mane lac ca-
prinum statim emulsum, misceatur quod ei aqua ca-
lida in parva quantitate et ad suavem ignem coquatur
quousque tota aqua consumatur. Deinde potum detur
calidum prout ab uberibus fuerat emulsum, quo bi-
bito oportet expectare quousque digestum sit. Deinde
dabimus eis carnem perdicum, pullos gallinarum et con-
similia, distillata vinum album et ponticum mix-
tum mediocriter potent. Et si non potuerint solum
lac bibere, miscendum erit cum ordeo vel tritico
et similibus secundum quod virtus digestiva eorum fuerit
fortis. Sed tamen si cognoscimus corpora eorum nulla
egere maturatione seu humores qui sunt ad putredi-
nem apti, cavendi erunt ab istis cibis et dabimus
solummodo ptisanam et panem lotum, maxime si
in eorum egestione colera appareat. Volo etiam dica-
mus quod non debemus dare lac pauperes et
similia aut vinum ponticum nisi cum certissime co-
gnoscimus febrem ab eis esse ablatam. Quando vero
balneare novimus, balneabimus eos in balneo
tepide aque et in temperato aere, et calor
aque sit quasi calor lactis cum ab uberibus est
emulsum, et ingeniemus ut balneum man-
sioni eorum sit vicinum, et ducatur in vehiculo
aut in lecto, ne motus eorum pedibus eorum nocu-
mentum faciat, vel aut faciat eos sudo-
res aut calefaciat et debilitet eos ut in
balneo stare nequeant, quia necesse est eis in so-
lio balnei morari, quia aqua solii que est
temperata prestat corporibus eorum humiditatem
augmentum et virtutem. Oportet vero ut sit solium
iuxta ostium et hostio balnei vicinum, ut non am-
bulet per aerem balnei, ne propter eorum hu-
miditas substantialis desiccetur. Notandum est etiam ut
aqua solii sit in temperamento perfecta, quoniam si
calida plus quam oportet fuerit, condempnabit cutem
et indurabit eam. Si vero fuerit frigida plus quam oportet,
debilibus corporibus tribuet frigiditatem et calorem
extinguet naturalem et cutem claudet et oppila-
bit. Et secundum meam intentionem pori horum de-
bent aperiri et cutis mollificari, quia pori in
istis sunt clausi et oppilati naturaliter, et nulla pro
invenimus dilatans et apperiens poros eorum

sicut aqua que temperate est calida, quia membra corpo-
rum delectant se in ea et natura excitatur et per totum
corporis membra dilatatur propter delectationem
que est ei similis. Unde natura se delectante sanguis
eam sequitur et veniens usque ad corporis extre-
ma poros mollificat, aperit et dilatat, quia
actio nature in hoc loco quo delectatur est oppo-
sita actioni loci quem odit, quoniam a re non-
civa fugit natura ad interiora corporis. Unde extre-
mitates de sanguine et naturali minuuntur ca-
lore, unde patiuntur rigorem, oppilationem et du-
riciem in cute. Oportet iterum nos investigare
ut determinemus quantum patientes morari de-
beant in balneo. Que mora talis sit: cum
si videbimus rubicunda et inflata fieri corpora
prius quam consumatur et minui incipiat, eos a
balneo abstrahemus, quia si dimittamus eos
plus quam oporteat consumetur. Postquam vero volumus car-
nem in corpore augmentare, dimittamus eos in
balneo quousque fiant rubicundi et inflati. Si
vero eam minuere volumus per inflationem, dimitta-
mus eos in balneo donec inflatio transeat et ipsi
ad suam naturam fuerint conversi. Sed tamen debet inve-
stigare illa corpora, quia multum sunt sterilia
et etiam acuta propterea si carnem volumus augmen-
tare. Postea vero timemus cum a balneo debet
egredi et rubor corporis ne ipsi ultra pa-
rietes ad detrimentum deveniat. Egredientibus ita
quod a balneo inungimus corpora eorum cum oleis
frigidis et humidis vel ungentis ubi custodiat humi-
ditatem quam ab aqua susceperunt, ne aer illam
consumat. Paciens oportet ut in diversis temporibus
balneetur, primum balneum sit mane antequam acci-
piat lac aut ptisanam ut infrigidet et humec-
tet corpora eorum. Secundo die vespere postquam
lac et cibi sint digesta. Et si virtute infirmi
fortem perspexeris esse ut possit amplius bal-
neari, bonum et optimum etiam est si lac sup-
ra infirmum fuerat emulsum prius quam in solium
descendat et mittatur in solio frondes
et herbe frigide et humide sicut lactuca, viola, nenufar
et similia. Si autem infrigimus ab humiditatibus est
mundificatus ad putredinem se preparantibus.
Deinde eius balneum exeuntibus lac asininum
cum ab uberibus fuerat emulsum. Hoc enim lac
huic passioni optimum est, quia ceteris est sub-
tilius et tardius ad coagulationem. Sed oportet
eligi asinam iuvenem et sanam et pharetre
eius lac utrum sit album nec multum liquidum
nec multum spissum, et nutrias eam cum lactucis,
porcina, coriandro et bono ordeo et bona aqua.
Lacte autem digesto iterum ad balneum committantur.
Et si patientes in balneo delectentur eo quod

eius assuetum fuerit. vno ad balneum dirigatur. siquidem
cum vrina albalis sit vel bezarum. propter hoc teneat pectores
pullos gallinarum et alias gallinaceas. Caueat ab
omni cibo qui grauius est. Secundo oportet ut lactis
quantitatem fieri talem que stomacum non grauet. quam
possumus intelligere hoc modo. quod si dederimus
cibum et inflationem stomacum extensionem patiatur et
acidum vel fumosum eructat. cognoscimus eos non
bene digerere. vnde nutrimentum quantitatem decrescimus
aliquando donec perpendimus eam optime digerere esse.
Rursus si viderimus eos multa refectionis quantitate
tate carere. dabimus lac vaccinum. prius butyrum
vel aliquo sit abstractum. deinde primo vice do-
nabimus eis duas vncias. sicut quod ascendamus usque
quod ad maius. Et quando lac determinauimus determi-
natione illud volumus cui horam conueniat et cui non.
Dicendum dicimus quod cum lac rectis cibus fuerit et
corporis in febra mutaciat. erit omnibus nutri-
bilius et laudabilius ad ptisim. maxime eis qui
alium nequeunt sumere cibum. Et laudabilius re-
rum est lac mulieris. maxime si puellam lactauerit.
Post hoc est asininum. Secundo quod quidam odiunt
vtrumque et eis est abhominabile. oportet dare caprinum.
Est enim medium inter subtile et grossum. Secundo prius
quam dicemus decet ponere capram in pulcro loco
et nutriamus cum ordeo et herbis sicut scariola en-
diuia lactuca coriandrum frondibus rosis et huius
similibus. Et debemus esse solliciti ne infirmus
patiatur solutionem. Propter hoc oportet calidum lapidem vel
ferrum in lacte extingui ut aquositas eius consu-
matur. Et si vtique solutiones fuerint confortata dabimus
eis cancros fluuij cum ordeo aut simila aut tere-
8 bintina. Quia sequitur quod sufficienter de lacte disputauimus oportet
nos quibus conueniat potus frigide aque vel alie res
frigide inuestigare. Secundo prius quam disputationem eorum in-
cipiamus. inuestigabimus quid sit calidum aut frigidum
absolute sine alicuius rei comparatione. Physici
vtique sunt qui credunt dicentes nullum corpus esse
calidum aut frigidum. humidum vel siccum absolute. sine
alicuius rei comparatione nisi solummodo elementa.
Dicitur enim secundum se respice ignem calidum non ad al-
terius comparationem. Quod si fuisset calidus ad compara-
tionem alterius. necessario esset frigidus ad alterius comparationem.
Nos nullam inuenimus rem igne calidiorem.
Ideo cum dicimus calidum vel frigidum. humidum aut siccum
absolute sine alicuius comparatione non dicimus illud
ad comparationem humanorum corporum que sunt
temperata. quod humana corpora ceteris corporibus sunt tem-
peratiora. propter hoc cum aliquam rem inuenimus nullam
passionem in eo sensu ingerentem. sed cum eo delec-
tantem et congruentem cum quadam similitudine nihil
in illa esse temperata quam humani corporis tem-
peries. Rursus si aliam rem inuenimus. que

in corpore patiatur sicut sine vllius doloris
horribilitate intelligimus eam temperamentum huma-
ni corporis transcendere esse vno gradu. Postremo si
aliqua res maiorem in eo sensu faciat passionem
et tamen eam tolerare corpus valeat. dicimus eam duobus
gradibus vltra temperamentum esse. Si autem adeo sen-
sum in eo vincatur ut dolor ingeratur in tertio gradu
cognosci esse. Si vero magnum faciat nocumentum
ita ut destruat et membra sensibilia
videtur fore in quarto gradu. Et illam igitur est quod calidum
frigidum humidum et siccum sunt ad comparationem humanorum
corporum temperati excepto solis elementis. Vnde
quantamus similiter ad eos quibus aqua frigida conueniat
et alia frigida et quibus non. Cum ethica sit per se mor-
bus et est simplex. et corpora patientium sicca absque ulla
putredinis materia optimum est ut demus ethicam
eos in sua natura naturalit. ea quod antisiropi frigida
faciamus sicut ptisana lactuca portulaca lotus cucur-
bita et aqua demus frigidam. et oportet maxime
si vrina eorum non fuerit imbecillis et digestio appareat
in vrina. Si ethica fuerit propter aliud morbum
acutum vel diuturnum. Similiter aqua frigidam
et cetera in sua natura sunt melius possumus. maxime
si nullum signum digestionis in vrina appareat et
corpora non sunt pura de materia putredinis generante.
Causa autem duobus modis est. Vno quod membra cor-
poris egritudine diu patientium sunt desiccata et calor
eorum debilis est et paruus. Vnde aqua et alia frigida
sunt membrorum propulsiua et naturalem calorem extin-
guunt. Et si corpora eorum fuerint tumida propter
apertum aut humidum residentiam aliquas reliquias
aqua et cetera frigida inducat et ingrossent eas
ut nequeant digeri. Vinum vero natura quia cale-
facit et naturalem confortat calorem oportet corpora
consumpta habentes propter diuturnum morbum accipiant
moderate. Sit tamen mixtum sitque album et leue. Cum
siccum vero corporis que est sine febre et est eius
causa substantialis humiditatis corporis consumatio na-
turalis etiam calor eorum est extinctus propter sanguinis
paucitatem. oportet ut restituamus corporis calefa-
ctionem et incipiamus cum modico calore et paulatim mo-
dicum ad maiorem ascendimus. ne subita corporis
mutatione infirmus deficiat. Dabimus itaque eis
syrupum factum de zuccaro et bene sit calidum precipue
cenamen. vinum non multum vetus ne dolorem
capitis faciat et corpus eius desiccet. Sedeant
in aqua in qua cocta sunt camomilla baccalaur
frondes ysopus et fuerint de ligno a-
loes. Caueat omnino a coitu. Quorum vero
si augmentatur incipit. dabimus tyriacam et
bo repugnare volentes · sed virtus consideretur
ff et accuratissime eam investigemus utrum
morbo possit repugnare prius quam incipiamus
flobotomiam · qua forti existente maxime in initio
morbi sanguis minuitur · sed in statu et augmen
to omnino negamus · quia in hoc utroque tempore
non sentimus sentire ut virtus sit fortis quia est
impedita in morbo repugnando · qua si c
ho cataractico aliis ve rebus impediremus
deficeret et corpus non regeret infirmus quod per
flobotomiam quod sana virtute existente quia est mo
lestissima et parientis nociva si sint in au
gmento vel statu · quanto magis erit pessima
cum sit in illis temporibus virtus debilis · Verum
etiam si sint in initio morbi debilis · negetur
flobotomia · quia mala est · minus tamen est mala
quam si sit in statu · Nam si sit in initio inf
irmi longa erit pedito v. in ... vii vel xiiii.
In statu vero exitus minatur periculum aut
in illo die aut in alio in tria · Non sufficit
nobis testimonium et auctoritas que fuit ex
articulo infirmi · quia plurime apparuimus naturam
in his morbis sanguinem per nares et per alia
loca purgare · Unde manifeste si virtus sit
bona quesierit infirmus quod est in iuvamentum salu
tis proprie si sit in die recta · Natura vero
si sit debilis morbus augmentatur et natura de
bilior efficitur et periculum creditur · maxime
si non sint in die recta · Palam igitur est
quod flobotomia in defectione nature licet etas
complexio infirmi regio et aer sint bona mo
lestum est · Virtus enim est fundamentum omnium ali
orum · et ipsa omnia sunt propter ea · Unde G. quidam
testatur ex flobotomia in hac passione mortem
subisse · sed quidam medici in aliis locis
si egrotantibus confisi virtute debilem negligentes
cum flobotomiam iusserunt quod causa mortis extitit

Cum sit ergo hic sanguinem minuere non audeamus
cum flebotomia neque cum scarificationibus oportet nos calo-
rem sanguinis eius et ferrorem mitigare cum succo
malorum granatorum et oxizaccara. Bonum est quod aquam
frigidam ieiunus bibat quia calorem extinguit.
Sed tamen non temerarie nisi cum sciamus pectus et visce-
ra esse sana et principalia membra ac debilita-
tibus aliqua quia aqua frigida noceret pectori et omnibus
visceribus et principalibus membris si apostema habu-
erint. Omnia etiam membra frigida noceret nervis
et materiam morbi crudificaret et ingrossaret. Sed si
apostema tanti sit caloris ut frigiditati aque valeat
repugnare damus potum aque. Item negandum
est aqua frigida et si hec loca sint sana nisi nullum
signum coctionis in urina appareat. Sed tamen prius
considerandum est egrotus cum vel sanguis animam
extinguentibus. Nam si sanguis multum fuerit
usque dandum est [illegible] cum succo granatorum
decoctione violarum, sirupus de prunis et oxi-
sacchara. Demus etiam ptisanam cum succo granatorum.
Et si egrotus per ista non liquefiat sanguis quia perma-
neat in sua ustione dabimus cataputia oxisac-
chara et prunorum. Sed tamen si pectus sit sanum quia acetositas
calorem naturalem mitigat quod quidem moderate gre-
datur non multum ne noceat pectori et nervis
stomachi cum sua acetositate maxime quia inflatio et
dyspnoea hanc frenesim sequitur. Et si pectus et nervi sint
sani et sciamus quod acetositas non noceat eis
oxisacchara ℥ i, [illegible] et pruna xx, [illegible] ℥ i vel
℥ v coquantur in iiii lb aque ad medietatem decoctionis
colentur et misceantur ibi pulpa tamarindorum
cassie fistule ana ℥ i que sicco colata potui tri-
buatur. Et si sanguis non multum sint calidus
negemus aquam frigidam et liquefaciamus ege-
stionem cum succo [illegible] apparate additis sin-
gulis ℥ manne et cassie fistule. Si autem egrotus
per hoc non liquefiat supponantur de penidiis [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
non sufficientibus clisteri ex [illegible]
malva silvestre [illegible] in aqua ad
tertiam et in dimidia lb coctionis mittantur sin-
gule ℥ penidiarum [illegible] et [illegible]
ana ℥ i sal gemme ℥ ii nitri ℥ i. Si pa-
tiatur dolorem in capite liquefiat [illegible]
cum oleo [illegible]. Cataplasmata in utroque tempore
apponantur [illegible] sandalorum [illegible] malvas
[illegible] cum succo [illegible] vel aqua rosacea. Insi-
dant manus et pedes in aqua tepida in qua
cocta sint camomilla et viole. Crura ligentur
cum fascia. Studeamus etiam in hac frenesi ut non
ponatur in capite ullum cataplasma aut fomen-
tum quia plurimum in hac frenesi catarrus et [illegible]
evenit. Et si febres habentes stuporem in[illegible]

patiuntur et extremitatem in oculis ut non possit
eos aperire neque loqui caveat unctiones
cataplasmata et fomenta ne capiti appropinquent
neque naribus. Sed pedes et manus in aqua
mittantur in qua cocta sint camomilla et viole
et fricentur manus et crura fortiter. Plante
quoque pedum in aqua cum sale et oleo fricentur. Ab-
stineat a nobis [illegible] plus possunt et accipiat
pecium panni lotum cum succo granatorum. Et
si infirmus subito excitetur a stupore et vertit
se ad dextram et sinistram venter eius etiam
sonet quasi tonitruum et post permanat venter
solum illa inflatio non solvatur mortem pre-
nunciat quia tunc eius somnus est pestilentialis crea-
tus de corruptorum humorum ebullitione cum ex-
traneo calore sicut fit in cadaveribus mortuorum
cum non regitur calore naturali et non mundifican-
tur fetores eorum et putredines ab eis ma-
xime si in extremitatibus corporis apparuerit
pectoris livide et obscura vel pectora livida
et obscura et magnum corporis locum tenu-
erit. Hec enim significant ustionem humidam et
vomitatem extinctionis caloris naturalis. Et
si hec frenesis apostema fuerit in diafragmate cure-
mus eam hoc modo. De pleu[resi] [illegible]

Superius diximus quod vera pleuresis est ca-
lidum apostema nascens in diafragmate propter humores
a cerebro ad pectus fluentes. Aliquotiens tamen
materia descendit ad latera costas relatas
et aliquando in pulmonem et non manet in diafra-
gmate. Sed si fuerit in pulmone erit dolor levior
quia pulmo est insensibilis propter humores ab eo a-
latos. Spiritus tamen est angustior quia pulmo
est maius instrumentum spiritus. Et si materia in diafra-
gmate venit fit spiritus levior et dolor fortior
propter multitudinem humorum in eo existentium et colli-
gantiam quam habet cum cerebro. Propterea si vel
vera pacientur sunt dicta ad sanandum maxime
si fuerint in nervosa parte diafragmatis care-
rem non habentes. Valde enim in loco nata
nervoso incurabilia sunt. Que si fuerint
in carnosa sunt dicta ad sanandum propter vi-
cinitatem suam motus quem habet. Et non solum
vulnera diafragmatis sunt difficilia ad curan-
dum sed etiam ea que sunt in omnibus locis sub
diafragmate existentia sicut continentia ventrem
et intestina quia corruptio omnium humorum ad
hec loca venit quia sunt ultima loca fere
propter hoc oportet medicum vulnera describere que
fuerint in hiis locis quantum unctus tolerare
potuit. Superius diximus quod pleuresis fit de
puro sanguine et aliquando de colera aut fleumate
et aliquando de turbido aut mixto generatur et non

mixtis de omnibus aut pluribus horum generatur
Sed differunt inter pleureses species in colore sputi
qualitates quas insinui. quia si materia sit sanguinea
sputum erit rubeum tussis humida. corpus plenum
tactus mollis et suavis sitis parva. pulsus
magnus et largus vrina rubicunda et tem
perata in liquore. aut aliquantulum grossa. Si autem
sit colerica sputum erit citrinum. tussis sicca.
corpus macrum calor pungitivus et acutus si
tis nimia pulsus velox et acutus vrina
subtilis et lucida et ignea. Si autem sit fleumatica
sputum est album tussis humida corpus pingue
effigies mollis et parum colorata febris est de-
bilis. sitis parva pulsus latus et tardus v-
rina vitellina aut ut citrinum pomum. liquor
eius grossus et aliquando subtilis et albus quod est
malum. Materia vero melancolica sputum nigrum
corpus macrum et siccum pulsum subtilem et tar
dum vrina columbina aut aliquantulum viridem
Materia si de omnibus pluribus vel humoribus fu
erit mixta sit color sputi mixtus secundum
humorum commixtionem. Similiter cetera parentes
qualitates erunt mixte secundum autem Ysaac
digestionem materie sputum album sit et aliquantulum ru-
beum quod significat materiam esse levem necque obedientem
Signo igitur sanguinis apparente quod morbus
est sanguineus. detur quod ad fistulas ascenden
te cum omnia flomabus. Deinde succurre cum ca
taplasmatibus calorem sanguinis extinguentibus
et dissolutis sicut est succus malve viscus viol. et
(?) mundum omnibus coctis et colatis. et addito
oleo viol. et pannus in eis infusus parienti
loco ferveus imponatur si tempus est calidum. Si vero
frigidum calidus. Et si calor febris non est fortis addi
mus cataplasmati camo. Item si virtus sit forti
or etas competens insimul temporis regio et consuetudo
et cetera sint convenientia detrahatur sanguis primo quia
morbus augmentatur incipiat et febris confortetur
Malum enim est si postea minuatur propter nimiam debi
litatem. Et si plus(?) … materia est sanguinea et virtus
est fortis. flomia convenientior erat. et si cetera
sint convenientia. caveat tamen ne tenuis sanguis mi
nuatur cum virtus debilis est quod molestum est. Et
si minuatur caveat tamen ne sit de basilica et de in
fimo latere. Da manne ptisanam colatum cum
amigdalis et zuccaro. aut cum sirupo viol. si patiens
constipata est. vespere micam panis cum amigda
lis lota et zuccaro trita. Sorbeat dulcia
granata. Et si consuetudo fuerit eius multum
comedere et ptisanam eius non sufficiat. Da
maluam cum placentibus(?) comedat cum … cicera
cocta cum amigdalis. In die tamen … sub
tilietur et solum ptisanam detur. Et si sputum

in iiii° die sit album leve vincitur facile quod ege
ditur cum vna aut duabus tussibus; recipiet curam
in die vii. Si autem in iiii° rubeum est cum signo
coctionis apparente et sputum sit leve vinctum
viscosum et aliquantulum album et leviter exeat
bonam crisim expectabis in xi vel xiiii maxime
signis salutis apparentibus scilicet virtute levitate
bono sompno et appetitu. maxime in hora
qua erat solitus illum habere insanitate et signum
coctionis in vrina eadem hora sanitatem. Unde
si nimia tussis appareat et maneat has pillas
dabis. Recipe gummi dragaganti seminis citonii mu
dati ana ℥ iii seminis portulace ℥ ii seminis cucumeris ℥ iii
amidi ℥ iiii omnia pulverisata cum sirupo viol.
temperentur et fiant pillas in modum ciceris quarum
vnam sub lingua teneat donec liquefiat. Deinde
aliam accipiat sic plurimus. Et si passio sit colerica
et acuta cataplasmabis pro de sandal albi viol.
ana ℥ ii psillium … ℥ i et ss. cortice …
℥ iiii. rad. malve ℥ ii et ss. omnia pulverisata
temperentur cum succo semperviue et oleo viol. acci
piat ptisanam tritam cum amigdalis et zucc.
deinde accipiat panem lotum cum zucc. Vespere sugat
mala granata et vvas hiemales maduret. Si
egritudo sit constipata lenifiat cum manna viol.
zucc. cassiafistula soluta in aqua … Et sic
Unde si dolor in capite vel alienatio timue
rit linificant nares cum oleo viol. aut memi
fare. Cataplectur frons de sandal et ros.
temperatis cum aqua ros. Caveat ne aliquod
cataplasma imponatur capiti ne clausis poris
fumus in capite augmentetur. Et si sputum
rubeum sit in iiii° die minatur crisim in xiiii
aut xxi secundum quod materia levis gravis ve fuerit
Et si citrinum in iiii° die apparuerit longitatem
morbi significat. sed tamen nondum timorem aut
salutem significat. Sed in vii mutetur in ru
borem et alia bona signa sint in longo
tempore salutem ostendit esse futuram. Si at
usque in vii permaneat citrinum et illaudabilis
appareat significationes timoris viridum demon
strat. Si autem significationes sint mediocres. fit
tarditas timoris secundum significationum commixtionem
Cataplasma valens contra pleuresim que est cum
febre acuta. Recipe malve psillium … ana ℥ v.
viole sandal albi ana ℥ ii seminis portulace ℥ x
omnibus pulverisatis acetum ros. albi ℥ v. olei ros.
℥ xv que liquefiant ad … pulvis mi
sceatur. Magister quod intendit materia libri sunt in
hoc loco de acutis febribus et accidentibus eas se
quentibus. sit quod pleuresis vna de illis acutis
sed quod eius disputationem in modo completiva est
tamen alia pleuresis que non sit cum acuta febre

est enim de materia fluida vel mixta de qua librum
meum nolumus dementare. Vel disputavimus de
ea. Nam si certissime noverimus plenissime fluidam
esse aut mixtam assuefaciemus cataplasmata
sic dissolutiva. Recipe hic. Recipe seminis lini ℥ iiii. semi-
nis ... ℥ ii. radicis malve ℥ iii. ordei mundi ℥ ii.
coctis in aqua et colatis et addito amigdalarum
oleo ... vel et spongia in eo infusa loco
patienti supponatur. Accipiat patiens cum sebe-
sten liquiricie et iuiubis cum zuccaro apozima. Recipe
sebesten xl. iuiubarum xx. ficus v. liquiricie ℥ iii.
seminis lini assi ℥ iii. omnia coquantur in libris iii aque
ad medietatem et addita ℥ i. mellis violati et cola-
tum potui detur. Electuarium suppositorium valens. Recipe dia-
gaganti ℥ ii. gummi ℥ xx. seminis lini assi ℥ iii. liquiricie
℥ iii. amigdalarum ℥ iii. seminis ... ana ℥
ii et semis. tempera cum melle violato. Da ei ius cice-
rum rubeorum et spinachie ... decoctione ... dactilorum (?)
passularum mellilote ... ex camelea
vel et pilulis. Et si ... ante xl. dies ... non
mundificetur mutabitur in ptisim ... Unde ac-
cipiat hic mundificativum apozima. Recipe radicis
maratri et apii ... malorum granatorum ana ℥ i.
xxx sebesten l. iuiubarum ficus v. liquiricie ℥ iiii. ma-
rathri ana ana ℥ ii. seminis malve ℥ ii. amigdalarum
amararum et dulcium ana ℥ v. coquantur in v. libris
aque ad tertiam et xiiii ℥ colate potentur. Et si
fortius vis mundificare adde cum predictis ℥ ii
ysopi et ℥ v capilli veneris. Aliud apozima. Recipe
... mundate ℥ ii sebesten xxx. iu-
iubarum xxx. liquiricie ℥ v. ysopi ℥ iiii. seminis lini
assi ℥ iiii et coctis in libris iii aque ad me-
dietatem libra i et colatis dabis potum cum ℥
v zuccari. Electuarium pectus et pulmonem mundans
de grossis humoribus. Recipe foliorum ℥ i. pinearum
℥ ... xx. amigdalarum dulcium et amararum ana ℥ vii
seminis lini assi ℥ x. mellis quantum sufficit. Da in mane ...
Aliud suppositorium valens. Recipe succi liquiricie amig-
dalarum amararum ana ℥ i. gummi malorum granatorum ana ℥ i
et mellis quantum sufficit. Aliud. Recipe succi liquiricie ℥ i.
pinearum amigdalarum dulcium et amararum medulle
seminis bombacis ana ℥ vii. uve passe enucleate
tantundem ponderis quantum omnes species prestate (?)
cum medulle ... et penidiarum quantum sufficit. Pillule.
Recipe succi liquiricie ℥ i. ... ℥ i. amidi seminis li-
ni assi ana ℥ ii et semis. medulle seminis bombacis
℥ ii et semis. tempera cum lacte asine et fiant pi-
lule in modum ciceris quarum una sub lingua
teneat quousque sint deglutita. Deinde aliam
accipiat. Aliud. Recipe amigdalarum amararum et dulcium
seminis lini assi medulle bombacis pinearum ana
℥ iiii. ana ℥ iii. fabe munde ℥ iii. gummi dia-
gaganti ana ℥ ii. zuccari ℥ iii. penidiarum ℥ iii.

coquantur zuccarum et penidie in succo maratri donec
ad spissitudinem mellis venerit et cum eo
speciarum pulvere temperato fiant pilule in mo-
dum ciceris.

De febre putrida.
De causa putredinem adiuvante.
De sinocha que fit de putredine sanguinis.
Que de causa accidunt valde et eorum curatio.
De continuis.
De febre que alios morbos sequitur.
De quartana et causis eius.
De febre que dicitur epiala et lipparia et curis eius.
De diversitate febrium interpolatarum propter quantitatem et qualitatem.
De compositione et duplicatione febrium.

Quia disputavimus de fe-
bribus in spiritu nascentibus
id est effimeris et de eis que
fiunt in solidis membris
id est ethicis et de utriusque
accidentibus quarum una est
nascens de ... id est
causon altera vero nascitur ex putredine sanguinis in ma-
teria et vocatur inflativa. Oportet nos or-
dinate de putridis febribus disputare. Unde
primum dicendum est quid sit putredo et qua
causa generatur et quid et que corpora putre-
dinem cum suis qualitatibus recipiunt et que
non cum una qualitate et que non recipiunt eam
nisi accidentaliter. Unde dicimus corporum compositorum
que sunt extra naturam et temperamentum sit quadru-
plex complexio. Prima est calida et humida. Secunda calida et sic-
ca. Tertia frigida et humida. Quarta frigida et sicca. Qua-
rum nulla putredinem recipit vel generat nisi
calida et humida quia putredo in ea naturalis est. Causa
quia putredo vero generatur ex humiditate
qua liquefit et dividitur materia que putrefieri
debet dilatans eam ad extremitatem et faciens
eam leviorem facilem motum currendi. Et calor
... ex calore calefiat ... et fer-
veat. Unde non naturales ... qui sunt con-
tra calorem naturalem cum ebullierit ... quia pre-
valuerit fit eorum ebullitio extra actionem
nature. Que ebullitio et ... cum fiunt
non ex actione nature eius ... in ea
neque dividit ut mundificet neque expellat.
Unde fit ea materia conveniens ad corruptionem et
putrefactionem. Quia putredo non est aliud nisi
corruptio humiditatis et liquiditatis corporis
per ebullitionem et ... extranei caloris
venientis. Proinde putrefactio non est nisi cum qua-
litatibus ad exteriora se moventibus id est calore
et humiditate. Quia humiditas eam dilatat et
dividit materiam et calor eam dividit in exterioribus faciens

eam tenuem inveniet longum calorem quo possit bulli-
re et turbidam eam facere quam bulliendo calor
penetrans et tamen non diu sua complens digestionem
neque partem illaudabilem a laudabili dividens
sed miscens utramque corrumpit eam quia putre-
facit quia putredo sicut diximus non est aliud quam
corruptio humoris actionis cum bullierit per ex-
traneum calorem. Partes enim illaudabiles a laudabili
non potens dividi ac mundificari corrumpit
eam tota ac putrefacit. Quamvis autem quando
motus ab extremitatibus recedit sic frigiditas
et siccitas non recipiunt putredinem quia sicci-
tas desiccat coadunat et repugnat dilata-
tioni et divisioni, sic etiam frigiditas congelat resfri-
gerat et resistit calori et ebullitioni. Eodem modo
si quidem sunt composita de duabus qualitatibus quarum
una ad unam movet ad interius et alia ad
exterius sicut calor et siccitas, humiditate et frigiditate
que non recipiunt putredinem quia calor licet
materiam ad extremitates suas dilataret, siccitas
tamen coadunat et desiccat eam et prohibet eam dila-
tari et bullire neque eius actioni obedit. Simi-
liter humiditas quamvis materiam liquefaciat dila-
tet et tenuem faciat ad exteriora, frigiditas tamen
congelat et ingrossat eam et prohibet eam ne ali-
quam humiditatem educat. Palam ergo est non
posse fieri ebullitionem et putrefactionem nisi
cum humiditate mollificante et dilatante et cum
calore faciente ad extrema. Res ergo quarum
partes non dividuntur nec dilatantur et bulli-
unt raro putrefiunt. Quod per testificatione. Nam
ebullitio non est nisi propter calorem et humiditatem.
Cum videmus omnia que in aqua coquuntur quod
dissolvuntur et mollificantur. Que non assa-
tur desiccatur et induratur.

Maior causa putredinis generans est constri-
ctio corporis et pororum opilatio et gelu-
sio humorum ad invicem in eis. Poris enim clau-
sis et constrictis raro feres tunc digestionis
in interioribus corporis remanet. Quibus si ali-
quid evenerit propter defluat per causam cibaria et
cumulatur aut corrupti putredo ut aer
per aeris perflationem de corporibus mortuis exi-
ens corrumpit omnium corporum complexiones et generat
pestilentiam et pessimam in eis infirmitatem. Causa
constrictionis pororum generaliter in duo dividitur:
aut fit de interioribus aut de exterioribus. De
exterioribus sicut de aere frigidissimo balneis sto-
pticis vel sulfureis aluminosis vel nitreis. De
interioribus ut sicut grossities humorum et viscositate in in-
terioribus corporis coadunatur propter requiem
et delectationem et exercitii ablationem et assi-
duitatem grossiorum et viscosiorum ciborum

et multe quantitatis non per ordinem acceptorum
neque cum stomachus est inanitus quia in talibus requiei
et suavitatis corporis inficiat. Vinum album non
digestum sed ingrossatur et spiritus efficitur. Primum
superfluitas tunc digestionis ad poros cutis gros-
sa et viscosa veniens et non potens egredi clau-
dit et opilat poros cutis. Sicut fecem vini ce-
demus claudere foramina doliorum et prohibere
grossitudinem vini ne exeat. Eodem modo si cibus
grossus et viscosus sit naturaliter multum etiam co-
medatur iterum aggravat ventrem neque eum digerere
et permanet crudus. Similiter cibus acceptus post-
ea non diu manens indigestus permanet. Que causa
similiter grossitatis et viscositatis ciborum. Bal-
neum etiam post cibos non diu digestos: calor balnei
trahit cibi humiditatem ab interioribus ad exteriora.
Unde per suam cruditatem non potens egredi constipat
poros. Contra qui comedunt ultra quam virtus to-
lerare sufficiat quo imperfecte digestum aliquid sumi-
tur. Unde postea egrediente trahit cum eo quod
non diu fuerat digestus quod vero descendens et
ad poros veniens in sua grossitie et viscositate
eos opilat. Hec sunt cause putredinis fe. putri-
das facientium. De signis fe. putridarum

Signorum autem putridarum febrium sunt ex-
prima est quedam pruritus et in corpore inveterata
tamen nunquam fit. Non nascitur de pruritibus scabies aut
exterioribus ut fiat accidit. Unde effimera de
pruritibus exterioribus causis nascens et inveniens
aliquid in corpore inveteratum calefacit et putre-
facit illud. Secundum ergo est causa quedam accidit
putrefactionem eam antecedens. Sicut videmus
hiemem accidit extremitates corporis urere
et eius virtutes separare quia propter vicinitatem sue
frigiditatis calor ad interiora coadunatur. Qui
ad exteriora nequiens egredi incendit et urit
extremitates. Tertium ergo est causa inceptionis licet
non sit naturalis. Quartum signum est quia rigor semper
antecedit putridam febrem et frigus maxime sit ex
vaporibus et sensualibus membris veniens. Sed tamen
non omnis febris rigorem vel frigorem habens sit
putrida quia aliquando rigor accidit effimere acci-
dentaliter. Namque effimera si malos in corpore
humores inveniat calefacit eos et fumum per-
vorat quo semper in ea membra pungente rigor
nascitur. Talis enim rigor non diu permanet.

Rigor autem differt a frigore quia in rigore sen-
tit patiens punctionem quasi acus et spine sint in
eis infixe et non permanet diu quia causa eius
acuta sit cum motu humores. Frigus
sentiunt infirmi quia minus congelatio sit de eis
mixta quia causa eius sit crassi humores et tardi
ad movendum. Tertia quia putrida incipiat

et melius in paroxismis interpolat non pessima et levissima materia exit. Unde disputavimus de causa sanativa interpolationis et duplicationis. Unde dicimus quod causa putredinis febris est materia in corpore coadunata dum que vel de morbis humoribus est mixta vel est pura. Si sit commixta interpolatur infinite. Propter causam putrefactionis materiam febris calor non naturalis est. qui si invenerit materiam putredini convenientem calori obedit, sive autem actioni eius repugnat. Propterea sanguis qui cum utraque qualitate putredini convenit cito extraneo obedit calori. Unde fit febris continua interpolatio enim non est propter aliud nisi propter materiam extraneum calorem impedientem in sua duritia. quod necesse est ut calor extraneus dividat. Deinde calefaciat et eam fluere faciat. Secunda ratio est quod colera cum una qualitate putredini convenit et cum alia non fit cum calore conveniens et cum siccitate non impeditur ergo calor donec illa siccitas sue actioni obediat. Flegma quod cum una qualitate putredini obedit id est humiditate et cum una non convenit id est frigiditate necesse calor moratur in frigiditate quousque sue actioni conveniat. Tertio modo quod cum utraque qualitate putredini repugnat multum impedit calorem naturalem vel extraneum. Propterea interpolatio eius tardior et longior est ceteris. Quarta signum est quod calor putride febris est fortissimus et sensui pungitivus. Nam manus super patientem imposita cum febris adest sentit punctionem caloris manum perforantem manu etiam ablata permanet calor. Quinta signum est quod predicta febris maximam generat angustiam propter contrarietatem fumi putredinis in sito bullientis. Unde si materia sit subtilis et virtus sit fortis fumus eius dissolutus et partes conquiescunt pulsus temperati et convertuntur ad suum ordinem. Et si sit grossa et humida tarda quod ad movendum naturam aggravat ut propter eius dissolutionem deficiat. Unde fumus ingrossatur in corde et angustia augmentatur. pulsus quod convertitur a sua naturali qualitate ad innaturalem.

Sexta signum est quod in statu putride febris signa ostendunt complementum putredinis id est dolor capitis sitis siccitas oris et angustia. Septima signum est quod corpus in putrida non mundificatur cum febre in unaquaque quiescit accessione quod materia putredinis est in interioribus corporis clausa. Octava signum est quod putrida materia si sit inter vasa fit calor inseparabilis. qui licet aliquando fortis aliquantulum tamen sentitur. Et si sit extra vasa fit cum interpolatione. Nona signum est quod urina in initio putride cruda est et indigesta propter cruditatem materie. Decima signum est quod pulsus putride durus est et plenus quod vasa sunt plena grossis et crudis fumis. Nam omnis homo febre patiens non sudat in initio. Sed in fine ad augmentum

remittente fit pulsus in prima accessione parvus et varius. Crescente autem vigore et calefacta materia fit pulsus plenus febre ad exteriora dilatatus. unde dilatatio maior est quam constrictio. Sed quidam medici attribuunt quod paucitas sudoris in initio febris putride causetur propter caloris fortitudinem corporis humiditatem paulatim extenuantem quod falsum est. Quia si paucitas sudoris fuisset causa caloris humiditatem desiccantis pulsus esset inanitus et varius, et nos in initio febris putride videmus pulsum esse plenum et durum. Sudoris ergo paucitas in initio putride febris est propter grossitiem materie et duritiem eius ad dissolvendum inobedientis. Sufficit ergo quantum disputavimus de causa putride febris. Incipiamus ergo et dicamus de unaquaque specie putride sicut ratio postulat. Et quod in epidimia ypocras iussit semper medicum sequi debere actionem nature. oportet nos suam auctoritatem sequi. dicit enim oportet medicum ministrum esse nature. Quare incipiamus a sinocha que fit de putredine sanguinis. quod sanguis est principalior ceteris humoribus. et hoc tribus modis.

Uno quia est temperatior et suavior ceteris. Unde fertur enim natura esse materiam et nutrimentum totius corporis et regimentum. Alio quod cum sit acceptabilior ceteris. fertur enim natura materiam esse et principium in adolescentia ad suum videlicet nutrimentum. quia propter debilitatem suorum membrorum adolescentes nequeunt pati nutrimentum alterius materie que sit longinqua a temperamento. Tertio quia propter amorem eius et dignitatem fertur enim maiorem quantitatem quam ceteri et diffundit cum natura per totum corpus. Sed igitur quia videmus tantam nature esse dilectionem in sanguine ut tam digniorem facere oportet inde principaliori et nature familiariori incipiamus. Sed si quis interroget quid differt inter sensum naturalem rationalem et animalem. Sciendum quod sensus tripliciter dividitur. Alius est animalis. alius rationalis alius naturalis. Naturalis est quem videmus esse in omnibus membris animalium. quod sentiunt materiam que est eis similis. et iste sensus dicitur esse tota species quod sit a virtute que tota species dicitur. Unde eam per se trahunt sicut fellicula amaritudinem sanguinis sentiens et eam ad se trahens et sic unumquodque corporis membrum suum simile ad se ducit. quemadmodum ossa quod siccus et frigidus est ad se trahunt, cor et lactis quod calidus est et humidus, cerebrum quod frigidum est et humidum. Animalis autem sensus est sicut lingua que sentit saporem. oculi quod cum sentiunt colorem formam et figuram. Aures autem que sentiunt sonitum et similia. Sed rationalis sensus pertinet rationali anime ut apprehendat rem rectam. verum virtute et verum a falso discernat

Sanguis secundum cursum nature existens in ve-
nis et arteriis clauditur. quia super eius
vero quas per totum corpus disponitur et ipsum nutrit
Cum vero a suo naturali loco digreditur non custoditur
a natura sed eius regimine dimittitur. Unde corrumpitur et
in diversos morbos mutatur. maxime si ultra men-
suram naturalem egreditur. Et si in suo permanserit loco
et sua propria quantitate. et agit quod ipse facere debet. nu-
trimentum et regimentum omnibus membris tribuit. Sed
si in quantitate augmentatur. mutatur a sua propria quali-
tate. unde coit cum natura. eius quia regimine dimittitur
unde permanet crudus et indigestus. et corpus non nutrit
Natura ergo putrescit et febrem putridam generat que sy-
nochus appellatur Et si reprehendunt nos quidam
dicentes. cum accidit sanguini putredo cum sit anima
eius necesse est et penitus negatur et mutatur corpus. Respondemus
Sanguis licet anima sit necesse tamen cum augmentatur et
aggravat naturam. unde odio tenetur ab ea. sicut pater
odit filium cum ei inobediens sit Sanguis ergo egressus
a temperamento egressus aut a naribus exit et per nares
exit. aut per alias corporis partes egreditur.
Quod cum quidem si non potest expellere dimittit eum
unde putrescens febrem synochum generat. Dicimus
quoniam sanguis. aut est intra vasa. aut extra vasa et
corpus. aut plus extra vasa Sanguis autem qui
est extra corpus. aut est accidens necesse secundum crisim. sicut vi-
demus in die cretica sanguinem fluere per nares per
emorroidas per fistula. aut non secundum naturam propter
aliquid occasionis accidens necesse eam cogens ut
extra exeat sanguinem. quod aut fit intus. aut
extrinsecus sicut sunt incisiones gladii aut hiis simili-
bus contingit. Etiam vero cum aliqua pectoris vena
rumpitur. aut propter multitudinem sanguinis vel orga-
norum superat angustiam. Sanguis autem compo-
situs extra vasa est. aut est in toto corpore. aut
in uno loco clausus. Si in toto corpore fuerit generat
tumorem ruborem et calorem in toto corpore Si su-
erit in uno loco et maturatur mutatur in saniem
Et si non digeritur generat tumorem ruborem in eodem
loco. Sanguis vero qui est intra vasa. aut est in omnibus
vasis. aut in quibusdam est. Si fuerit in omnibus
synocham generat. Si in quibusdam fiat in illo lo-
co febrem et aliud nomen accipit. quam cognoscimus
ex calore et dolore illius loci. Sed disputatio mea
non est de febre que fit in parte corporis. sed de
illa que fit propter sanguinem in omnibus venis pu-
trescentem. Unde patet quod de ea disputemus. oportet
nos invenire causam illius caloris generandi. Dica-
mus de re dicimus quod causa qua calor generatur vi mo-
dis est. v. sunt calorem facientes. et unus pessimus
Quorum primus est calor solis ignis et estus. Se-
cundus calida cibaria et potus ac medicina. Tertius
nimius motus et labor minuentes strictam membrorum

propter membra ad invicem se stringentia. Quartus est putre-
do. Quintus est gelusio pororum. Sextus est mansleria
corporis et privatio sue naturalis humiditatis. quia corpus
si in hac inscitiam fuerit fit paratum ad recipiendum
calorem Et quia hii sex modi sunt causa caloris et febris non
est nisi calor extra naturam Notum est ergo ut hiis vi stet
causa febris Sed si quis interrogat que sit
differentia inter febrem synochum que fit cum putredine san-
guinis et synocham que non fit cum putredine sanguinis
que inflationem vocatur Respondemus synochum
qui fit de putredine sanguinis parietes facit
putridam venam. propter putredinem sanguinis et pul-
sum facit inordinatum quia ostentio eius velocior est
quam dilatatio. propter naturam festinantem se ad expellen-
dum sanguinis putrefacti fumositatem Inflationem vero
sic demonstratur quia vena patente nullam habet putre-
dinem. quia eius materia pura est sanguis non putrefactus
Rursus si dixerint que sit differentia inter febrem que
est de putredine sanguinis et febrem continuam que fit de
putredine ceterorum humorum Respondemus febris
que fit de putredine humorum licet videatur esse
continua. Bene tamen medicus si bene eam investigaverit sen-
tit eius interpolationem que fit inter finem unius accessionis
et initium alterius Sed synochus nullam habet dimissio-
nem nisi aliquam singularitatem in extremitatibus diei
cum aer fuerit frigidus. que mitigatio non fit propter
febrem sed quia infirmus quiescit et gaudet de aeris
frigiditate febris autem mitigate que febris tribus
modis fit. quia quedam est equaliter ab initio videlicet
usque ad statum. est et quedam in initio debiliter inci-
piens et paulatim ascendit usque ad statum. est et alia
fortiter incipiens in initio. deinde [illegible]
descendit usque ad statum Causa quia materia que pu-
trescit de sanguine. aut est tanta quantitas dissolvitur
aut minor quam dissolvitur. aut plus Unde si tan-
ta sit materie putredo quanta eius dissolutio est
nascitur illa species synoche que dicitur homotena
quia quod in unaquaque die dissolvitur. idem et putre-
fit. que autem ita sit servat mediocritatem inter spem
salutis et timorem mortis Et si quod de materia
dissolvitur maioris fuerit quantitatis quam id quod
putrescit. nascitur illa species que dicitur epaugma-
stica que salutem significat Nam si quod de materia
dissolvitur maius est eo quod putrescit. finitur
paulatim materia unde notum est ut remittente morbo
ad statum vel ad crisim. nichil de materia illa aut
pusillum remaneat. quia virtus est fortis Rursus
si de materia plus putrescit quam dissolvitur fit illa species
quam dicunt augmasticam que species est pessima
et timoris minatrix. quia illius materie multa quan-
titate putrescit et pauca dissoluta. notum est
ut in omni die augmentetur febris angustia et mo-
lestatio. Unde timoris est dubietas. quia in unoquoque

dicte augmentante materia timemus ne in statu tanta illius materie quantitas augmentetur ut nullo modo natura eam pati valeat, qua de re natura cadente morbus dicitur. Significationes autem sinoche duobus modis sunt, aut antecedentes eam sicut fatigatio, gravitas et plenitudo membrorum, rubor et calor in exterioribus corporis, aut subsequentes eam sicut dolor capitis cum incensione et gravitate, rubor faciei, tumor timporum et extensio venarum, sufficienter eminentia, turbatio et tenebrositas oculorum et figure rubee ante oculos apparentes, pulsus fortitudo et velocitas et eius magnitudo et plenitudo atque mollities organorum, fames parietis est quasi fames labrorum egredientium, urina rubicunda et spissa in liquore. Causa fortitudinis pulsus est propter fortitudinem virtutis naturalis. Eius magnitudo est propter sanguinis calorem. Organorum mollities propter sanguinis humiditatem. Ruborem urine rubor seu rubedo et calor sanguinis faciunt. Splendor urine propter sanguinis claritatem. Sed tamen cum illa species de sinocha magis plus putrefit quam dissolvatur, augmentatur putredo in corpore et urina fit turbida atque color eius fit arsenicus. Accidit etiam hac febre patientibus inflatio quadam membrorum eis quam inflativa molestatur. Non enim differunt nisi quia ista est cum putredine sanguinis, inflativa vero minime. Et quia huius febris sunt accidentia, id est variole et cetere pestilentiales passiones accidunt, notandum est de eis disputatione prius quam curam eius incipiamus.

De fe. pestil.

Causa pestilentialium febrium plurima est mutatio et corruptio aeris in iiii^or temporibus anni. Et mutatio aeris fit iiii^or modis. Aut cum dominatur ei una ex iiii^or qualitatibus, aut propter fumum et pulverem terre cum spissitatem et obscuritatem. Aut propter fumum maris et lacus atque paludum, aut propter magnum fetorem cadaverum corporum aut aliud quod est ceteris peius. Propterea pluviarum pariuntur pessimos morbos de pestilentiali genere et pestilentialis febris non est de genere humidarum, quia fiunt pessimi morbus vel acutus aut venenosus. Similiter aqua nocet et destruit subito eam accipientem neque salvatur nisi rarissimi. Sic aer si corrumpitur et putrefit, quamvis pariter non evadunt nisi paucissimi. Aer etiam nobilior est cibis et potibus, quia velocius perforat ad cor et pulmonem cum flatu attracto sine ulla remotione. Propterea omnes infirmi et sani plurimi infirmantur de aeris corruptione. Antiqui considerati sunt maxime Ypocras, quia si in iiii^or anni temporibus aer corrumpitur, generantur in illo anno pestilentie et mortales passiones. Dixerunt etiam si fuerint in talibus temporibus hiemis scilicet in decembri,

Januario, februario prefuerint et pulvis in aere augmentatur et aeris complexio in siccitate mutetur, nulla hora pluvia et dies in qualitate variantur, ut videlicet una dies sit calida et altera frigida fuit, hec sunt pessima signa in hyeme. Vere autem accidente pluviali et turbido, nubes spissitudinem non dissolvunt nisi in iii^o aut iiii^o aut v aut vii die raro fuit. Febres pessime in hominibus et plurime nascuntur, variole et pustule multe. Erunt etiam plurime eveniunt mortales pestilentie. Dixerunt si ver et hyemps tales fuerint, necesse est ut in estate sit aer turbidus et humidus et non clarus et caloribus et tenebrosis pulveribus dicantur. Unde fit cum in corpore desudationes et pustulas generans. Corpora etiam non siccata neque humectantur sicut solita sunt in estate humectari naturaliter. Porro si iniunxerint quod estas, ver et hyemps sicut ut diximus, fit in initio accedentis autumni mortalitas in animalibus. Cuius exemplum ventus autumnale apparent in aere videlicet septentrionali flamme ac lampades multe ac diverse. Et si postea quesierit huius intentio causam, dicemus non posse hec que dicta sunt ab eis intelligi nisi prius accidentia motus stellarum sciat et coniunctiones earum ad invicem que fit circulis suis et qualitatibus earumque stellarum que sunt loca et in circulis et in unoquoque anni tempore. Porro si dixerint quod hec que dicta sunt sunt per actionem motus stellarum que veritas sunt in libris stabilitur a precedentibus, cum ea defendere contra repugnatores nequeant. Videmus corruptionem aeris non accidit nisi corporibus ad eam corruptionem preparatis. Unde cum medicus videat regiones aeris in unoquoque tempore anni ventum, potest innotescere maxime de corporibus corruptionem preparatis, prius quam corruptio accedat eis, et etiam temperamentum preparatum faciat ut venture corruptioni valeat repugnare. Nam si providet motus stellarum debere facere nimium calorem in aere et nimiam siccitatem et ustionem, tunc festinet ad purgandam coleram corporum quibus inest colera complexionaliter ne illius caloris fervore facillime per plenitudinem recipiat, dans quod frigida et humida calori venturo repugnant, quia rationalis anima dignior est stellis. Nam actio earum ei minime accidit nisi cum ignorantia teneatur. Cum enim illa sciverit, ea omnino caveat, quod testificatur ab eo quem vidimus ab optimis mathematicis, quia cum certissime noverint dies periculum mortis insentientes eius qui in mare ingrediuntur satis possunt eos tueri. Similiter et eos qui in bello morituri sunt, in quo quidem homo differt ab animalibus. Nam rationis et discretionis

est semper inquinare bona et deperdere et mala respuere eis quia repugnare. quia non est salubritas naturali actioni et pestiliali deperditio nisi cum ig-
norantia tenetur est. Sed cum sciat et discernat bonum
a malo verum a falso et iustum ab iniusto. que-
rit sibi bonam partem que est ei plus utilis
est. etiam proicit malam que non est ei plus
conveniens est animal

[de causa quare variole et morbilli]

Causa variolarum omnibus aut pluribus
nascentium materia est in compositione
fetus in vulva existentis. quando natura quibusdam
locis clausis a principalibus membris remotis
cum quibus viciniis propter debilitatem membrorum
fetus qualitatem illius materie non sustinerent. Sed
si materia cum movetur propter aliquod extrinsecum scilicet propter
pessimos chymos aut corruptum aerem a
suo loco egreditur. tunc natura repugnans expellit
eam ad cutem quia sibi vicinia est. Hac de causa
fiunt variole ut nullus remaneat qui eas habeat
quia causa materia fit in conceptione fetus. Sed plurime
adolescentulis et pueris fiunt. raro iuvenibus
et senibus. decrepitis vero numquam. Simplex est enim
illa materia in corpore usque in decrepita ma-
nere propter mutationem etatis temporis calidioris
et subtilioris et retardat duplicitatem. quia natura eam asse-
fert. Unde non movet nisi cum ipsa per se movetur.
Ideo quia adolescentuli et pueri plurimum hic patiuntur
quia sunt gulosi et cibos inordinate sumunt. neque
cavent aerem alia quam acutum. et illis quibus
est calida et humida complexio debetur que est putredini sa-
miliaris et generat. Signa quando nondum appa-
ruerunt hec sunt. dolor capitis in initio febris. rubor
et tumor faciei. turbulentia oculorum et lacrime
capitis et totius corporis gravitas pruritus in na-
ribus stimulatio pectoris asperitas vocis raucitas
punctio in corpore quasi ex aculeis missas. quia
materia volens egredi cutem et carnem separat ut fa-
cilius exeat. Sed plurimum in tertio die egreditur
et aliquando in primo vel secundo festinat propter magnitudinem
caloris febris. Sed variole in quatuor modis fiunt. aut
de puro sanguine. aut flegmate. aut colera aut
melancolia. Que de puro sanguine fiunt sunt rubee
superiusque acute et inferius late. cito quia maturan-
tur et in sanie conveniunt. sunt quia salubriores. quia
materia earum est sanguis et sanguis est amicus nature
et digestioni obediens quia calidus et humidus est. Si
sunt colerice sunt corpore citrinitatis prominentes par-
ve rotunde. tempora earum acuta et quando animus
pungitiva propter acumen materie earum. Precedentia signa
earum sunt ad timorem et ad salutem dubia. quia
si laudabilia signa eas sunt concomitantia sicut
coctio digestionis in urina in die secundo appa-
rens et febris calor statim mitigetur et variole

apparentes et ab eis humiditas effluit. bonum
nuntiant. contraria signa contrarie. Si sunt flegmatice sunt
albe late lenes dure quia ad digerendum vel sunt
indigestibiles quando materia sub cute putrescit. in-
imicus sub cute pruritus generatur. maxime si plura
salsa sunt. Que cum pruritu reperiuntur discoloratie
et fluunt ab eis putredo sanguinolenta. quod nuntiat
mortem maxime si urina crudia sit. Citrine aut
in initio sunt livide postea sunt venete vel omnino
de[illegible] nigre. in quibus non raro maxima humiditas. Sunt
enim parve et dure quasi dure grandine. unde sunt pessime
quia nulla humiditas quantitate quam materia aut humores
tempore valeat. unde sincopis et similia unde generantur
sincopis alienatio et defectio quibus apparentibus im-
minens est mors. Sufficiunt que diximus disputationes de
variolis. Incipiamus nunc de cura synochi

[De cura synochi]

Quia hec febris fit de putredine
sanguinis in vasis. debet flebotomia plus quam
non putrescens sanguis putrefiat. plus tamen consideranda
virtute etate tempore aere regione et consuetudine an sit
competentia. Deinde minuamus sanguinem ante statum. quia flebo-
tomia omnibus aliis synochi et synoche est utilior
et synoche tamen competentior est quia sanguis eius putridus
est. Et si omnia supradicta sit competentia victoria quam
non sit imbecillis. hiis sufficiendum est. Item omnibus
supradictis bonis et virtute existente debili ne te-
mere sanguis minuatur sed dicimus in circa
synoche in qua incarnatus sanguinem non debere
minui in statu nec in augmento quia mole naturam
impeditur. Nam virtus licet in hiis utrisque febris sit
fortis in augmento tamen et statu non opportet nos ei
recedere in initio morbi nisi virtus defecerit mi-
nuatur. Si autem in initio non audemus extingua-
mus ardorem sanguinis cum suco sanctis oxisacra et
pluribus. Deinde ptisanam cum amigdalis et zuccaro. Si sint
consuetudines liquefiant cum refrigerativis attenuatis
et dissolutivis. quia licet tamen febris sit acuta. putre-
do tamen eius oppilationem generat. Unde in refrigerativa
attenuativa et dissolutiva debemus putredo au-
gmentatur et morbus noxio confortatur. Solis enim datur
refrigerativis putredo augmentatur quia refrigerativa
non dissolvunt. Deinde ergo attenuativa refrigera-
tiva dissolutiva putredinem cum urina et egestione
et sudore provocantia in cum materia acutissima est. Sum-
mus enim in hac febre iii modos. aut est acutissima
et colericus aut gravis et fluvius. aut medius. Si est
acutissima. deinde suca et ardorem extinguentia
sit psillium succus cum ginatore oxisacra syrupus prius
notatis violarum suco mane et pluribus. Ptisanam
quam colatam et panem lotum et similia. Item si sit
grossior et fluvius dabimus succum lupini vel
endivie cum manna cassia fistula et pluribus. Si autem
sit medius deinde sunt. unde constituent

et pessarium sive suppositorium faciat. Si dolore
capitis patiantur nares liniantur cum oleo viole
et nenufaris. Tempora liniantur oleo rosarum cum ace-
to. Pedes eius infundantur in aqua calida in qua co-
cta sint camomilla et viole. Si habeat vigilias fiat
lotio cum aqua in qua cocta sint cortices papa-
veris semen lactuce viole et similia. Cataplasmetur ca-
put ex succo violarum portulace semperviue cum oleo viola-
rum nenufaris et similibus. Et si senserit in ventre
ardorem aut punctionem accipiat succum citoniorum
et malorum granatorum. Deinde etiam succum melonum. Palesti-
cis quia sicut dolore capitis non cessante fiat lotio
in eo lac mulieris cum oleo violarum. Pedes et crura
in aqua imbibantur in qua cocta sint camomilla
viole. Crura eorum ligentur quia ligatura trahit
materiam a superioribus ad inferiora. Si stupor est in men-
tis neque oculos possint aperire calefiat capita
eorum cum aqua in qua cocta sint camomilla centaurea
mellilotus viole et similia. Si uterque sit debilitas
et calor fortis calefiat solum cum viola et camomil-
la. Fiat etiam cum cantibus delectabilibus et dulcibus ad au-
diendum de genere musicorum quia anima delectatur
et confortatur et natura ad dissolvendum materiam excitatur.
Sed quidam arbitrantur naturam ex hoc impediri adeo
ut materiam nequeat digerere sicut alias et medicina
quod falsum est. Natura enim non impeditur nisi ex di-
gerenda re et mundificanda. Ea igitur quibus impe-
ditur confortat eam. Ita dico si in ea delectatur.
Et si dixerint de senectute nec facias accipites.
Prohibeas ne ad aliquod cogitandum se impediat
ne ad aliud cogitandum mentes inducat. Quia di-
citur naturam offendi in dividenda materia et eam
digerenda propter eorum impedimentum. Prudentes inter
hec duo magis est dicenda quia anima si in cogita-
tione aut in aliqua re fuit dedita coadunantur in
se virtutes et ad actiones operandas natura impeditur.
Sed sonitus delectabiles eam habent. Nichil enim
anime aut nature impediunt nisi solam delectationem
qua confortantur et fortiores fiunt. Hoc sic testifi-
catur. Videmus enim in adolescentulis cum ali-
quos facimus eis delectabiles sonitus statim
furor eorum mitigatur et sompnus eis procuratur.
Et si parietes singentes a stupore hinc et illuc
se vitant vel in vino lacte modo malis et cum
magis angustia pessimum denotat et mortis
denunciationem. Et si habuerint inflationem et sonum
quasi timpani habentem et post ventris solutionem et in-
flatio non cessaverit sit tercium signum ad mor-
tem quia significat pestilencialem fumum sive est inflatio
mortuorum cum naturalis calor abiens est ablatus.
Et si in corpore quedam pustule appareant livi-
de aut nigre sit pessimum signum maxime
si in brevis principalibus vicinantes fuerint. Et si

hiis accidentibus careat et patiantur fluxum san-
guinis ex naribus et urinas sit bona febris quia sit mi-
tigata et morbus sit in declinatione. Cephali-
ca incidatur. Quibus non sufficientibus curentur
ex medicina quam diximus in cura fluxus sanguinis
qui est in causon. Si patiuntur cordis tremorem im-
ponimus super sandalos secundum ordinem malorum cam-
phore. Cum in fornace febrium temperatum cum succo
portulace semperviue citrulli arnoglose et aceto. Su-
per eorum manipulos sternantur frondes vitium sa-
licum mirte basilice et vasa aqua plena in cir-
cuitu mansionis imbibantur. Cataplasmentur ex o-
leo rosarum. Citrini nucis (?) et similibus. Cataplasmentur ad
ex succo citrulli citonii vitis agrestis et succo ar-
noglosse cum oleo rosarum. Et si febres fuerint propter apostema
herisipila accipiat succum polatei coriandri et se-
minum cum cassiafistula manna violarum et zuccaro. Ponatur
super apostema sandali rosarum memita cum succo malve
plantaginis coriandri si calor sit fortis. Si ca-
lor non sit fortis aliquod constringentes eis. Si
apostema sit declinatione nature sive maturativum ponimus
dissolutiva sicut memita maliua camomilla cum po-
lenta et similia. Si autem febres fuerint propter variolas
et desudantes et profert per signa que pre-
diximus in initio oculorum regimentum custodiatur.
Laventur primo cum iure aut succo malorum granatorum acetosorum
sicut ut putredo eorum mundificetur. Deinde laventur
cum aqua rosarum et siccentur et ponatur ibi antimonium
cum zuccaro temperata et cum succo coriandri. Et adiu-
vetur natura ad expellendas variolas in exterioribus
cum hoc apozimate. Apozima ad expellendas vari-
olas: psillii ... ʒ v. lentium mundate ʒ vii. dra-
gagant ʒ iii. coquantur in lb. iii aque ad tertiam et dabis
potum guttatim. Et si febris fortis non fuerit urgens
hoc apozima recipiat ʒ ii et domestice quod apozima
de apio recipiat cum ordeo zuccaro et cetera et gargariset
et accipiat ptisanam ... portulace lu-
tas humefiat venter in prima decoctione cum
manna cassiafistula reubarbaro et similibus. Solutio
autem ventris hiis passionibus sponte solet venire
quia materia cum ardore sui pinguia intestina ... so-
lutio fit. Quibus cavendum est artificiose solutio.
Accipiat mala granata. Uvas passas cortana et similia.
Et si tempus fuerit hiemale et secundum facias sicut
in hospitio infirmorum cum lignis vitium et tama-
risci. Et si valde desiccatur natura est balnean-
tur cum fetida ordei rizo milio et similibus. Si
habent solutionem ventris accipiat trociscos spodii
quorum factura: gummi arabici amili ʒ iii. amidi ʒ ii. et s.
seminis spodii rosarum ana ʒ iii. sem. lactuce acetose ʒ
iii. mirte ʒ iii. ... ʒ i. temperata cum succo ci-
tonii et da potum mixtos cum succo citoniorum.
Et si variole sint plumbee et sicut nigre

late aut nigre mortales sunt Si aut in
fine synochi uis purgare reliquias et extinguere
